2 *Tribunal Regij Patrimonij de quibus cauſis cognoſcat, lib. 5. c. 9. n. 1. f. 196. & n. 83 cũ ſeqq. f. 204.*
2 *Tribunal Regij Patrimonij a quo fuit introductum, lib. 5. c. 9. nu. 8. f. 197.*
2 *Tribunalia quotieſcumq. collegialiter incedunt ſemper maius Tribunal eſt preferendum etiam quod Preſes minoris Tribunalis maiorem habuiſſet dignitatem, lib. 5. c. 4. nu. 74 f. 135.*
1 *Tribunalia in Regno Siciliæ quo tempore fuerunt inſtituta, in præludi. nu. 53. f. 9.*
1 *Tribunalia quare iuxta templa veteres collocabant, lib. 3. c. 9. n. 4. 7. & 8. f. 333.*
1 *Tribunalia propter reuerentiam diuinæ domus hodie in eccleſijs reſidere non licet, lib. 3. cap. 9. nu. 14. f. 333. ampl. num. 20.*
1 *Tribunalia debent eſſe diſtincta, & gradus curiarum diuerſi, varijſque iudicibus negotia tunc committenda, lib. 3. c 9. nu. 16. f. 334.*
1 *Tribunalia q̃ hodie in Regio Palatio cõmorantur, in quo loco olĩ reſidebãt, lib. 3. c. 9 n. 42. et 43. f. 336*
1 *Tullius Torquatus conſul declaratus, propter oculorum infirmitatem ſe excuſando quia egregie dixerit, lib. 1. c. 30. nu. 94 f 161.*
1 *Tullius Hoſtilius Romanorum Rex, vti priuatus leges cum alijs obſeruabat, lib. 3 c. 3. nu. 72. f. 257.*
1 *Turpe eſt artem quam quis profitetur ignorare, lib. 2. c. 3. nu. 4. f. 183.*
1 *Turpius eijcitur qui nõ admittitur hoſpes, lib. 2. cap. 12. nu. 84 f. 232.*
2 *Tuſellum, ſeu Baldachinum ſoli Pontifici, & Regi competit, lib. 4. c. 13. nu. 181. f. 51.*
2 *Tuſellum vnde dicatur, lib. 4. c. 13. nu. 184. f. 51.*
1 *Tutelam ſubire non coguntur Conſiliarij Principis, lib. 3. c. 4 nu. 435. f. 308.*
1 *Tutor datus in caſu mortis an cenſeatur etiam in alijs caſibus, lib. 1. c. 26. nu. 19. & 21. f. 131.*
1 *Tutor poſthumo datus poteſt adminiſtrare tutelã ẽt eo nato viuente teſtatore, lib. 1. c. 26. n. 20. f. 131.*
2 *Tutor non poteſt à Principe dari in Terra Baronis, lib. 4. cap. 16. nu. 72. f. 76.*
1 *Tutores ſeu curatores ad litem inuiti coguntur adminiſtrare, lib. 1. cap. 30. nu. 85. f. 161.*
1 *Tutores, et Balij Principum poſsũt etiam leges condere ſicut ipſi Principes, lib. 3. cap. 3. nu. 41. f. 255 declara, vt num. 42.*
2 *Tutoribus Regis non debetur decima de fructibus, et introitibus regalibus, lib. 4. c. 13. nu. 192. f. 51.*
2 *Tutoribus in Hiſpania an debeatur decima ex redditibus pupillorum perſonarum priuatarum, lib. 4. c. 13. n. 193. f. 51.*

V

1 *Valentianus et Martinianus Imperatores officiales, et magiſtratus ciues, et originarios eſſe decreuerunt, lib. 2. c. 7. nu. 28. f. 208.*
2 *Valuaſores maiores q dicãtur, lib. 4. c 13. n. 187. f 51.*
2 *Vaſſalli recedentes à Terra Baronis illi præiudicare non videntur, lib. 4. c. 18. n. 87. f. 111.*
1 *Vaſſalli demaniales inuiti alienari non poſſunt, lib. 3. in allegat, n. 35. f 402. et de ratione, nu. 36. et 61.*
1 *Vaſſalli demaniales ſi alienentur offerendo pretium Regi debẽt audiri, lib 3. in allegat. nu. 37. f. 405.*
1 *Vaſſalli Baronũ inuiti, an poſſint alienari, et an ſi poſſint, habeant prælationẽ, lib. 3 in allegat. n. 38. et 47. fol. 406. et 409. ſed quid ſeruetur in Regno Neapolis, vide num. 67. f 417.*
1 *Vaſſalli inuiti ex quibus cauſis poſſunt alienari, lib. 3. in allegat. nu. 39. 41. 42. et 43 f. 406. cum ſeqq.*
1 *Vaſſalli recipientes nouum dominum ſine contradictione, non poſſunt amplius reclamare, lib. 3. in allegat. nu. 44. et 68. f. 408.*
1 *Vaſſalli delictum non nocet vocatis in ſucceſſione feudi antiqui, lib. 3 in allegat, num. 75. f. 421.*
2 *Vaſſalli non tenẽtur perquirere Regem abſentẽ à Regno, ſed ſufficit cum D. Prorege omnia agere. lib. 5. cap. 6. nu. 129. f. 160.*
1 *Vaſſalli propter ſæuitia Baronis quod remedium habeant, lib. 3. in allegat. num. 74. f. 421.*
2 *Vaſſalli et ſubditi ſi male tractentur ab officialibus, et miniſtris, eſt imputandum gubernatoribus, et ſuperioribus, lib. 4 c. 15. nu. 13. f. 61.*
2 *Vaſſalli Baronum habentium merum, et mixtum imperium non poſſunt ẽt de cõmuni conſenſu corã non ſuo iudice litigare, lib. 4. c. 16. n. 61. & 62. f. 75*
2 *Vaſſalli Baronum etiã reperti in Vrbe Panormi debent ad illos remitti, lib. 4. c. 16. n. 132. f. 80*
2 *Vaſſalli non poſſunt congregare conſilium ſine licẽtia Baronis, vel niſi interueniat eius officialis, lib. 4. c. 16. num. 201. & 202. fol. 85. declara vt n. 203.*
2 *Vaſſalli Baronum eligentes forum Principis, an poſſint variare, & iterum eligere curiã Baronis, lib. 4. c. 16. n. 234. f. 88*
2 *Vaſſalli Baronum delinquentes in Curia Principis ab illo cognoſcuntur, lib. 4. c. 16. n. 254. f. 90*
2 *Vaſſalli non tenentur obedire legibus, & ſtatutis iniuſtis etiam ſi ſacramento ſint adſtricti alias poſſunt ad Principem recurrere, lib. 4. capit. 18. num. 22. fol. 107.*
2 *Vaſſalli qui derelictis Terris proprijs, alterius Terras habitant, poſſunt ſub pœna cogi ad reuertendũ, lib. 4. c. 18. n. 76. & 86. fol. 110. ampl. nu. 88. & 89. declara vt n. 77*
3 *Vaſſalli tenentur debita ſeruitia præſtare Baroni, ad quæ autem non tenentur ſoluto pretio, lib. 4. c. 18. n. 98. & 109 f 112. intellige vt n. 110*
2 *Vaſſalli abſque licentia Baronum non poſſunt ſe congrega-*

gregare,nec conſilium detinere ſub certa pęna,lib. 5.c.6.nu.233.f.172.declara,vt ibidem.
2 Vaſſallorum intereſt habere dominos ſuos preſentes, lib.4.c.16 nu.119.f.80.
2 Vaßallorum ſeruitia indebitè preſtita Baroni pręſumuntur p vim & metũ extorta,lib 4.c 18.n.111. & 112.f.112.& de remedijs vtriq. competentibus,vide nu.113.& 114.
1 Vectigal ſeu gabella non eſt imponenda meretricibus,lib.3.c.10 nu.236.f.365.
1 Vectigal ſeu gabella eſt ſoluenda ab eo, qui expediuit licentiam extrahendi, licet exinde ſe penituit, lib.3.c.10.nu.235.f.365.
1 Vectigal iudiciariũ à Caio Calligula Imperatore fuit inuentũ & introductum,lib.1.c.22.nu.45.f.108.
1 Vectigalia iura non poßunt conſuetudine praſcribi, lib.3.c.10.n.222.f.364.limit.nu.223.& 224.
1 Vectigalia, & gabellas ſolus Princeps ſupremus ex iuſta cauſa imponere,augere,et minuere poteſt,lib. 3.c.10.nu.219 & 225.f.364.& de ratione,nu. 220.ampl.d.nu.220.lim.n.221.et 243.quę autẽ ſint iuſtæ cauſæ,vide nu.226.remiſſiuè.
1 Vectigalia fraudantes ammittunt res apportatas, & cui applicentur, lib.3.cap.10.nu.229.& 232.f. 364.ampl n.230.& 231.diſtingue,vt d.n.229 remiſſiuè,ſed quid ſi aliquis eſt immunis,nu.233. q̃ autẽ ſint cauſa q̃ excuſant à pęna,vide nu.234.
1 Vectigalia ius ſoluendi quanto tempore praſcribatur, lib.3.c.10.nu 241.f.365.
1 Vectigalia & gabella nõ poſſunt per Barones imponi abſque licentia Regis, lib.3.c.10.nu.242.f 365.
2 Vectigalia fiſci conducere qua perſona probibeantur, lib.5.c.9.nu.35.f.200.remiſſiuè.
1 Vectigaliũ regiarũ locatio pertinet ad Tribunal Regij Patrimonij,lib.3.c.10.n.227.& 228.f.364.
1 Vectigalium cura apud Romanos, ad quem pertinebat,lib.3.c.3.nu.228.f.364.
1 Vectigaliũ cauſa habẽt in Regno Magiſtratũ particularẽ, à quo appellatur ad Tribunal Regij Patrimonij,licet officiales regij non dicantur, lib.3.c.10.n. 239.& 240.f.365.& lib.5.c.9.n.31.f.199 p.2
2 Vectigaliũ fiſci conductores abſque interpellatione in mora conſtituuntur,& poßunt expelli mercede in tempore non ſoluta,lib 5 c.9.n.26.& 27.f.199. ampl.& declara,vt nu.28.
2 Vectigalium fiſci conductores plura habẽt priuilegia, lib.5.c.9.n.31.remiſſiue,f.199.
1 Venationem prohibere eſt de regalibus, lib.3.c.10. nu.175.f 361.
1 Venationẽ prohibere nõ poſsũt Prĩcipes inferiores,lib. 3.c 10.n 176.f.361.limita,et declara,vt n.177.
1 Vendentes frumentũ tẽpore penuriæ vltra ſtatutũ prętium qua pęna puniantur, lib.3.c.4.n.93.f.280.
1 Venetorũ Reſpublica nullum admittit exterũ ad officia adminiſtranda,lib.2.c.7.nu.47.et.59.f.209.
1 Venetorum Reſpublica nobiles creat ad magiſtratus, lib.2.c.8.nu.38.f.216.
1 Verbũ (quodammodo) eſt nota impropriętatis,lib.1. c.5.nu.18 f.23.
1 Verbũ (hæredibus) in conceſſionibus Prĩcipis de quibus intelligatur,lib.1.c.13.nu.26.f 49.
1 Verbum (hęredibus) largè interpretatur de quibuſcumque,lib.1.c.15.nu.14.f 57.
1 Verbum (vacare) reſpectu officij quid comprehẽdat, lib.1.c.26.nu.34.f.132.
2 Verba (de facto procedere) in iudice, et officiali quid operentur,lib.6.c.2.nu.10.f.239.
1 Verba (transferendi poteſtas) in conceſſione officiorũ ad quid extendantur,lib.1.c.20.nu.56.f.86.
1 Verba (in tempus regiminis) quid importent, lib.1. c.25.nu.14.f.126.
1 Verba implicatiua,an includant caſum mortis, lib.1. cap.26.nu.40.f.133.
1 Verba ſimpliciter prolata intelliguntur tantum de primo actu,lib.3.c 8.nu.12.f.329.
2 Verba (Carolus et Ioanna) vel (Ferdinandus et Eliſabeth) quare in priuilegijs, et ſcripturis antiquitus apponebantur,lib.4.c.13.nu.34.f.42.
2 Verba enuntiatiua Regis, ſeu Principis, an probent, lib.3.in allegat.n.18.f.393.et lib.4.c.13.n.102. et 103.cum plurib.ſeqq. vſque ad nu.117.f.46.
1 Veritas apud Principẽ magis habet locum quàm rigor iudiciorum, lib.3.c.4.nu.7.f.274.
1 Veritas odium parit obſequium autem amicos,lib.2. c.2.n.23.et 24.f.175.
1 Veritas nihil valet vbi deficit authoritas,et quid operetur,lib.2.c.2.nu.54.et 55.f.177.
2 Veritas in paucis conſiſtit, lib.5.c.2.nu.2.f.116.
1 Verum cognoſcere tria non faciunt,et quæ ſint, lib.2. c.2.nu.103.f.180.
2 Veſtis Magiſtratus debet eſſe conueniens ſtatui,ordini,et officio,lib.5.c.2.nu.14.f.117.
2 Veſtis et habitus officiũ oſtẽdit,lib.5.c.2.n.15.f.117.
1 Via Regis debet eſſe via iuſtitiæ,lib.3.c.1.n 60.f.239
1 Via publica quæ dicatur; et quare ita appelletur,lib. 3.c.10.nu.267.et 268.f.368.
1 Via publica quò ad ſolum Principis eſt, lib.3.c.10. nu.271.f.368.
1 Via publica non põt p̃ſcribi,lib.3.c.10.n.272.f.368.
1 Via publica à nemine obturari poteſt,nec in illa facere pontem de vna domo ad aliam, lib.3.c.10.nu. 273.cum ſeqq.f.368.
1 Via publica ante domum ſuam à quolibet de proprio adaptari debet,lib.3.c.10.nu.279.f.369.
2 Via publica an ſit illius,cuius eſt territorium, lib.4. c.16.nu.147.f.82.
1 Via publica quo ad vſũ dicitur eſſe populorũ, lib.3.c. 10.n.271.f.368.et lib.4.c.16.n.147.f 82.p.2.
2 Via publica venit in conceſſione iuriſdictionis, lib.4. c.16.nu.148.f.82.

1 *Via publica in ciuitate Neapolis de pecunia publica reficiuntur,lib. 3.c.10.nu.280.f.369.*
1 *Via publica extra vrbem quorum expenſis refici debeant,lib 3.cap.10.nu.282.f.369.*
1 *Viarum publicarum curã Princeps, & Magiſtratus maximè habere debent, lib.3.c.10.num.270. & 276.cum ſeqq.f.368.*
1 *Viarum publicarum curandarum officium quomodo apud Romanos appellabatur, & quid ad ipſum ſpectabat,lib.3.c.10.nu.277.f.369.*
1 *Vicarius poteſt ad nutum ſuperioris reuocari, lib.1.c. 27.nu.13.& 14.f.136.*
1 *Vicarius Imperij perpetuus quis dicatur, lib.1.cap.6. nu.1.f.25.*
2 *Vicarij imperij Proreges appellantur, lib.5.c.6.nu. 194.f.168.*
1 *Vicarij imperij quam poteſtatem habeant,lib.1.c.6. nu.3.4.& 5.cum ſeqq.f.25.*
1 *Vicarij Imperij in quo differant ab Imperatore,lib.1. c.6.nu.5.f.25.*
2 *Vicarij imperij an poſſint eſſe minores ætate, lib.5.c. 6.nu.194.f.168.*
2 *Vicecomes quis dicatur,& qualiter conſtituatur, lib. 4.c.9.nu.1.f.23.*
2 *Vicecomes eſt nomen officij cum adminiſtratione, lib. 4.c.9.nu.2.f.23.*
2 *Vicecomes vnus tantum dicitur eſſe in Luſitania, lib. 4.c.9.nu.5.f.23.*
2 *Vicecomites plures reperiuntur in Francia,lib.4.cap. 9.nu.4.f.23.*
2 *Vicecomites licet olim duo tantum in Sicilia reperiebantur,hodie tamen vnus ſolus inuenitur,lib.4. cap.9.nu.6 f.23.*
2 *Vicecomites regalem dignitatem habere dicuntur, ac Ducibus, Marchionibus, & Comitibus æquiparantur,lib 4.c.9.nu.7.f.23.*
2 *Vicecomitum filij dignitate patruum gaudebant, lib. 4.c.9.nu.2.f.23.*
2 *Vicecomitatus dignitas eſt maior dignitate Baronis, ſed minor illa Comitis, lib.4.c.9.nu.3.f.23.& c. 14.num.11.f.56.*
2 *Viceportulani officium vendibile eſt, lib.5.c.9.num. 138.f.207.*
2 *Viceportulani in eorum Terris quam iuriſdictionem habeant,lib.5.c.9 nu.140.f.207.*
1 *Vicinus an poſſit compelli vendere domum ſuam pro ampliatione eccleſiæ conſtruenda,lib.3.cap 4.nu. 75.f.279.remiſſiuè.*
2 *Virga, quam portant Algozirij, & alij miniſtri in ſignum officij, à nemine geri poteſt,lib.5.c.8.num. 107.f.191.declara,vt ibidem.*
1 *Virtus ſine premio quandoque langueſcit, lib.2.c.7. num.37.f.209.*
1 *Viſita generalis carceratorũ qualiter à D.Prorege detineatur,lib.3.c.6.nu.8.cũ ſeqq. & per totũ,f.38.*
2 *Viſitatio generalis officialium eſt reſeruata arbitrio Suæ Catholicæ Maieſtatis,lib.6.cap.5.num.1.& 2.fol.251.*
2 *Viſitatio generalis contra officiales in quo loco fieri debeat,lib.6.c.4.nu.15.f.248*
2 *Viſitator generalis quam poteſtatem habet, & quos officiales viſitare debet,lib.6.c.1 n.16.f.234*
2 *Viſitator generalis ad viſitãdum officiales dicitur delegatus,lib.6.c.1.n.31.f.235*
2 *Viſitator generalis nullis iudiciorum ſollemnitatibus aſtringitur, & qualiter contra officiales procedat, lib.6.c.2.n 5.f.239*
2 *Viſitator generalis licet liberam poteſtatẽ habeat cõtra officiales tamẽ tale arbitrium debet regulari, ne iuri, & æqtati repugnet, nec ſine legitimis probationib. procedere dẽt, lib.2.c.2.n.6 et 7.f.239*
2 *Viſitator generalis licet officiales viſitando, leges de ſyndicatu loquentes ſeruare nõ teneatur, tamẽ ſecundum illas procedere cõueniens eſſe videtur, lib. 6.c.2.n.11 & 12.f.239*
2 *Viſitator generalis licet liberum arbitrium habeat in viſitandis officialibus, non propterea intelligitur remiſſa ſollemnitas iuris naturalis, vel gentium, lib.6.c.2.nu.12.f 239.*
2 *Viſitator generalis contra officiales non poteſt recipere in teſtes inimicos illorum,et ab illis proſequutos, lib.6.c.2.n.13.f.239.ampl.ibidem.*
2 *Viſitator generalis non poteſt procedere cõtra officiales abſque cauſa cognitione, lib.6.c.2 n.14.f.239*
2 *Viſitator generalis nõ põt procedere contra officiales, niſi prius conſtito de delicto,lib.6.c.2.n.15.f.239*
2 *Viſitator generalis nõ põt reijcere legitimas exceptiones,lib.6.c.2.n.16.f.239.*
2 *Viſitator generalis põt tantum tollere ea, quæ concernunt ſollemnitatem proceſſus, vel quæ pendent ex ſuo officio,lib.6.c.2.n.16.f.239*
2 *Viſitator generalis non aſtringitur conſtitutionibus, Capit.et pragmaticis Regni,lib.6.c.2.n.17 f.240*
2 *Viſitator generalis poteſt ſuſpendere officiales durante viſitatione, vel ad eius beneplacitum,lib.6.cap. 2.nu.18 f.240.*
2 *Viſitator generalis antequam incipiat viſitare officiales, de eorum vita, & qualitatibus ſe informare deberet,lib.6.cap.2.nu.21.& 22.f.240.*
2 *Viſitator generalis in receptione teſtium cõtra officiales quid aduertere debet, lib.6.c.2.nu.30.31.32. & 36.f.241.*
2 *Viſitator generalis admictens querelas accuſantiũ officiales,illas publicè expedire debet, lib.6.c.2.nu. 37.f.242.ampl.ibidem.*
2 *Viſitator generalis debet officialibus viſitatis concedere terminum ad ſe defendendum ac illum ſępius prorogare,lib.6.c.2.nu.45 f.243.*
2 *Viſitator generalis non debet recipere libellos ſecretò emiſſos,vel per feneſtras eiectos, lib.6.cap.2.nu. 47.*

47.f.243.

2 Viſitator generalis aut ſyndicator antequam incipiat adminiſtrare debet ſuas literas preſentare, lib. 6. c.3.nu.1.& 2.f.245. intellige, vt d.nu.3.& 4.

2 Viſitator generalis ſeu ſyndicator poteſt ſibi eligere particulares fiſcales, & alios miniſtros, lib.6.c.3. nu.15 f.246.

2 Viſitator generalis ſeu ſyndicator debet domũ, & locũ ſibi eligere, in quo ius reddere poſſit qui tutus, et honeſtus partibus exiſtat, lib.6.c.3.n.16.& 17. f.247.

2 Viſitator generalis, ſeu ſyndicator poteſt, vt ſuſpectus recuſari, lib.6.c.3.20.& 21.f.247.& c.11.nu. 38 f 301.ampl.ibidem, limit.num.39.

2 Viſitator generalis quos officiales viſitare debeat, lib. 6.c.4.nu.2.5.6.7.8.11.12.& 13.f.248.

2 Viſitator generalis, ſeu ſyndicator in principio viſitationis, & ſyndicatus duo remedia proponit, lib. 6.c.7.nu.14.f.262.

2 Viſitator generalis de quibus delictis cognoſcere poteſt contra officiales, lib.6.c.8.nu.1.f 266.

2 Viſitator generalis minime facere deberet adeo ſcrupuloſã inqſitionẽ cõtra officiales, maxime de negligẽtia & leui culpa, lib.6.c.8.n.2.5.6.et 7.f.266.

2 Viſitatores generales deſtinantur à D. Rege ſingulis viginti annis, lib.6.c 2.nu.3.f.238.et c.4. nu.6. f.248.et cap.5. nu.2.f.251.

2 Viſitatores generales non debent aures prebere falſis q̃relis, ac vocib. malignorũ, lib.6.c.2.n.22.f.240

2 Viſitatores particulares aliquando contra aliquos officiales ſupremos ante tempus viſitationis generalis à D. Rege mittuntur, lib.6.c.5.nu.3 f.251.

1 Vita Principum, & Magiſtratuum populis cenſura eſſe dignoſcitur, lib.2.c.2.nu.32.f.176.

1 Vita eorum, qui officia ob quietum viuere recuſant eſt tutior, & minus grauis: illorum vero qui Reipublica adiuuanda ſe accomodant fructuoſior eſſe dicitur, lib.1.c.30.nu.48.f.159.

1 Vitium litigioſi afficit ſucceſſorem, lib. 3. in allegat. nu.71 .f.420. limit.nu.73.

2 Vnionis natura quæ ſit, lib.4.c.12.n.30.& 31.f.33.

1 Vniuerſitas an & quando teneatur preſtare ſalaria officialibus, lib.1.c.21.n.27.& 30.& 32.f.95.

1 Vniuerſitas põt ex priuilegio, vel conſuetudine creare officiales annuales, lib.1.c.23.nu.52.f.117.

1 Vniuerſitas an poſſit condere ſtatuta, & quid ſi illa ſint confirmata, Princeps exinde reuocare poſſit, lib.3.c.3.nu.47.& 48.& 49.f.255. cum ſeq.

1 Vniuerſitas ſi non habet pecuniam, ex qua emat neceſſaria pro victu, poteſt Princeps collectã imponere, vel cogere diuites ad mutuandum, lib.3.c.ap4.nu. 81.82.& 84.f.279.ampl.nu.83.& 86.declara, vt num.85.

1 Vniuerſitas an poſſit collectam imponere pro emendis frumentis, aut pontibus reficiendis abſque licentia Principis, lib.3.c.4.nu.446.f.310.

1 Vniuerſitas poteſt à ciuibus capere equos, naues, et ſimilia propter publicam vtilitatem, quæ ſi perdantur, vel deteriorentur tenetur damnum dominis reſarcire, ſecus ſi loerio nomine, lib.3.c.10.nu.297. cum ſeqq.f.370.

1 Vniuerſitas an habeat ius prælationis quando per Baronem, vel per Regem alienatur, lib.3.c.10.nu. 462.f.385.remiſſiuè.

2 Vniuerſitas poteſt ſtatuere ſub certa pæna ne quis vadat extra ſuum territorium, lib.4.cap.18.num. 84.f.111.ampl.nu.86.

2 Vniuerſitates Regni, an poſſint populum congregare ſeu conſiliũ detinere abſq. licentia D. Proregis, lib. 5.c.6.n.235.f.172.remiſſiuè, et c.9.n.84.f.204.

2 Vniuerſitates Regni debent quolibet anno trãſmittere Reuela frumentorum ad Tribunal Regij Patrimonij, lib.5.c.9.nu.41.f. 200.

1 Vno conceſſo, omnia alia ad illud conſequutiua conceſſa videntur, lib.2.c.4.nu.42.f.190.

1 Vox nobilis eſt maioris authoritatis quàm ignobilis, lib.2.c.8.n.17.f.214.

1 Voces ſi ſunt æquales in electionibus, et conſilijs, nobiles præferũtur plebeis, lib.2.c.8.n.16 et 17 f.214.

1 Voluntas Principis eſt inſpicienda in conceſſione regalium, lib.1.c.16.nu.7.f.59.

1 Voluntas ſola Principis cauſa efficiens eſſe dicitur, lib.3.cap.7.nu.42.f.326.

1 Vſufructus conceſſio quando dicatur propriè alienatio, lib.1.c.12.num.11.f.40.

1 Vſufructus cum ſit perſonalis ad hæredes non tranſmittitur, lib.1.c.28.nu.21.23.24.et 32.f.143.

1 Vſufructus ſi ſit legatus Titio, et hæredibus, et Titius ſit capite diminutus, an extinctus videatur etiam quò ad hæredes, lib.1.c.28 nu.26.et 27.f.144.

1 Vſurarij publici poſſunt per Principem puniri, et expelli, & aſſignatur ratio, lib.3.c.4.num.236.cum ſeqq. fol.290.

1 Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur, lib.1.cap.23. nu.54.& 73.f.117.

2 Vxor Comitiſſa nubens marito non Comiti, ſtatũ adminiſtrabit cum conſilio viri ſui, lib. 4.c.13.nu. 35.f.42.

2 Vxores officialium gaudent priuilegijs maritorum, lib.5.c.4.nu.70.f.134.

F I N I S.

Digitized by Google

DE ORIGINE, ET POTESTATE CREANDI MAGISTRATVM

LIBER PRIMVS.

DON GARSIA MASTRILLO
CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE,
Regioque in Regno Siciliæ Conſiliario Authore.

PRAELVDIA.

SVMMARIVM.

1 *Principium eſt potiſsima pars cuiuſcunque rei.*

2 *Præfationes non ſolum libentius ad lectionem perducunt, verum euidentiorem ſolent præſtare intellectum.*
Reges ab vrbe condita omnem poteſtatem habuerunt, num. 2. in fine, & num. 31.

3 *Magiſtratus vnde originem habuit, de qua eius ampliatione à Romulo facta, & num. 20. 22. & 31. cum pluribus ſeqq.*

4 *Homo fuit creatus à natura ad ciuilem ſocietatem, ſocialemq. catum, atque ad commune coniectum inclinationẽ habere manifeſtè dignoſcitur.*

5 *Homo inter cætera animalia magis gregarius eſſe dicitur, vbi ẽt de ratione.*

6 *Magiſtratus poteſtas, & ciuitatis conſtitutio coæua ſunt, ac ſimul inter homines viſæ, & quæ ſint ea, quæ ſine magiſtratu conciliari non poſſunt.*

7 *Magiſtratus non minus quàm leges in Republica neceſſarij eſſe videntur.*

8 *Leges earumque authoritatem non in papiro, & ſcriptione, ſed in munere magiſtratus reſidere compertum eſt.*

9 *Magiſtratus ſicut per leges firmitatem habent, ità & leges magiſtratus authoritate ſācta, & illibata perſiſtũt.*

10 *Magiſtratus diffinitio per Philoſophum apponitur.*

11 *Magiſtratus dicitur eſſe lex loquens, & bonorum influentia, & affluentia ab illo petenda eſt, & nu. 12.*

13 *Leges eſſe in ciuitate parui refert, niſi ſint illa, qui iura reddere poſſint, & num. 14.*

15 *Magiſtratus adeo neceſſarij ſunt, quod ſine eorum prudentia, & diligentia ciuitas ſtare non poteſt.*

16 *Miſſus in poſſeſſionem fruſtra mictitur, niſi per magiſtratum legitimè defendatur.*

17 *Magiſtratus quid ſit Analogicè, eiuſq. encomia plurima referuntur.*

18 *Leges magiſtratui ſubijciuntur, idque quomodo intelligatur, per Authorem ſatis doctè diſſeritur.*

19 *Princeps dicitur ſummus magiſtratus.*

21 Ciuitates ſicut à familijs ortum habere dicuntur, ita magiſtratus politici ab œconomicis emanare videntur.

23 Apes natura docuit magiſtratui ſubeſſe, obſequiumq. et preſtare.

24 Natura eſt conſeruatio ſui, vt ſcilicet ſalua fiat, & in ſuo genere conſeruetur.

25 Apes tranquillitate & quiete publica etiam gratulari ſatis perſpicuum eſt.

26 Magiſtratu ſublato, qua mala in republica exinde oriantur.

27 Magiſtratus dicitur iuuentus naturæ, & cum illa in homine ingenitus affirmatur.

28 Magiſtratus ab initio vnus fuiſſe dicitur, illeque ſummus dicitur appellatus.

29 Reges iuſtitia ferenda conſtituti fuère.

30 Magiſtratus inferiores vnde habuerunt originem.

32 Romulus tres reipublicæ formas initio vrbis condita populo Romano propoſuit.

35 Romulus nobilium conſpiratione clam in ſenatu occiditur, eiuſque corpus per fruſtra diuiditur, ac ſub Senatorum togis aſportatum fuiſſe narratur.

36 Magiſtratus qui ſummæ rerum preeſſent qualiter creabantur.

37 Magiſtratus qui Interrex appellatur quis eſſe dicatur.

38 Numa Pompilius à Populo Romano Rex declaratur, eiuſque leges, & decreta vnà cum morte referuntur.

39 Ancus Martius a populo Romano Rex eligitur, deque per eum facta ritnum reſtauratione.

40 T. Tarquinius à populo Romano Rex creatur, deque eius Regalibus inſignijs in creatione vnà cum morte perlegitur.

41 Seruius Tullius Regnum Romanorum vſurpauit, & quomodo fuit à populo cõfirmatus vnà cum eius morte narratur.

42 T. Tarquinius ſuperbus Regnum Romanorum inuaſit, ac Tyrannidem exercuit, multaque mala ordinauit, & perpetrauit fuitque tandem expulſus.

43 Regibus Romanorum expulſis, omnis poteſtas, & iuriſdictio ad Senatum Populumq. Romanorum peruenit.

44 Conſules quo tempore creati fuère & quare ita nominantur.

45 Conſules quam poteſtatem & iuriſdictionem habebant.

Magiſtratuum Romanorum diuiſio exactiſſimè ab Autore refertur. nu. 45.

46 Magiſtratus varij ac diuerſi poſt delapſum Romanorum Imperium ad libitum cuiuſq. dominantis inſtituti fuère.

47 Magiſtratus varij in Regno Siciliæ ſecundum tempora & dominorum ſucceſſiones mutati reperiuntur, & nu. 48. cum ſeqq.

48 Sicilia Regnum à ſeptendecim populis dominatum, habitatumque fuiſſe creditur.

Syracuſarum ciuitas Metropolis Regni Siciliæ fuiſſe aſſeritur nu. 48.

49 Magiſter Iuſticiarius (cuius officium fuit abolitum) quo tempore fuit creatus in Regno, & quam iuriſdictionem habebat, & num. 52.

50 Iudices Magnæ Regiæ Curiæ olim duo erant, deinde quatuor conſtituti, hodie tamen ſex reperiuntur.

51 Prorex, abſente Rege, dicitur ſummus magiſtratus.

52 Cancellarij Regni officium iam penitus receſſit ab aula, nec illud amplius eſt in Regno.

53 Tribunalia ſcilicet Magna Regia Curia, Regij Patrimonij, & Sacra Regia Cõſcientia quo tempore in Regno inſtituta fuère.

54 Barones Regni, qui merum, & mixtum imperium ſortiuntur, magiſtratus appellari poſſunt.

PRÆ-

Digitized by Google

PRAELVDIA.

De Origine Magiſtratus, eorumq. progreſſu.

DE Magiſtratibus
verba facturi, ope-
repretium duxi-
mus, Caij Iuriſ-
conſulti pręmen-
tes veſtigia, de eo-
rũ origine aliqua
ſummis (vt aiunt) labijs delibare ;
iiſdem profecto rationibus moti, qui-
1 bus ille ; ſi quidem † cuinſq; rei potiſ-
ſima pars principium eſt, interpreta-
tionemq; pręmittentibus indecorum
cenſendum, omiſſis initijs, atq; ori-
gine nõ repetita, illotis manibus pro-
tinus materiam ingredi ; præfationes
2 ſanè † libentius nos ad lectionem prę-
poſitę rei perducunt, cumq; illuc ve-
nerimus, eiuſdem euidentiorem prę-
ſtant intellectum ; originem (tamen
hanc altiori initio), quàm fecerit al-
ter Iuriſconſultus *Pomponius in li-
bro ſingulari Enchridij*, quem in Pan-
dectis, *tit. de origine iuris, & omnium
Magiſtratum* habemus, referendam
eſſe cenſuimus ; ille etenim ab vrbis
conditę temporibus tractationē ſuam
auſpicatur, inquit enim, quòd ad ma-
giſtratum attinet, initio ciuitatis hu-
ius conſtat, Reges omnem poteſtatē
3 habuiſſe &cętera; † Nos verò, quo tē-
pore in orbe, non tantum in vrbe in-
ter homines, non ſolum inter Romæ
fundatores, non à Romulo, ſed ab ip-
ſa natura magiſtratus ſumpſerint ini-
4 tia, diſquirere accingimur. † Ne-
minem profectò latet hominem à na-
tura ad ciuilem ſocietatem, ſocialē q;
cętum fuiſſe factum, atq; ordinatum,
eiq; propenſionem maximam, incli-
nationemue ad communem conie-
ctum tributam, quando non minus
ſapienter, quàm verè dixerint philo-
5 ſophi, nullũ † animal tàm gregarium
eſſe, quàm hominem obtinuit, ſui or-
tus initio igniculos, atq; incitamen-
menta, vt à ſoliuaga abhorreret, ſo-
cialem amplecteretur vitam, quod ſi-
ue ob amicitiæ bonum conſectandũ,
ſiue ob indigentiam, officiorumue
communicationem principium ha-
buerit, nil refert indagare; ſunt qui
affirmauerint, homines ad cętum,
congregationemque ſuiſſe addictos,
ſtatim atque ad tuendam vitam ;
eaque paranda, quæ ad ſui conſer-
uationem reſpicerent, imbecilles,
& impotentes apparuère ; ſunt ta-
men & alij, qui crediderint, hoc
factum, vt amicitiam colerent, quam
inſectari in ſolitudine nemo ſanè va-
luiſſet, amor etenim, & benefi-
centia amicitiæ officium, non niſi
hominibus in vnum congregatis,
exerceri poſſunt, princepſque illa
virtutum moralium iuſtitia locũ nul-
lũ in homine ſocietatis ciuilis exper-
tę inueniſſet, nam, cum eius munus,
penſumq; ſit communibus inſeruire
commodis, ſuumq; vnicuiq; tribue-
re, cętum hominum deſiderare cepit,
in quo ſplendorem, ſuæq; beneficen-
tię radios emittere potuiſſet, quod nõ
niſi inter varia hominum munera eue
nire poſſe conſpicuum eſt ; neceſſita-
tis itaque, vel (vt alij malunt) virtu-
tis amor homines palantes errones,
atq; diſperſos in locum vnum cõtra-
xit, hisq; de cauſis plures familiæ pri-
mum coeuntes vicos conſtruxerunt,
plures vici pagos, multiq; pagi ciuita-
tem erexerunt, huc ortus initia ciuilis
ſocietatis referenda, huc etiam magi-
ſtratus originem allegandam autu-
6 mamus, ciuitatis † conſtructio, & ma
giſtratus poteſtas coeuę ſunt, & ſimul
inter homines viſę, enimuero vnicui-
que ſatis notum, nec officiorum com-
municationem, commodorum reci-

procationem, nec amicitiæ bonũ in-
ter homines abſq; magiſtratu conci-
liari potuiſſe; inquit enim *Ariſt. lib.*
7 4. *Politic.* Magiſtratus † non minus,
quàm leges in republica neceſſarios
fuiſſe; & *Plato* optimis quibuſq; legi-
bus eoſdem præpoſuit, inutiles profe-
ctò, ac prorſus ſuperuacaneas ratus,
ſi obſeruatione, executioneue deſti-
8 tuerentur, legum † etenim ius atq; au-
thoritas non in papiro, & ſcriptione
(nihil hæc valent) reſidet, ſed in eo,
quòd fungitur munere magiſtratus:
nimirum vt eędem ſeruentur, execu-
tioniq; mandentur, vt quemadmodũ
9 † firmos magiſtratus per leges eſſe, ita
& leges magiſtratus authoritate ſan-
ctas, & illibatas permanere conſenta-
neum fuiſſet, magiſtratũ etenim defi-
10 nit † *Philoſophus*. Publicam perſo-
nã ſucceſſione, ſorte, aut ſuffragio ele-
ctã, ius ac poteſtatem conſulendi, iu-
dicandi, & imperandi habentem;
Aiebat propterea *Cicer. lib. 3. de le-*
11 *gib.* Magiſtratum † legem eſſe loquẽ-
tem; hinc *Sapientes*, in ciuitatem bo-
12 norum † influentiam, atq; affluẽtiam
à magiſtratibus petendam eſſe cen-
ſuerunt; *& Pomponius Iuriſconſultus*
13 † *parum eſſe*, inquit, *ius in ciuitate*
eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſſint,
& *Philoſophus libro 6. Politico.* arbi-
14 tratur nihil † prodeſſe de rebus iuſtis
dare iudicia, niſi præſtò ſint, qui exe-
15 quantur, *M. Cicer. 3. lib. de leg.* † ma-
giſtratibus opus prudentia, vt diligẽ-
tia ciuitatis ſtare non poſſit, & *Vlpia.*
in l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poſ-
16 *ſeſſ.* ait † fruſtra in poſſeſſionem mit-
teret Prætor, niſi miſſos defenderet,
17 ac tueretur; vnde † per Analogiam,
dictum magiſtratum eſſe in ciuitate
mẽtẽ in animo, animã in corpore, gu-
bernatorem in naui, ſolem in cęlo,
cùm Reſpublica à magiſtratu intelle-
ctum, vitam, ſalutis anchoram, hono
riſq; lucem obtinere videatur; Magi-
ſtratus authoritate legum diſciplina,
iudiciorumq; ſeueritas, in quibus iu-
ſtitia refulget, aduocantur; qua qui-
dem nihil poteſt excogitari ad popu-
lum intra modeſtię limites continen-
dum vehementius, nihilq; ad reipub.
tranquillitatem conſeruandam, ſecu-
18 rius quid, leges † ipſas magiſtratui
ſubijci affirmant nonnulli, quod de
19 ſummo tãtum magiſtratu, qui † prin-
ceps eſt, communis philoſophorum
conſenſus habet, id quod de lege hu-
mana, deq; eiuſdem vi coactiua non
autem directiua intelligere debemus,
quod miſſum facimus; præſentis ete-
nim inſtituti finis de hoc differere
20 minimè expoſtulat; † Magiſtratus
itaq; vetuſtiſſimum initium, adeo vt
nec ſi quis priſcorum lectitauerit hy-
ſtorias, ſi Orchonologias euoluerit,
gręcas Olimpiades, vrbiſque conditæ
annos volutauerit, illius originem
tenebit. Fruſtrà *Beroſum*, *Herodo-*
tum, *Diodorum Siculum*, *Dionyſium*
Halicarnaſſeum præmanibus habe-
bit, *Hemerodi*, *& Nini* nanq; tempo-
ra, cęteraſq; orbis principes Monar-
chias tranſcendit ęuum, quo inter ho
mines magiſtratus politici poteſtas
apparuit, ſtatim atq; (vt ſupra renun-
tiatum eſt) naturæ impulſus homines
vagantes, palanteſque conciliauit, vt
in vnum coirent locum, Magiſtratus
emerſit; nullus enim vicus, dum ho-
mines fęrarum more vitam rudem ſo
liuagamq; ducebãt, de qua *Lucretius*.

» *Vulgi vago vitam tractabant more*
ferarum,
» *Nec robuſtus erat curui moderator*
aratri.
» *Quiſquam nec ſcribat ferro molli-*
eier arua,
» *Quod ſol atque imbres dederant*,
quod terra crearat.
» *Sponte ſua ſatis id placabat pectora*
donum,
» *Nec commune bonum poterant ſpe-*
ctare,

Digitized by Google

ſtare, nec vllis,
,, *Moribus inter ſe ſcribant, nec legibus vti.*
,, *Quodcumque obtulerat prædæ fortuna ferebat,*
,, *Sponte ſua ſibi quiſque valere & viuere doctus.*

Atcum naturæ igniculi in hominibus inualuere, ij rudem agreſtemq;
cõuictam poſt habentes ſocialem vitam amare cęperunt, ideoq; quemad
21 dum † ciuitatem à familijs ortum ha
buiſſe compertum eſt, ſic à magiſtratu œconomico politicum fluxiſſe liquidiſſimè patet, aſſueti etenim homines vni patrifamilias obſequi moréque gerere, illiuſq; imperatu faceſſere, in ciuitatem tranſilientes, ex omnibus ſibi vnum conſtituère, qui munera magiſtratus obiret; huc vnius principatum, & Monarchiam Originem referre ſuam credimus, pronuntiareq;
22 poſſumus. Magiſtratum † à natura
originem duxiſſe, quemadmodum ciuitatem, quæ ſocietas politica, maximèq; ad vitæ commoditatem inſtructa dicitur, ab eadem natura primordia ſua recognoſcere ſatis perſpicuum eſt. Vtque cętera poſt habeamus argumenta, id nobis perſuaſum iri putamus, maximè ſi vt id ipſum comprobemus; de apibus ſumamus iudicium, de quibus cecinit *Virgilius in Georg.*

,, *Præterea Regem non ſic Aegyptus, & ingens,*
,, *Lydia, nec populi Parthorum, aut meius id atque,*
,, *Obſeruant, Rege incolumi mens omnibus vna*
,, *Omiſſo rupère fidèm, conſtructaque mella*
,, *Diripuère ipſæ, & crates ſoluère fauorum,*
,, *Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes*
,, *Circunſtant fremitu denſo ſtipantque frequentes.*

23 Apes † natura docuit magiſtratui
ſubeſſe, obſequiumq; ei pręſtare, quippè quę propriã cõſeruationẽ, tuitionẽ ab eo petendam ipſius naturæ inſtinctu optimè ſciant; inquit enim *Cice-*
24 *ro lib. 4. de finib.* naturam † conſer-
uationem eſſe ſui, vt ſalua ſit, & in ſuo genere conſeruetur, & *lib. 1. de offic.* omni generi animantium natura inditum, vt ſe vitã corpusq. tueatur, ad viuẽdum neceſſaria, & fugiat quæ ſibi damna futura putet; hæc omnia à magiſtratus conſtitutione luculen-
25 ter obtinemus, trãquillitas, † & quies
publica in apibus vigent; Rege namque incolumi mens vna, quod ſanè ſi in hominum cętu reperiatur, nil aliud ad fęlicitatem politicam exoptandum erit, & quemadmodum amiſſo Rege, omnia in alueario peſſũ
26 ire videntur, ruptaq; fide, mella diripi
conſtructa; ſic † in republica, ſublato magiſtratu, turbationes oriri, furta, homicidia, cæteraſq; iniurias irrepi, atq; ad interitum vſq; politicum ſtatũ conflictari experimur; natura itaq;
27 † iuuentus eſt magiſtratus, & cum ip-
ſa natura in homine ingenitus; Vnus
28 † tamen initio fuit magiſtratus, illeq;
ſummus, nam rudis ille hominum conuictus magiſtratus varia munia haud cognouit, illumq; nec partiri ſciuit in conſultores, & iudices, quos
29 † reipublicæ partes principes eſſe in
Rep. *Philoſophus lib. 4. Politic.* tradidit, ſed penes Regem erant omnia, quæ ſaluti publicę conducebant, vniuerſa obibat, ſuũ vnicuiq; tribuebat, ac iudicia exercebat, nam, cum Re-
29 ges † iuſtitiæ ferendæ cauſa conſtitu-
ti fuerint, hocce munus haud refugere; adhoc alludit *Homerus.*

,, *Vnus Rex, cui conceſsit ſaturnia proles,*
,, *Sceptrumque, & legem, vt iudicet, & dominetur.*

At

At cum auctæ fuère dominatio-
nes, Regesque ſinguli, non vni tan-
tum ciuitati imperare cęperunt, eo-
rumdemque longè, latèque & diſ-
fuſum per Prouincias Imperium,
hęc obire abſq; adiutorum miniſtro-
30 rum ope minime valuère, hinc † or-
tum habuère Magiſtratus inferiores,
hinc munerum partitiones, hinc va-
ria iudiciorum loca, & ſubſellia, vtq;
cætera prætermittamus, ad Roma-
num Rempublicam oculorum aciem
conuertamus; quæſo, initio ait *Pom-*
31 *ponius* † Regem omnem poteſtatem
habuiſſe conſtat, à populo tamen de-
mandatam; narrant enim hiſtoriæ,
32 vrbe condita, Romulum † Populo
Romano tres Reipublicæ formas pro
poſuiſſe, optionemq; quam mallet e-
ligere ei tradidiſſe, Hiſtocraticā nem-
pe, ſiue Democraticam, ſiue Monar-
chicam, hancq; ſeligiſſe, vtpote me-
liorem, omnibuſq; numeris abſolu-
tiorem alijs, *Halicarnaſſeus, & Liuius*
memoriæ commendarunt; quod in
cæteris vetuſtiſſimis populis obſerua-
tum fuiſſe teſtatur *Ariſt. lib. 1. Po-*
liticor. imperij ſanè genus, quod (te-
ſte *M. T. Cicerone*) hominibus iuſtiſ-
ſimis, atq; ſapientiſſimis primùm
deferri cōſueuit, fecit id Romulus ex
aui Numitonij authoritate, & cōſilio,
multitudine omni in concionem vo-
cata, Regia itaq; poteſtate inſtructus
tēploq; auſpicijs obfirmatus, † Rēp.
33 ordinare cępit augendæ multitudinis
cauſa in Capitolio Aſylum patefecit;
aucta deinde ciuitate, centum patres
conſtituit, quos Senatores, & patres
conſcriptos appellauit, penes quos
ſumma fuit reipublicę poteſtas, popu
lumq; in triginta partes diuiſit, quas
34 † Curias appellauit; ex nobiliore iu-
uentute tres equitum centurias con-
ſcribi iuſſit, Celeres primum dicti, vel
celeritatis officio, vel (vt *Valerius* pro-
didit (à Fabio Celere primo corū Prę-
fecto, de quibus *Sext. Pompeius* diſſe-
rit; Celeres antiqui dixerūt, quos nūc
equites dicimus, à Celere interfecto-
re Remi, qui initio à Romulo ijs prę-
poſitus fuit, qui primitus electi fuère
ex ſingulis Curijs deni; ideoq; omni-
no trecenti fuère; his nō tantùm belli
tempore, ſed pacis vſq; fuit Romu-
lus, vt *Liuius lib. 1. & Plin. lib. 33.*
35 ſcriptum reliquerunt, demum † Ro-
mulum multis latis legibus, nobiliū
conſpiratione clam in Senatu occi-
ſum, corpuſq; diſſectum per fruſtra,
ſub Senatorū togis aſportatum fuiſ-
ſe, veriſimilior eſt hiſtoria, quàm fa-
bula, quę extra vrbem eum ſenatu ad
Capreę paludem exercitum luſtrātē
orto ſolis deliquio, & cęli tempeſtate
ſubita ingruente, diſperſo in fugam
populo, diſparuiſſe renūtiat, ſublato
è medio Romulo Interregū primo vi
ſum eſt, in quo centum patres, decem
decurijs factis, ſingulos ex ſingulis
36 legebant, † qui ſummæ rerum præeſ-
ſent, ex ijs vnum, qui inſignibus Im-
perij, & faſcibus eſſet, decernebant,
cuius Imperium quinq; dierum ſpa-
37 tio finiebatur, Interrex † vocabatur,
tandem iuſſu populi, patrumq; au-
thoritate, *Numa Pompilius Rex* ac-
clamatur, plebs etenim tędio Inter-
regis affecta, fremere, ac tumultare
cęperat, centum pro vno dominos
factos conquerens, patribus propte-
rea Regem creari viſum fuit, præſen-
tientes tamen Regem alium non paſ-
ſurum populum, niſi abeo electum,
offerendum vltro, quòd admittere
verebantur, ſtatuerūt, ſummam ideo
populo poteſtatem permiſerunt, hoc
tamen moderamine, vt rata tunc di-
ceretur Regis inauguratio, ſi patres
authores fierent, quod adeo gratum
populo fuit, vt ne victus beneficio vi-
deretur, iuſſerit, quòd Senatus decre-
uerat, qui Romę regnaret, ita *Liuius*.
Dionyſius verò optionem populo à
Sena-

Senatu datã fuiſſe ſcribit, vtrum vno Regi, an magiſtratibus annuis credere Rempub. malluiſſet, populum tamen arbitrio patrum id omne remiſiſſe; patres omnes Regem voluiſſe; de perſona tamen non cõueniſſe, priſcis Senatoribus Regem è ſuo corpore, nouis item è ſuo contendentibus, tandem cõuentum, vt exter Rex nulli factioni obnoxius crearetur, proin-
38 de † Numa Põpilius Curibus ortus, ad Regnum honorifica legatione aduocatur à populo comitijs curiatis, patrumq; deinde authoritate comprobante, Rex declaratur; auſpicijſq; ritè peractis in auguratũ anno 3. Olimp. 16. Vrbis vero cõditę 49. Numa religioni, & pietatis totus adictus, flamines, & veſtales ſalios feciales, Pontificem, alioſq; ſacra tractantes inſtituit, plebem omnem in varia artificum collegia, & conuentus diuiſit, legeſq; multas tulit; defuncto Numa ad patres reuerſa eſt Reipub. procuratio, mox vniuerſæ ciuitatis conſenſu Regnum ſuſcepit Tull. Hoſtil. anno vrbis conditæ 92. Olimp. 17. Secundò is mirum in modnm diſciplinam militarem auxit, Albanos ad bellum prouocauit, & Iani portas, quas Numa in ſignum pacatæ Reip. clauſerat, primùm aperuit, de quo *Virg. 6. Aeneid.*

Cui deinde ſubibit
„ *Ocia qui rumpet patriæ, reſideſque mouebit*
„ *Tullus in arma viros & iam deſueta triumphis*
„ *Agmina.*

Is multis confectis bellis Anci Marcij inſidijs incenſa domo cum vxore, & liberis totaq; familia conflagrauit.
39 Martium † populus Regem creauit, patres facte authores anno cõditæ vrbis 114. Olimp. 35. ſecũdo ſacrificiorũ religioniſq; ritus à Numa inſtitutos, & ſub Tullo p̄ bella obſoletos inſtau-
40 rauit. Succeſſit † deinde L. Tarquinius Demarati filius, populi iuſſu, patribuſq; authoribus, anno ſecundo Olimp. 41. conditę vrbis, qui centum alios in patres legit, trecentiq; Senatores ab eo tempore cęperunt eſſe, inſignia imperij ſuſcepit, coronam auream, ſceptrum, ſellam eburneã, togam pictam, tunicam palmatam, paludamentum, trabeam, curulem anulum, phaleras, & duodecim pro ciuitatum numero faſces, his tamen honoribus haud vſus, quàm prius populus de illis recipiendis legem tuliſſet, inſidijs tandẽ filiorum Anci Martij occiſus ſine Interregno conſeſtim iniuſſu populi, & ſine patrum autho-
41 ritate Regnum † vſurpauit Seruius Tullius, at quia iactari interdum voces intelligebat, ſe iniuſſu populi regnare, cõciliata prius voluntate plebis, agraria largitione ad populum tulit; vellent iuberentq; ne ſe regnare; populo vti rogabat iubente, tanto cõſenſu, quanto nemo alius ante, Rex declaratur, populi tamen conſenſum non ſtatim ſequuta eſt patrum authoritas; vrbis conditæ 175. is cenſum inuenit, rem (vt ait *Liuius*) tanto futuro Imperio ſaluberrimã appimèq; neceſſariam, ex quo belli paciſq; munera oneraq; non viritim, ſicut antea, ſed pro habitu modoq; fortunarum fierent, populumq; Romanum in claſſes, & centurias diuiſit, demũ
42 eo occiſo, † T. Tarquinius, ſuperbus appellatus, Regnum inuaſit, hic tyrãnidẽ exercuit, omnia præclara Regũ inſtituta, ac maximè Seruij Tullij, legeſque; quibus libertatem munierat, & ius ciuium equarat, aboleuit, vnicoq. edicto ferias cenſuit, Conuentus omnes ſacrorum ſuſtulit, ne multis in vnum conuenientibus, conſpirationes occultę contra tyrannidẽ ſtruerẽtur, populo propterea clancularios, inquiſitores, delatoreſq; mercede cõ-
ductis

Digitized by Google

ductis admiſcuit, qui inter conuiuia,
atq; confabulationes, interdum de
Tiranno malè loquentes, ſingulo-
rum animos ciuium pertentarent,
quoſq; rerum ſtatum egrè ferre ſenti-
rent, ad principem deferrēt, qui mox,
vt ſeditioſi bonis priuati ad ſuppli-
cium trahebātur, duos creauit viros,
quibus ſibillinos commēdauit libros
ad quinque, poſtea ad decem, mox
auxit, tandem eo è Regno pulſo, ab
43 vnius † ad optimatū adminiſtratio-
nem peruenit Reſp. Romana; Exa-
ctis itaq. Regibus ſumma poteſtas ad
Senatum, Patritioſq; reddidit, at non
diuturna, ex templo tribunitia pote-
44 ſtate inuenta, ſucceſſit† deinde Conſu
latus anno vrbis 245. duobus viris
creatis, qui annuo Imperio ſimul Rē-
pub. gererent, Conſules dicti, quòd
plurimum (vt ait ex Cicerone *Pom-
ponius* iuriſconſultus) conſulerent
Reip. Iudices, & Prętores nuncupari,
quòd ex lege in comitijs centuriatis
lata conſtat, quam refert his verbis
Cicer. lib. 3. de leg. Regis Imperio duo
ſunto, ijq; præeundo, iudicando, &
conſulendo prætores Iudices conſu-
les appellanto, militiæ ſummum ius
habento, nemini parento, vllis ta lijs
populi ſuprema lex eſto. Omnia Re-
gum iura, atq; inſignia primi tenuè-
re Conſules, & vt certo ordine per-
45 ſtringamus omnia, † Magiſtratus in
maiores ordinarios, & extra ordinē,
tum & in minores ordinarios, & ex-
tra ordinem diuidēdos putamus, in-
ter ordinarios maiores, Regem, Pręfe
ctum, vel Tribunum Celerum, Cōſu-
les duos, Cēſores duos, Prętores quin
decim, Imperatorem Cæſarem Au-
guſtum, Tribunos, Principem iuuen-
tutis adnumeramus. Maioribus ex-
tra ordinē aſcribimus Præfectum vr-
bis, abſente ordinario Magiſtratu, à
Romulo inſtitutum Interregem, Di-
ctatorem, Magiſtrum equitum, decē
viros legibus ſcribēdis, Tribunos mili
tum conſulari poteſtate. Magiſtra-
tus minores ordinarios, appellamus
Quæſtores vrbanos duos, Tribunos
plebis decē, Ædiles plebis duos, Ædi
les curules duos, Æ liles cereales, Cu-
ratorē omnium tribunū, tres viros ca
pitales, totidem nocturnos, valetudi-
nis monetales, quatuor viros viarum
curandarum, quinque tiberinos,
decem litibus iudicandis, Præfectos
erarij, Curatores operū publicorum,
Aluei Tiberis, & cloacarum, & via-
rum ſingularum extra vrbem, Præfe-
ctum prætorio frumenti, populo diui
dendi, & vigilū Curatores, & Denun
tiatores regionum, Magiſtros vicorū
vrbis, Aduocatum fiſci. Inter magi-
ſtratus minores extra ordinem poni-
mus duos viros perduellionis, Quæ-
ſtores parricidij, vel rerum capitaliū,
Pręfectum annonæ, quinq; viros Mē-
ſarios, duos Nauales, tres iuuenes ido
neos ad arma ferenda conquirentes,
quinq; viros turribus muriſq; reficiē-
dis, decem iudicantes ſuper ſacramē-
to & libertate, decem diſtribuendo-
rum donatiuorum, tres legendi Sena
tus, tres recognoſcendi turmas equo-
rum. Ijerant in vrbe magiſtratus ex-
tra vrbem, & Prouinciales appellati
erāt Proconſules, Propretores, Lega-
ti Proconſulū, Legati Propretorum,
Quęſtores Prouīciales, Proqueſtores,
Præfectus Aegypti, Præfecti prefectu
rarum, Conſulares quatuor, qui per
Italiam ius dicerent iuridicis Italiæ.
Magiſtratuū ſubordinatos miniſtros
apud Romanos inuenimus Scribas
adceſū, Pręcones, Littores, Viatores,
Carnifices, Diribitores, Rogatores,
Cuſtodes, Nomēdatores, Diuiſores,
Magiſtros curiarū. Hos magiſtratus
ab vrbe condita vſq; ad Imperij decli-
nationem ſuccedentibus temporibus
in Rep. fuiſſe Romana ex *Dionyſio*,
Liuio, *Plutarcho*, *Pomponio*, *Gellio*

Me-

Digitized by Google

Meſcala, Solingo, Tacito, Trãquillo, Dione, Iulio Capitolino, Appiano, Cicerone, Seſto, Feneſtella, Victore, Varrone, Spartiano, & Plauto recolligere licet. hæc de Romanorum Magiſtratibus compendiario dixiſſe ſatis ſit, ſed delapſo Imperio, atque in multas Monarchias, & Regna conſciſſo, Magi-
46 ſtratus † varij ad libitum cuiuſq. placitum inſtituti fuère, & in Regno
47 † noſtro res hæc nonnunquã diu in eodem permanſit ſtatu; primum cùm à Ciclopibus, & Leſtrigonibus detinebatur, nullum ordinem Magiſtratuũ viguiſſe, credibile eſt; de illis enim cecinit *Homerus*.

„ *Conſilium hijs nullum eſt, hijs nulla forenſia Prætor*
„ *Iura dat, obſcurum ſed altis montibus antrum*
„ *Soli habitant, nihil hos aliena negotia tangunt.*

Poſtmodum, cùm Tyrannis, & Græcis paruiſſe fertur, qui, qualeſq; fuerint Magiſtratus, vetuſtatis obſcuritate deliteſcit, nonnullæ Ciuitates Tyrãnidem fuerunt experti, cuius Imperium vnius eſt dominationis, multæ ſub Ariſtocratico regimine adminiſtratæ, deinde, cùm (pulſis Cartaginenſibus) Reip. Romanæ obſequiũ præſtitiſſet, primum C. Flaminium Prætorem miſſum memorat *Solinus*, & tàm ſub Rep. quàm ſub Principibus Prætoria Prouintia manſit, inter alios Sext. Biduceus, Quæſtore M.T. Cicerone Prætor ius dixit, mox C. Sacerdos, deinde C. Verres per triennium, Verri Metellus ſucceſſit, Seuerus Imperator (vt author eſt *Spartianus*) Proconſularem fecit Siciliam, ſuccedentibus temporibus commiſſa eſt Præſidibus, poſtea à Conſularibus adminiſtrata, quod ſub Valẽtiani Imperio eueniſſe conſtat, vltimo Iuſtinianus ei Prætorem dedit: florente Rep. duos Quæſtores, vnum Lilibetanũ, alterum Syracuſanum ad Tributorum exactionem habuit, ſub poſterioribus Principibus ad Comitem priuatorum Italiæ munus hoc deuo-
48 lutum, ſeptendecim † populos Siciliæ fuiſſe ſcribit *Cicero* in 7. *actione*, cuius Metropolis fuère Syracuſæ, vbi Prætor, ſeu Præſes Siculis ius Latij C. Iulius Cęſar tribuit, M. Antoninus Ciuitatem, à Gotis primùm, à Saracenis deinde Regnum occupatum, tandem Rogerio, & ſucceſſoribus Normandijs Regibus ceſſit, poſtea in Sueuorũ manus abijt, deinde in Aragonios Reges tranſijt, & nunc Regum Maximo Hiſpaniarum ſubeſt Imperio;
49 ſub primis illis Regibus † Magiſtratum habuit ſupremum, qui Magiſter Iuſtitiarius appellabatur, q. vniuerſalẽ in toto Regno habebat iuriſdictionẽ,
50 duos † primum, deinde quatuor, modo ſex Iudices Magnæ R. C. Magnum Admiratum, Cãcellarium, Magiſtros Rationales, Conſeruatorẽ Regij Patrimonij, Theſaurarium, Magiſtrum Portulanum; Hij erant ordinarij Magiſtratus, abſentibus Regibus,
51 ſummus † Magiſtratus erat Prorex, ſed pattuum noſtrorum temporibus Regnum nouam induit formam regi-
52 minis, abolitis † Magiſtro Iuſtitiario,
53 & Cancellario, inſtituta fuère † Tribunalia, M.R.C. Primum, Secundũ Regij Patrimonij, Tertiũ Conſiſtorij S.R. Conſcietiæ, de quibus, & eorum Iudicibus, & poteſtate lib. 5. diſcutiemus. Hij ſunt Magiſtratus, qui in toto Regno iuriſdictionem habent vniuerſalem. Sunt & alij, qui peculiaribus Ciuitatibus ius dicunt; poſſunt
54 etiam & Barones Regni † Magiſtratus dici, q. merum, & mixtũ Imperiũ ſortiuntur, & ſub ſe in ſuis Oppidis alios ſubordinatos hẽnt Magiſtratus, de q.bus pariter libro 4. dicemus. Hęc de Magiſtratuum origine, deq; eorũ progreſſu dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus creatio eſt de regalibus, & de ijs, quæ ad ſupremam pertinent iuriſdictionem, vbi de ratione.*

2 *Magiſtratus creare nulli poſſunt niſi regalia habentes.*

3 *Princeps ſolus hodie facit, quod olim Reſpublica faciebat, & de ratione, n. 5.*

4 *Princeps eſt fons dignitatum, & iuriſdictionum, & num. 8.*

6 *Rex eſt caput Reipublicæ, à quo pendet omnis poteſtas, & iuriſdictio.*

7 *Princeps creando Magiſtratus, tribuit illis iuriſdictionem, & poteſtatem adminiſtrandi.*

9 *Princeps ſolus poteſt creare Magiſtratus, ſeu Capitaneos, ac Duces Belli, illoſq; augere, vel diminuere.*

10 *Rex, ſeu Princeps, vt ſuam benè regat rempublicam, tenetur ex neceſſitate magiſtratus creare, aliàs mortaliter peccaret, & num. 11.*

12 *Magiſtratus non aderant antequam leges eſſent conditæ, ſed populus ſolo Regis arbitrio regebatur.*

13 *Leges bonas habere, ſi Magiſtratus deficiant, vt ſecundum illas viuatur, vtique vanum eſt, & nihil proderit, riſumque mouebit, & nu. 14.*

15 *Ciuitas eſſe non poteſt ſine Magiſtratibus, nec rectè ſine ijs, quæ pertinent ad ordinem, & ornatum, adminiſtrari valet.*

16 *Magiſtratus dicũtur legum executores, & per eos conſequuntur homines effectum legis.*

Princeps curare debet non ſolum bonas leges condere, ſed & Magiſtratus conſtituere, vt illæ per omnes ſeruentur num. 16. in fine.

17 *Rex ſolus in ſuo Regno habere poteſt Tribunal, ſeu Parlamentum, vel Cãcellariam, Senatum, ſiuè Conſiliũ.*

18 *Chriſtianis, licèt magiſtratus gerere, & Tribunalia, aut ſimilia conſtituere per aliquos eſſe prohibitum aſſeratur, eorum tamen opinio tamquam erronea confutatur.*

19 *Deus regimen politicum conſtituit.*

20 *Poteſtas politica à Deo eſt.*

21 *Iudices à Deo vocantur Dij.*

22 *Iudices & magiſtratus voluntatem Dei explicant.*

23 *Iudices non debent habere exceptionem perſonarum.*

24 *Magiſtratibus obediendum eſt, quia ſunt miniſtri Dei.*

25 *Magiſtratus ſi non eſſent, maxima in repub. damna orirentur.*

26 *Iudicia licita ſunt inter Chriſtianos.*

ARGVMENTVM.

Qui poſsint creare Magiſtratum.

CAPVT I.

1 MAGISTRATVS † creatio de Regalibus eſt, & de ijs, quę ad ſupremam pertinent iuriſdictionẽ, vt ĩ cõſtit. Ea quæ ad ſpeciale decus, & in conſtit, duram, & diram, & in conſtit. officia, vbi *Andr. & Afflict. tex. eſt melior in cap. 1. Quæ ſint regal. ibique Andr. num. 64.* rationem eſſe ait, quia lege Regia Populus tranſtulit hanc poteſtatem in Principẽ, ad tex. *in l. 1. §. cum vrbẽ, ff. de offic. præfect. Prat. l. 1. in princ. C. de vet. iur. enucl. l. 1. ff. de conſtit. Princip. l. 1. ff. de Ambit. §. interim, Authen. de defenſ. ciuit. §. ſed & quod principi, Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. §. optamus, C. de offic. præf. cum ſeq. §. illud videlicet, in Authent. vt Iudic. ſen. quoq. ſuffr. c. 1. verſ. iudices, & ibi gloſſ. de pace iuram. firm. in feud. Doctores in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit. Reſtaur. de Imperat. q. 110. caſ. 117. Caſſan. in Cathalog. glor. mund. p. 5. conſid. 24. caſ. 15. Gram.*

decis.

deciſ.46. Morl.in Empor.par.1.tit.2.nu
me.8. Roſantell.de feud.cap.5. concluſ.
4. nu.8. vbi hoc ait eſſe extra contro-
uerſiam Auend. de exeq. mand. cap. 1.
num.1. & ſequ. Couar.pract.quæſt.cap.
1. num.9. & cap.4.num.3. Auil. cap.1.
Prætor. gloſ.1. Didac.Perez.l.1.tit.15.
lib.2. Mattienſ.in l.1.gloſ.21.num.4.cũ
ſeq.tit.10.lib.5. Azeued.l.3.tit.5.nu.1.
& ſeq.recopil.Couarr.pract. quæſt. cap.
1.nu.10.concl.10. Bouadill. lib.1. Polit.
c.2. num.14. & ſeq. & lib. 3. cap.8.nu-
me. 152. & 153. cum ſeqq. & pro-
2 pterea † non niſi regalia habentes
creandi magiſtratum poteſtatem ha-
bere dicuntur, vt dixit text. expreſſus
in d.cap.1. in ver.poteſtas, vbi Andr. &
cæteri ſcribentes, Doctores in l.1. ff. de
iuriſd. omn.iud. Canoniſt. in d.cap. cum
acceſſiſſent, de conſtit. Gramm.d. deciſ.
3 46. & quod † olim Reſpublica facie-
4 bat, hodie Princeps eligit, qui † eſt
fons dignitatum, & iuriſdictionum,
ſecundum Bald. in cap. 1. Quis dicat.
Dux, vel March. Boer. de author.magn.
conſil.num.156. Auendaṅ. de exeq. Man
dat. Princ. cap.1.num.2. ſubdẽs, quòd
5 † Princeps, cum ſit velut ipſa Reſpu-
blica, cuius loco ſubrogatur, eius ima
ginem gerit, quod ante eum ponde-
rauit Andr. in d. verb. poteſtas, dum
6 ait, quòd † Rex caput eſt Reipublicę,
& ab eo, vt dictum eſt, pendet omnis
poteſtas, & iuriſdictio, Capic. in verb.
feudorum genera, & in verb. iuriſdictio
omnis, & in verb. feuda officiorum, in
ſua inueſtitura, Afflict. in cap.1. §. ad
hæc, de Pac. iuram. firm. num.3. Iacob.
de Sanct. Georg. de feud. in ver. Vicarius
num. 6. Marant. in Specul. par. 4. diſt.
5. nu.3. Menoch. de præſump. lib.3. præ-
ſump.97. num.30. Didac. Perez. in l.1.
tit.15. lib.2. ordinat. & in l.2. tit.14. p.
3. vbi Greg. Lop. ideoq. cùm creando
7 † Magiſtratus, tribuat illis Princeps
iuriſdictionem, ſiue poteſtatem iuris
8 miniſtrandi, quæ iuriſdictio † in ſolo
Principe reſidet (vt dicam infra) non
ab re ad Principem † ius hoc magi-
9 ſtratum creandi competat, vt dixit
Roſantell. in d.concluſ.4.num.8. & Ca-
bed. deciſ. 44. nume. 2. p.2. vbi ſubdit
idem dicendum de capitaneis, & belli
ducibus, quorum creatio ad ipſum-
met Principem ſpectat, quia illis tri-
buit ius militare in milites, vt ſuper
eis illud exercere poſſint, ad tex. in l.2.
ff. de orig. iur. Cap. deciſ.27. Peregr. de
iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 14. ſicut &
poteſt magiſtratus creatos augere, vel
minuere, vt dixit Theſaur. in Prohem.
deciſ. num.22. & ibi Gaſp. filius in add.
Menoch. conſ. 1107. per totum. & poſt
hæc ſcripta viſus Ioan. Iacob. Maur.
alleg. 18. vbi etiam quid ſtante pri-
uilegio. Tholoſ. lib.9. de Republ. cap.1.
10 num.35. Hinc eſt quòd † Rex ſeu Prin
ceps, vt ſuam benè regat Rempubli-
cam, tenetur reſpectu exercitij officio-
rum ex neceſſitate habere Magiſtratũ,
vt dixit Cagnol. in tract. de vit. & re-
gim. boni Princ. num.72. aliàs mortali-
11 ter † peccaret, & ad reſtitutionem dã-
norum teneretur, ex his quæ tradit
D. Thom. in opuſc. ad Duciſſam Barban
tia, & Silueſt. in ſumma in ver. domi-
nium & dominus, quæſt. 4. Flor. Diez.
pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 8. num. 1. &
in iudice appellationis tradit Pariſ. de
Put. in tract. ſindicat. tit. de exceſſ. Reg.
12 num. 51. Si quidem ab initio † ante-
quam leges eſſent conditæ, ſicut non
aderant leges, ita nulli aderant magi
ſtratus, ſed Populus ſolo Rege, & ſolo
Regis arbitrio regebatur, ad tex. in l.
2. C. de orig. iur. & eſt gloſ. magiſtral.
in prohem. conſtit. Regni, nu. 29. Alex.
in l.1. num.3. ff. de offi. eius cui mand.
eſt iuriſd. Cagnol. in Rubr. de orig. iur.
numer. 190. & 196. Marant. de
ord. iud. par.3. ſed inde conditis legi-
bus, ſtatim fuerunt introducti ex ne-
ceſſitate magiſtratus, ad tex. in d. Ru-
br. & l.2. in princ. de orig. iur. vanum

13 enim † eſſet leges habere, ſi Magiſtra-
tus non adeſſent, qui illas adaptare
ſecundum caſuum cõtingentiam poſ-
ſent, ideoq; dicebat *Plato lib. 6. de le-
gib.* Nemini dubium eſt, quin, cùm
magna res legum latio ſit, ſi qui ciui-
14 tati † per leges benè paratæ non ido-
neos magiſtratus conſtituunt, quam-
uis leges benè poſitæ ſint, tamen non
modo id nihil proderit, riſumq; moue
bit, verum etiam calamitates maxi-
mas ciuitatibus pariet, *& Pompon. lib.
Encridij.* parum eſt ius in ciuitate eſ-
ſe, niſi ſint qui iura reddere poſſint, *&
poſt Demoſtenem, & alios Simanc. de
Repub. lib. 5. cap. 1. Salas de leg. diſput.
6. ſect. 2. & Petrus de Greg. Tholoſ. in
Republ. lib. 4. cap. 5. in princ.* ſubdens
ex Ariſtotel. lib. 4. politic. cap. 4. quòd
15 Ciuitas † eſſe nõ poteſt ſine magiſtra-
tibus neceſſatijs, nec rectè ſine ijs, quę
pertinent ad rectum ordinem, & orna
tum adminiſtrari *idem Simanc. vbi ſu
16 pra cap. 2.* ſunt enim † magiſtratus le-
gum executores, *ad tex. in l. 2. §. poſt
originẽ, ff. de orig. iur.* & per eos conſe-
quuntur homines effectum legis, hoc
eſt finẽ iuris, ad quod fuit ſtatutũ, vi-
delicet ad pacificum ſtatum, & fęlici-
tatem in ſua ſocietate humana, & iſti
dicuntur iudices, ſeu magiſtratus, ſe-
cundùm *Iſidor. lib. 20. ethimolog. & eſt
tex. in cap. 2. 23. q. 2. cap. forus, de ver.
ſignif. & in d. §. poſt originem in verb.
quod ad magiſtratus attinet*, refert, &
ſequitur *Michael Vlcur. in tract. de re-
gim. mund. par. 4. q. 1. num. 1.* quod ma
ximo eſt in republica beneficio tri-
buendum, dandaq. eſt opera, ne leges
tantũ bonæ conſtituantur, ſed ſecun-
dum eas viuatur, quòd facilè conſe-
quetur, conſtitutis per ſingulas ciui-
tates, & oppida domeſticis iudicibus,
vt de Ioſeph Rege ſcribitur *lib. Para-
lipom. c. 19.* & de iure eſt *tex. in l. fi. ff.
de iurid. omn. ind. l. pupillus, §. terri-
torium ff. de verb. & rer. ſignif.* Inde
17 eſt, quòd ipſe ſolus † habere poteſt in
ſuo Regno Tribunal, ſeu Parlamen-
tum, vt dicunt Galli, vel Cancellariã,
ſecũdùm Hiſpanos, vel Senatum, aut
Cõſilium, vt dicunt Itali, cum ſit hoc
ſupremæ regalis poteſtatis, vt dixit
*Bart. in l. hoc Tiberius, & l. 2. ff. de hæ-
red. inſtituend. Caſſan. in Cathal. glo.
mund. par. 7. conſid. 9. Carol. de Graſſal.
de regal. Reg. Franc. f. 111. Cabed. de-
ciſ. 85. num. 1. par. 2. Montag. de Par-
lamen. fol. 241. tom. 5. tract. Theſaur.
in prohem. deciſ. num. 10.*

Et quamuis ſecundum Anabapti-
ſtas, & Trinitarios non liceat Chriſtia
18 nis † gerere magiſtratus, nec inter eos
eſſe debere huiuſmodi Tribunalia,
Prętoria, Iudicia, ius gladij &c. & ob
id inter Antricheſes Chriſti veri, &
falſi, miniſtri, qui in Tranſiluania
Trinitatem, Incarnationem, & bap-
tiſmum paruulorum negauerunt, eã
ſeptimam eſſe dixerunt; Chriſtum
falſum habere in ſua Eccleſia Reges
Principes, Magiſtratus, Gladios;
Chriſtum autem verum nihil tale
in ſua Eccleſia pati poſſe, idq. aliqui-
bus fundamentis probare conantur,
de quibus apud Doctor. Theologos
in locis infra citandis; Attamen ſe-
cundum omnes Catholicos erronea,
19 hæc, ac falſa eorum opinio confuta-
tur: Deus enim in populo ſuo regi-
men ciuile conſtituit vt de *Moyſe,
& Ioſue liquet Exod. 18. verſ. 13. Deut.
1. verſ. 13. & cap. 34. verſ. 9. Ioſue
7. verſ.* 24. & ab eo politicam pote-
20 ſtatem † eſſe, vt dixit *D. Auguſt. lib.
4. & 5. de Ciuit. Dei.* vnde & Iudices
21 † à Deo poſiti vocantur Dij *Deut. 22.
verſ. 8. 9. & 28. & in Pſalm. 81. verſ.
1.* Deus ſtetit in Synagoga Deorum,
in medio autem Deus dijudicat, hoc
eſt vt ibi exponit Genebrardus, Deus
ſe ipſum collocauit in congregatio-
ne, & conſenſu Iudicum, vicem Dei
in terris gerentium, vt eorum actio-

nes

nes contempletur, & de eorum Iudicijs,& ſententijs cenſuras ferat; Chaldeus eleganter ad rem vertit, Deus cuius maieſtas commoratur in congregatione iuſtorum, qui potentes ſunt in lege, in medio iudicum in veritate iudicat, *& in verſ.* 6. Ego dixi Dij eſtis vos, & filij excelſi omnes, Chaldeus ait, ſicut Angeli Dei excel-
22 ſi, nimirùm quia Iudices,† & Magiſtratus Dei voluntatem legibus explicant, vt Dei nuntij, quem locum ipſe Chriſtus adduxit *Ioan.* 10. *verſ.* 34. non ne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia ego dixi Dij eſtis vos; hinc *Moyſes Deut. primo, verſic.* 17. Iudicibus
23 † inquit nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis, vt magnũ, nec accipietis cuiuſq. perſonam, quia Dei Iudicium eſt, & propterea illis
24 obediendum † eſſe traditur ad *Rom.* 13. Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nõ enim eſt Poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt, itaq. qui reſiſtit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, vbi de poteſtate politica eſſe ſermonem patet ex *tex. & Ireneo lib.* 5. *cap.* 20. *Baſil. in Conſtit. monaſt. cap.* 23. *Auguſt. epiſt.* 54. *ad Macedon. & cæteri ad eumdem locum*, ſunt enim miniſtri Dei; ſecundum *Paul. ibidem*, nullamq. poſſe hominum ſocietatem exiſtere, maximaquè in Repub. incommoda ſequerentur, ſi non eſſent Principes, Reges, & Magiſtratus,
25 † quibus homines in officio continerentur; in tantum quod licitum eſt
26 Chriſtianis † publica iudicia exercere, vt latiſſimè prædicta omnia validiſſimis authoritatibus & rationibus (reprobata contrariorum opinione) confirmant *D. Thom. in opuſcul.* 20. & poſt alios omnium latiſſimè *Illuſtriſſ. Card. Bellarm. controuer. lib.* 3. *cap.* 2. 3. *& ſeq. de Laicis, Salas de legib. diſput.* 7. *ſectio.* 1. *cum ſeq. Suarez. in ſimili tractat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *& ſequen. vbi cæteros cumulant.*

Vt igitur in ſpeciè ſciamus, qui ſint Principes, qui magiſtratũ creare poſſunt, conſequens eſt, vt pariter ſciatur de hijs, qui regalia poſſident, quòd in ſequentibus capitulis breuiter explicare arbitratus ſum.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt creare Magiſtratus, & Marchiones, & hoc illi magis licet, quam ipſi Imperatori, eo quod regalia iura ſibi competunt, & numero ſeqq.*

2 *Papa dicitur eſſe omnia, & ſuper omnia, & habet plenitudinem poteſtatis, num.* 3.

4 *Papa nõ habet ſuperiorem in terris, imò Imperatores, Reges, & Duces creare dignoſcitur, nu.* 5.

6 *Papa verè dicitur habere Principi reſeruata, & poteſtatem creandi magiſtratus, ac Regales dignitates conferendi, & num.* 7. *vbi de ratione.*

7 *Papa ſolus Imperatorem coronare, & confirmare, ac alium ex iuſta, & rationabili cauſa eligere poteſt.*

8 *Papa ſolus poteſt Imperatorẽ deponere ex iuſta cauſa, & in aliã gẽtem Imperium transferre, & de ratione, nu.* 9. *vbi etiam ponitur ampliatio.*

10 *Imperium ſeu Regnum ſi vacat, deuoluitur ad Eccleſiam, & Papam. ſi Regni proprietas ad eccleſiã pertineret.*

11 *Papa poteſt dare Regna, cum ab eo ſumatur Imperium, & nu.* 12.

13 *Papa eſt tamquam Dei Vicarius.*

14 *Papa, vacante aliqua regali dignitate, ipſe illam conferre tenetur, nõ autem Imperator.*

15 *Papa, ſi Regnum illi ſubiectum reperiatur, ipſe concedit dignitates, & alia regalia ſibi competentia, ac illi tamquam Regi debent ſubditi iurare fidelitatem.*

Papa

16 *Papa creando Reges, regalia concedere videtur.*

17 *Nemo dat quod non habet.*

18 *Papa dicitur Dominus totius Mundi, ac ſummus Princeps omnem habens plenitudinem poteſtatis.*

19 *Magiſtratus creatio quando ſpectet ad Prælatos inferiores in eorum ditione.*

20 *Magiſtratus, creati à Prælatis ad cauſas temporales, debent eſſe ſeculares, & in deciſione cauſarum tenentur ſeruare leges Regni, & procedere vti Iudices temporales, & num. 21.*

22 *Appellatio à cauſis deciſis per Iudices temporales Prælatorum ad Regem deuoluitur, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Summus Pontifex creat Magiſtratum.

CAPVT II.

1 SVMMVS † Pontifex magiſtratum creare pōt, eo quod regalia iura ſibi cōpetunt, vt dixit *Andr. in c. Imperialem, §. fin. nu. 34. de prohib. feud. alienat. per Feder. Bald. conſ. 224. & 353. incip. præſupponendum, volu. 1.* vbi ait, quòd creare Magiſtratum, & Marchiones magis licet Romano Pontifici, quàm ipſi Imperatori, *Lipar. ad Andr. in cap. 1. de feud. March. in verb. regalia, & ibidem Landen. & Card. Alex. & Iaſ. in Rubr. Qui feud. dar. poſſ. num. 4. Aluarot. ſibi contrarius in tit. Quis dicat. Dux, num. 7. Seyſel. in Specul. feud. titul. Qui feud. dar. poſſ. §. 1. in verb. ſed Martinus.* * de commun. * teſtatur *Afflict. in eod. cap. 1. num. 1. de feud. March.* licèt corruptè in alio loco allegetur *à Vult. lib. 1. cap. 5. ver. dixi regalia fol. mihi 90.* qui contrarium tenet, & meritò ex- * purgatus in hoc nouiſſimè, de cōm. * teſtatur etiam *Roſantell. Synops. feud. cap. 5. concluſ. 1. in fin. addict. in ver. tradunt quidam, Doctor Marta in tract. de iuriſdict. par. 1. cap. 32. num. 11. Camill. de Curt. part. 1. de feud. num. 3. fol. mihi 13. Tob. Non. conſ. 72. num. 14.* vbi, ait quòd aliter tenere eſſet abſurdiſſimum, & Catholicæ veritati prorſus contrarium, (ne dicamus hæreticum,) & ex diametro contra determinationem *extrauag. vnam ſanctam, de maioritat. & obedient.* & ſubdit, quòd dictum Bald. ſibi contrarij *in* * *cap. 1. nu. 3. de feud. March.* * communiter eſt reprobatum, & ſequitur, licèt eum non alleger, Peregrin. *de iur. fiſc. titul. 2. num. 36. & 39.* cum Romanus

2 † Pontifex ſit omnia, & ſuper omnia, *Bald. in cap. 1. Qualit. olim propr. pri-*

3 *uet.* & habeat † plenitudinem poteſtatis, *Bald. in cap. 1. Quid ſit inueſtit. Addit. ad Andr. in cap. 1. §. fin. num. 2.*

4 *de cap. Corrad.* nec † ſuperiorem in terris habeat, *cap. licet, & cap. per venerabilem, de elect. cap. cuncta per mun-*

5 *dum, 9. quæſt. 3.* & creat † Imperatores, Reges, & Duces, *capit. ſolita, de maio-*

6 *rit. & obedient.* quinimo ad ipſum † verè ſpectant Principi reſeruata, & præcipue poteſtas creandi magiſtratum, & collationes regalium dignita-

7 tum ex illa euidenti ratione, quia † ſi ad Papam pertinet Imperatorem cōfirmare, & coronare, *d. capit. ſolita, de maiorit. & obedient. cap. ad Apoſtolica, de ſentent. & re iud. clement. 1. de iur. iurand.* item & ex iuſta, & rationabili cauſa aliùm eligere, vt probant *Auguſt. de Ancon. in tract. de poteſt. Papa, quæſt. 37. in primis quinque articulis, Caſtal. de Imperat. quæſt. 53. refert & ſequitur D. Marta de iuriſdict. p. 4.*

8 *cent. 2. caſu 197. num. 3.* & pariter † ex cauſis deponere, *Bald. in l. reſcripta,*

C.

C. de pracib. Imperat. offer. Turrecr.
de elect. lib.2.cap.113. in 4. argu. Re-
ſtaur. latiſsimè in tract. de Imper. cap.
81. & in aliam gentem transferre, d.
cap. per venerabilem, de elect. cap. diſ-
plicet, 23.q.8. Cardin. Iacobat. in tract.
de Conſil. lib. vltim. cap. 8. Caſſan. in
Catalog. glor. mund. par. 5. conſid. 28.
Lancell. in Templ. omn. indic. lib.1.cap.
1. §. 31. de obligat. Imper. Aluarez. in
Specul. Pontif. & Reg. cap. 16. num. 13.
cap. 31. nume. 17. & cap. 56. per totum,
9 quia † poteſtas eligendi ab ipſa Apo-
ſtolica Sede peruenit ad electores, d.
cap. per venerabilem, Bald. in tit. de
pac. conſtan. in verb. conceſſerimus, Gre
gor. Merul. in lib. 1. antiquit. fol. 2. D.
Thom. in puſcul. de regimine Princip. q.
21. Dom. Mart. in loco relato nume. 4.
idque procedit etiam abſque conſen-
ſu & conſilio Illuſtriſſimorum Cardi-
nalium, Abb. in cap. ex geſtis, de cler.
10 non reſid. quinimo vacante † Impe-
rio ad Papam deuoluitur, cap. licet de
for. compet. idemque vacante Regno,
cuius proprietas ad Eccleſiã pertine-
ret, vt puta ſi eſſet populus ſciſmati-
cus, vel rebellis, vt ſingulariter notat
Corſett. de poteſt. Reg. p. 2. nu. 14. vbi
ita intellexit tex. in d. cap. licet, & tex.
& ibi Abb. in cap. cum inter vniuerſas,
11 de elect. & † ſi Imperium ſumitur à
Papa, verum erit dicere quòd Ponti-
12 fex poteſt etiam † dare Regna, maxi-
mè cùm hodie Imperium ſit in parti-
culari, & non in vniuerſo, & Summus
13 Pontifex † tanquam Dei Vicarius,
vt cap. quanto, & cap. inter corporalia
extr. de translat. vacante aliqua rega-
li dignitate, ad eum ſpectare debet
14 † eius collatio, & non ad Impera-
torem, & ſi Regnum ſubiectum Pa-
pæ reperiatur, ipſe † concedet digni-
15 tates, & alia regalia, ſibi competen-
tia, ipſiquè ſubditi iurare debent fide-
litatem, tanquam Regi, Natt. conſ.
637. num. 10. & 12. & 638. num. 20.

Eſt verum quod quàm primum Papa
prouidet de Rege, illi Regi ſubijciun-
tur, vt notanter poſt Bald. & alios tra-
dit Corſett. de poteſt. Reg. par. 5. num.
72. & par. 4. q. 68. ſub nume. 13. ver.
idem dicit etiam & ſub nume. 31. vbi
ſubdit quòd creando Reges, regalia
16 † conceſſa dicuntur, ex Bald. in cap. 1.
in vlt. colum. in ver. vltimo nota, Quæ
ſint regal. Cepoll. de ſeruit. ruſtic. præd.
cap. de portu, colum. 1. & conſequen-
17 ter regalia habere dicitur, quia † ne-
mo dat quod non habet, quod quidẽ
minime aſſerendum erit de ſummo
18 Pontifice, qui dominus † totius mun
di appellatur, cap. cum diuerſis, de pri-
uileg. in 6. cap. Conſtantinus, 96. diſt.
& ex pluribus comprobat Barbat. con-
ſil. 1. volum. 1. ſummuſq; ſit Princeps,
omnem habens plenitudinem poteſta
tis, cap. multum ſtupeo, 3. q. 5. Lipar.
ad Audr. in cap. 1. §. fin. num. 2. de
cap. Corrad. Bald. in d. l. reſcripta, nu-
me. 7. C. de pracib. Imperat. offer. quæ
omnia ſunt pluſquàm luce clariora,
& licet aliqui contrarium teneant, ni-
hilominus ſine ratione loquũtur, nec
allegari merentur, cum eorum dicta
ſint nouiſſimè in hoc expurgata per
ſanctiſſimam Inquiſitionem Hiſpa-
niarum.

Idem dicendum eſt circa magiſtra-
19 tus creationem in cæteris † Prælatis
inferioribus in eorum ditione pro
adminiſtratione ſpiritualium, quia
poſſunt creare ſuos magiſtratus, idẽq.
affirmãdũ eſſet ſi tẽporalem fortè ha-
beãt poteſtatẽ ex priuilegio à Rege cõ
ceſſã, prout in Regno plures habemus
Prælatos, qui terras cum vaſſallis, &
iuriſdictione ex Regis beneficio poſſi-
dent, ratione cuius eligunt officiales
ad has temporales cauſas, vt dixit
Couarr. pract. quæſt. cap. 4. Cabed. de-
20 ciſ. 11. p. 2. nu. 3. ſubdens quòd † magi
ſtratus, ab eiſdem Prælatis conſtituti
ad has temporales cauſas debent eſſe
ſecu-

Digitized by Google

ſeculares perſonæ, vt dixit *Andr. in Cõſtit. Iuſtitiarij nomen, colum. fi. Couarr. vbi ſupra num. 2. Vincen. de Anna ſing. 460.* vbi refert ita iudicatum, & vti tales à Regijs officialibus ſindicantur, vt dixit *Octau. Bamba. in tit. ſi de feud. defunct. §. qui clericus q. 6. nume. 138.*

21 & † in deciſione dictarum cauſarum ſeruare debent leges Regni, & procedere vti iudices temporales, ſecundũ *Hoſtienſ. in ſumm. tit. de teſtib. & qualiter, ver. an igitur & in tit. de ſenten. excom. §. ſi quis poſſit, Cuman. conſ. 41. num. 1. Gregor. Lopez l. 7. par. 1. tit. 9. in gloſ. otios, Cancer. lib. 3. variar. reſol. c. 13. num. 346. Queſad. diuerſ. quaſt. c. 29. nume. 14. verſ. ſicut autem Rex Hiſpania, Cabed. d. deciſ. 11. num. 3. in fi. Anna d. ſing. 460. Camil. Borell. de praſtan. Reg. c. 73. Anto. de Ball. lib. 4.*

22 *pract. q. 2. num. 63.* & ab eorum † cauſis ad Regem concedentem appellatur, *ad text. in cap. Romana, §. decet, de Appellation. in 6.* de quo infra dicam lib. 3. cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *Regalia Imperatori competunt, vel cui ipſe ea expreſsè, vel tacitè habenda conceſſerit.*

2 *Regalia illa verè cenſentur, qua à Papa, vel Imperatore conceduntur, & de ratione num. 3.*

3 *Imperator quò ad exercitium temporalium, ſummam habet iuriſdictionem, & poteſtatem, per populum Romanum translatam.*

4 *Imperator dignitates inſtituit, & reuocat, ne dum vacantes, ſed etiam exiſtentes in ſubſtantia, ac reales, maiores, & minores conferre dicitur.*

5 *Imperator quò ad iuriſdictionalia in temporalibus Dominus totius Mundi appellatur.*

6 *Mundus totus in temporalibus dicitur eſſe Prouintia Imperatoris, ſicut in ſpiritualibus dicitur eſſe Prouintia Summi Pontificis, diſtingue vt ibi.*

7 *Imperator quò ad iuriſdictionalia habet vbique locorum intentionem ſuam fundatam, vnde ex hoc fiſcus Caſaris vbiq; dicitur, & num. 8.*

9 *Imperator non poteſt concedere dominium rerum particularium, quia non eſt dominus niſi ad protectionem.*

10 *Principis appellatione propriè, ſolum de Imperatore intelligitur, ſed hodie habentes iura Imperij in eorum dominijs Principes nuncupantur.*

Imperator creat magiſtratus tanquam de regalibus maioribus, ipſi ſoli competentibus, num. 10. in fi.

ARGVMENTVM.

Imperator creat Magiſtratum.

CAPVT III.

1 REGALIA Imperatori † competunt, vel cui ipſe ea expreſsè, vel tacitè habenda dederit, putà prçſcriptione, vt infra dicam, alijs verò non competunt iure ſuo proprio, ſed alieno, nimirum vel ad exemplum Imperatoris, vel conceſſione, vt dixerunt *Bald. Andr. Aluarot. & cateri in cap. 1. Qua ſint regal. idem Andr. in capit. 1. de non. form. fidelit. Curt. iun. de feud. par. 2. de feud. laic. nu. 7. Roland. conſ. 4. num. 48. volum. 3.*

2 & ea ſola † regalia cenſentur, quæ à Romano Pontifice, vel ab Imperatore conceduntur, vt dixerunt *Bald. in cap. 1. num. 1. & ibi Aluarot. num. 4. Prapoſit. num. 1. & Afflict. numero 1. Quis dicat Dux, vel March. Bart. in l. 1. nume. 15. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Ma-

Marant. de indit. part. 4. diſtinct. 5. num. 3. Prukman in cap. 1. Quæ ſint regal. num. 16. refert, & ſequitur Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. num. 6. in fin. fol. mihi 82. *Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num.* 38. vbi ait hoc eſſe indubitatum, quia quò ad exercitium tempo-
3 ralium ſummam habet † iuriſdictionem, & poteſtatem, in eum per populum Romanum tranſlatam, *l. 2. §. denique ff. de orig. iur. l. 2. §. cum vrbem, ff. de offic. Præſid. & §. ſed quod Principi, Inſtitut. de iur. natural. gent. & ciuil. Alciat. conſ. 208. in fin. aliàs 22. lib. 5. & conſil. 201. num. 14. aliàs*
4 *5. lib. 4.* & proinde † dignitates inſtituit, & reuocat, ne dum vacantes, ſed etiam exiſtentes in ſubſtantia, *Bald. conſ. 326. 327. 333. & 335. vol. 1.* quinimo, & dignitates regales, maiores, & minores confert, *ad text. in cap. 1. de feud. March. & in tit. Quis dicat Dux*, vbi omnes ſcribentes, &
5 precipuè *Bald.* ideoque † in temporalibus quò ad iuriſdictionalia dominus totius mundi appellatur, *cap. in apibus, 7. quæſt. 1. cap. futuram eccleſiam, 12. quæſt. 1. l. deprecatio, ff. ad l. Rod. de iact. Oldr. conſ. 176. Caſſan. in Catalog. glor. mund. par. 5. conſid. 28. Aluarez in Spec. Pontif. cap. 55. num. 3. Bart. in l. hoſtes, nume. 7. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & in l. 1. §. per hanc ff. de rei vend. Surd. conſ. 479. nu-*
6 *me. 10. volum. 4.* vbi ait quod † totus mundus eſt eius prouincia in temporalibus, ſicut in ſpiritualibus totus mundus eſt prouincia Summi Pontificis, vt dixit *D. Franc. de Pont. in conſ. vnico ſuper interdicto Veneto*, licet reſpectu vniuerſitatis, non reſpectu rerum ſingularium, quæ dominos particulares habent, *Bart. poſt gloſ. in prohem. ff. in princ. & in d. §. per hanc Brochol. de feud. cap. 5. num. 22. Aluarez in loco citato, nu. 4. Alex. conſ. 112. num. 6. volum. 4. poſt multos Roland. conſ. 88. num. 7. volum. 1. Natt. conſ. 636. num. 42. & 640. num. 7. Reſtaur. de Imper. quæſt.* 52. qui dixit
7 quòd † Imperator quò ad iuriſdictionalia habet vbique locorum intentionem ſuam fundatam, ſecũdum *Bald. in cap. 1. colum. 1. de his qui feud. dar. poſſ. Menoc. conſ. 2. nume. 5. & reſecto Couarr. tradidit Peregr. in loco citato, nume.* 40. ſubdens quòd ex iſta ratio-
8 ne fiſcus † Cæſaris vbique dicitur, *Bald. in l. hereditas, ff. de hæred. inſtituend. per text. in l. 2. & 3. C. de quadrin. præſcript. idem Bald. in l. 1. num. 14. C. per quas perſ. nob. acquir.* In
9 tantum quòd † non poterit Imperator concedere dominium rerum particularium, quia non eſt dominus, niſi ad protectionem, *Andr. in cap. 1. de cap. qui cur. vend. colu. 8. & in tit. Quæ ſint regal. colum. 29. Afflict. in prælud.*
10 *Conſtit. Regn. q.* 17. & proinde † vbi loquitur de Principe intelligitur ſolũ de Imperatore, *ad tex. in l. Princeps, ff. de legib. & in l. digna vox, C. eod. Bart. in prohem. ff. §. fin.* licet hodie habentes iura Imperij in eorum dominijs Principes nuncupentur, & propterea dubitandum minime erit quin Imperator poſſit magiſtratum creare tanquam de regalibus maioribus, & ſibi ſoli ex prædictis competentibus.

SVMMARIVM.

1 *Reges conſtituunt magiſtratum, ac Prætoria, & Tribunalia.*
2 *Regum eſt dare Leges, ac ad eos ſpectat ius dicere ſubditis, ex quo regalia habere dicuntur, quemadmodum Imperator, & de ratione, num.* 3.
3 *Rex tantum poteſt in Regno ſuo, quantum Imperator in ſuo Imperio.*
4 *Rex reſpectu ſuorum ſubditorum eſt tanquam Imperator, & Monarcha.*
5 *Rex plus iuris habet in Regno ſuo, quàm Imperator in Imperio.*

6 *Rex loco domini dicitur eſſe.*

7 *Regnũ magis aſſimilatur dominio, quàm ſimplici regimini.*

8 *Filij Regum Reges dicuntur, ſicut, & ipſi Reges.*

9 *Imperator non eſt proprietarius Imperij, ſed maximus adminiſtrator dicitur.*

10 *Regnum transmittitur in filios, & ſucceſſores Regis, & propterea dicitur reale, & non perſonale, & nu. 12.*

11 *Imperium non per ſucceſſionem, ſed per electionem confertur, & ideo perſonale, & non reale dicitur, & nu. 12.*

13 *Reges, etiam recognoſcentes Imperatorem, regalia iura habere dicuntur.*

14 *Reges ſtatim atque creantur habent plenitudinem poteſtatis, & iura omnia Principi reſeruata, ampl. num. 15.*

15 *Rex noſter Catholicus ne dum omnia iura regalia habet, & eſt Monarcha in Regno ſuo, verum etiam poſſidet plus quam Imperator, nec ſuperiorem recognoſcit, & nu. 16. & 17. vbi etiam de ratione.*

17 *Rex Galliæ ſuperiorem non recognoſcit, & in ſuo Regno iura Imperij habere dicitur, nu. 17. in fine.*

18 *Rex noſter Catholicus debet præcedere omnes alios Reges, cum plura ſub ſe habeat Regna, & plures Coronas.*

19 *Rex noſter Catholicus eo ipſo quod Rex creatur, ſtatim omnia iura regalia ſingulo Regi competentia, citra aliam conceſſionem conſequitur.*

Capitul. 1. in tit. de regalibus ampliatur, nu. 19. in fine.

Quod de vno dicitur idem de alijs dicendum eſt, ſi militat eadem ratio, num. 19. in fine.

20 *L. cum multa, C. de bonis quæ liber. ampliatur.*

21 *L. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. ampliatur.*

22 *Donatio facta per Imperatorem, vel Regem, valet abſque inſinuatione, ampl. vt ibi.*

23 *Imperatoris maieſtate exempta, intelligitur etiam exempta maieſtas Regis: exemplifica vt num. 24.*

24 *Appellatio ſicut non datur à ſententia Imperatoris, ità nec à ſententia Regis.*

25 *Rex noſter Catholicus dicitur habere iura Imperij.*

26 *Reges omnes ex conſuetudine, cuius non extat memoria in contrarium, habent iura regalia in eorum Regnis, ſicut habet Imperator in Regno ſuo, & num. 27.*

28 *Conſuetudo tanti temporis, cuius non extat memoria in cõtrarium, habet vim priuilegij.*

29 *Regalia etiam ex conceſſione haberi poſſunt.*

30 *Reges etiam quod non ſunt coronati poſſunt regalia iura concedere.*

31 *Rex propter regalia, quæ habet, magiſtratus creare, eorum numerum augere, iuriſdictionem prorogare, & reſtringere poteſt, Amplia num. 32.*

ARGVMENTVM.

Reges creant Magiſtratum.

CAPVT IIII.

1 POTESTAS † cõſtituendorum magiſtratuum ad Regem pertinet, ideóq; Prætoria, & Tribunalia iudicij publici cauſa conſti-
2 tuere põt; Regũ etenim † eſt leges dare, & ius dicere, eo qđ habẽt regalia, ſecũdũ *Andr. in c. 1. Quæ ſint regal. ſub nu. 2. verſ. idem dicimus*, quem ibidem ſequitur *Liparul. in Addict. magna in princ. Bald. num. 8. Prepoſ. ante num. 1. Lauden. num. 5. Petr. Rauen. in princ. Ferrar.*

Digitized by Google

Ferrar. Monta. de feud. lib. 5. cap. 7. nume. 7. Cepıll. de ſeruit. ruſticor. prædior. cap. 28. in titul. de portu, num. 2. Afflict. in rubr. nume. 5. Boſſ. de Princip. nume. 93. Rol. conſil. 4. nu. 14. vol. 3. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. titul. 2. nume. 76. & de Rege noſtro idem Afflict. in prohem. Conſtitut. quæſtio. 1. Frece. de ſubfeud. libro 2. Loffred. conſil. 4. Marc. Anton. Surg. in Neap. illuſtr. cap. 19. nu. 16. fol. 191. & ideo regalia dicuntur, quia ad Regem pertinent, Igne. in l. neceſſarios §. non aliàs, & §. nouiſſimè nume. 136. ff. ad Syllan. Bart. in l. 1. §. de quare, ff. de poſtuland. & in l. 1. §. ait Senatus ff. de petition. hæredit. & l. quominus, in 2. quæſt. ff. de fluminib. l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. 1. C. de Sũm. Trinit. & fid. cath. & in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 11. vbi cæteri Doct. Boſſ. de regal. in princ. Roland. conſil. 4. num. 14. & eſt caſus vbi notant Doctores in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. & ex authoritatibus latinis comprobat Calepin. in verb. regale, Cabed. deciſ. 42. nume. 3. part. 2. Natt. conſil. 661. nume. 16. hocquè ad exemplum Imperatoris, Vultei. de feud. cap. 5. verſic. alijs etiam, fol. mihi 91. Corſett. de poteſt. Reg. part. 4. nume. 15. & nume. 31. ĩ fin. Aluarez in Specul. Pontif. cap. 54. ſub nume. 18. verſic.
3 & Rex iurat, & ratio † eſt quia tan-
tum poteſt Rex in Regno ſuo, quantũ Imperator in ſuo Imperio, ad tex. in l. poſt liminium, in princ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. capit. ſuper quibuſdam, §. 1. de verb. ſignificat. Andr. in loco allegato, ſub nume. 2. verſic. Rex alius poterit, & in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. col. 2. vbi etiam Afflict. in 2. quæſt. Oldrad. conſil. 69. latè Decian. conſil. 41. volum. 2. Lauden. in
4 tract. de princip. quæſt. 537. eſt † enim
quò ad ſuos ſubditos tanquam Imperator, & Monarcha, ſecundum

Andr. vbi ſupra, Bald. in l. exemplo, C. de Probat. & in cap. veniſſent, col. 2. extr. de eo qui mictit. in poſſeſſ. & in cap. imperialem, §. vltimo, de prohib. feud. alienat. per Fideric. Marc. Ant. Surg. in loco allegato, cap. 22. nume. 4. vbi ampliat reſpectu huius Regni Siciliæ, Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. titul. 2.
5 num. 46. & 47. qui ſubdit quòd † plus
iuris habet in Regno, quàm Imperator in Imperio, ſecundum Andream vbi ſupra nume. 2. in fine, verſic. quid-
6 quid poſſet, quandoquidem † Rex lo-
co domini habetur, & Regnum ma-
7 gis aſſimilatur † dominio, quàm ſim-
plici regimini, vt voluit Bald. conſil. 271. num. 3. volum. 1. & Reges curant de vtilitate Regni propter filios, qui
8 † ſunt Reges, ſicut & ipſi ſunt, Impe-
9 rator verò non eſt † proprietarius, ſed
maximus imperij adminiſtrator, cuius ad hoc per Principes, habentes authoritatem, eligitur induſtria, in tan-
10 tum quòd Rex † tranſmictit Regnum
in filios, & ſucceſſores ab illo, Impe-
11 rium † autem non per ſucceſſionem,
ſed per electionem confertur, & pro-
12 inde Imperium dicitur † perſonale,
Regnum verò reale, Andr. in prohem. conſtitut. Regn. col. 11. & in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit, nume. 4. ſi de feud. fuer. contro. & in d. cap. 1. vbi etiam Afflict. de vaſſall. decrep. ætat. idem Afflict. in prohem. Conſtit. Reg. quæſt. 13. Aluarez. in ſpecul. Pontif. d. cap. 54. nume. 11. Peregrin. in loco citato, vbi nume. 53. extendit etiam ad Re-
13 ges † recognoſcentes Imperatorem,
nam & hij, ob excellentiam regalis dignitatis, regalia omnia habere dicuntur, ſecundum Bald. & Prepoſ. in d. cap. 1. in fin. Quæ ſint regal. Bertach. de Gabell. part. 1. nume. 13. Peregrin. vbi ſupra nume. 76. Claud. Seiſell. in rubr. Qui feud. dar. poſſ. in princ. limitat. 2. Corſett. de poteſt Reg. quæſt. 47. 48. & 49. nume. 13. Vultei. de

Digitized by Google

feud. cap. 5. lib. 1. nume. 6. Boſſ. de re-
gal. num. 2. & 3. Natt. d. conſ. 671. nu-
14 me. 16. & ſtatim atque † creantur
Reges habent plenitudinem poteſta-
tis Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, ſub
nume. 12. de pac. Conſtant. Rimin. iun.
conſ. 58. num. 53. & iura omnia Prin-
cipi reſeruata, Cabed. deciſ. 8. nume.
6. par. 2. eoque magis in Regibus
noſtri temporis, & præſertim Catho-
15 lico, & Potentiſſimo Rege † noſtro
Filippo Tertio, qui nedum regalia
omnia habet, ſecundum Bald. in d.
cap. 1. nume. 8. verſ. vltimo nota, Quæ
ſint regal. gloſ. & Andr. in prohem.
Conſtitut. Regni, vbi Afflict. quæſt. 1. et
16 24. & plures alij, & eſt † Monarcha
in Regno ſuo, vt poſt infinitos con-
cludit Camill. Borell. in tract. de præ-
ſtant. Regis Cathol. cap. 48. ſed etiam
17 † poſſidet pluſquā Imperator, & ſupe-
riorem non recognoſcit, ſecundum
Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.
Card. Alexand. in cap. ius quæſitum,
num. 6. diſtinct. 1. Oldrad. d. conſ. 69.
Gugl. à Mont. Ferrat. in tract. de ſuc-
ceſſ. Regn. in princ. num. 4. Afflict. in
rubr. Quæ ſint regal. nume. 9. Corſett.
de poteſt. Reg. par. 5. num. 66. Surg. in
d. tract. cap. 14. num. 21. vbi alios cu-
mulat, & cap. 19. ſub num. 15. verſ. Rex
tamen noſter, & cap. 22. num. 3. 4. D.
de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit.
de Triremib. num. 25. Rimin. iun. in
§. 1. num. 449. inſtitut. de donat. Vinc.
de Ann. in conſtitut. diua memoria, nu-
me. 4. cum ſeqq. Pet. de Greg. de conceſſ.
feud. par. 1. q. 4. num. 10. Aluarez in
Specul. Pontif. d. cap. 54. num. 7. & cap.
55. ſub num. 10. verſ. & vltimo nota,
vbi ſubdit rationem eſſe, quia eius
prædeceſſores Regnum ab hoſtium
faucibus eruerunt, gloſ. in cap. Adria-
nus, 2. in ordine, 63. diſtinct. Abb. in
cap. qualiter, numero ſexto, in fine,
de iur. iurand. & de Rege † Galliæ,
quòd ſuperiorem non recognoſcat,
& habeat iura Imperij in ſuo Re-
gno, dixerunt Corſett. de poteſt. Reg.
parte 4. numero 4. Dom. Camill. Borel.
de præſtant. Reg. Cathol. cap. 5. nume-
ro 25. ex qua tantùm ratione Rex no-
18 ſter † Catholicus deberet præcedere
omnes alios Reges, cùm plura ſub ſe
habeat Regna, & plures Coronas, vt
arguit Caſſan. in Cathal. glor. mund.
in 5. parte, conſid. 37. Ioan. Bapt. à
Coſt. conſil. 44. numero 22. quinimo
19 † eo ipſo quòd creantur Reges, om-
nia hæc iura regalia tanquam omni
Regi competentia citra aliam con-
ceſſionem conſequuntur, ſecundum
Bald. Præpoſit. Landen. & Alios in
d. cap. primo, Quæ ſint regal. Ferrar.
Mont. de feud. libro 5. capit. 7. Cepoll.
de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 28. §. Portu,
numero ſecundo, Peregr. de iure fiſc. lib.
1. tit. 2. numero 76. Natt. d. conſ. 661.
nume. 16. Et licet in tit. de regal. enu-
merentur iura Regni Siciliæ, vel iu-
ra Imperij, vt dixit Afflict. in loco ſu-
pracitato, attamen idem extendit eſ-
ſe in alijs Regnis, niſi contrarium
appareat, quia quod in vno dicitur,
idem de alijs dicendum erit, & mili-
tat eadem ratio, argum. tex. in l. 2. §.
fin. ff. de excuſat. tutor. l. non poſſunt,
ff. de legib. ad quod faciunt dicta per
Abb. in cap. paſtoralis, de off. deleg.
vbi extendit illum tex. loquentem de
Principe ad Regem, & Andr. in cap.
20 1. de his qui feud. dar. poſſ. vbi † ampliat
tex. in l. cum multa, C. de bon. quæ liber.
loquentem de donatione facta ab Im
periali culmine filiofamilias, vt ha-
beat locum in Regibus donantibus
filiofamilias, idem dixit Bald. in l. pe-
nult. C. de donat. inter vir. & vxor. vbi
21 tex. loquitur † de donatione facta ab
Imperatore Imperatrici, vt ex ſpecia-
li prærogatiua valeat, & teneat ta-
lis donatio, & ipſe extendit ad Re-
gem donantem Reginæ, Oldrad. con-
ſil. 231. idem Bald. in cap. primo, §. item
ſa-

Digitized by Google

ſacramenta , de pac. iuram. firmand.
Io. Andr. in add. ad Specul. titu. de
inſtrum. edit. §. porro, in vltim. addit.
Roman. in Auth. ex teſtam. C. de col-
lat. vbi etiam Dec. Afflict. in Præl ud.
Conſtitut. Regn. quæſt. 13. Felyn. in
cap. cum non liceat , columna quarta ,
de præſcript. vbi ait idẽ eſſe de dona-
tione facta per Imperatorem , quæ
22 valet † ſine inſinuatione, ad text. in
l. Sancimus, §. exceptis , C. de donat.
& idem procedat in donatione facta
à Rege , Oldr. d. conſil. 231. Alexand.
in l. quamquam , C. de teſtamen. milit.
& in l. Centurio. columna 8. ff. de vulg.
& pupill. Socc. conſil. 68. volum. primo,
Afflict. in Rubr. numero 7. & ſeq. de
conſuet. rect. feud. Oldr. d. conſil. 231.
cum alijs adductis per Gabriel. libro 3.
de donat. concluſ. 1. numero 22. vbi
etiam Riminald. iun. numero 228. &
ſeq. qui extendit ad alios Principes
ſuperiorem non recognoſcentes , &
ſequitur Fab. Ann. conſil. 108. numero
7. volum. ſecundo. Hinc Bald. in l.
ſancimus , in princ. C. de donat. & in
cap. 1. §. final. de prohib. feud. alienat.
23 per Feder. dixit quòd † in quolibet
iuramento præſtito à ſubditis intelli-
gitur exempta maieſtas Imperatoris,
idque extendit ad maieſtatem Re-
24 giam , & pariter facit, quòd † ſicut
à ſententia Imperatoris non appella-
tur , ita nec à ſententia Regis, Afflict.
in Rubr. de regal. ſub numero 9. & in
præl ud. Conſtitut. Regn. quæſt. 21. Ol-
dra. conſil. 52. Bald. in prohem. ff. colum.
4. verſic. item nota, & in capit. ſignifi-
cantibus de offic. deleg. Natt. in clem.
ſæpe, columna 76. de verbor. ſignificat.
Corn. conſil. 200. colum. ſecunda , vo-
lum. primo. Quæ omnia , vt dictum
eſt, ſine ſcrupulo procedunt in Re-
25 ge † noſtro , qui habet iura Imperij,
vt ſcriptum reliquerunt Card. in cap.
quod ſedem, de off. ordin. & in clem. pa-
ſtoralis, in 22. notab. de ſent. & re iud.
Afflict. in præl ud. Conſtitut. Reg. in 1.
& 2. quæſt. Frecc. de ſubfeud. lib. 2.
Loffred. conſil. 4. Marc. Anton. Surg.
de Neapol. illuſtr. cap. 19. ſub num. 15.
verſic. Rex tamen noſter, idem Afflict.
in rubr. de Regal. ante nume. 6. vbi ait,
26 quod † omnes Reges ex conſuetudi-
ne tanti temporis, in cuius contra-
rium memoria hominum non exiſtit
habent regalia in eorum Regnis, ſi-
27 cut habet † Imperator in ſuo Impe-
28 rio , quæ conſuetudo habet vim † pri-
uilegij, cap. ſuper quibuſdam, §. præte-
rea notatur , de verb. ſignificat. nam
29 & ea pariter ex conceſſione † habere
poſſunt, ſecundum Bald. in tit. de
regal. in fi. Bertach. de Gabell. par. 1.
nu. 13. Peregr. de iur. fiſc. tit. 2. nu 53.
Vult. de feud. cap. cap. 5. lib. 1. nu. 6. fol.
mihi 91. Pruckman. in d. titu. de regal.
cap. 4. nu. 16. In tantum quòd Reges,
30 † etiam quod non ſint coronati , poſ-
ſunt regalia iura concedere, ad tex. in
clem. Romani, §. porro, iuncta gloſſ. in
ver. Reges, de iur. iurand. Ioa. Andr. in
cap. auaritia , in ver. eccleſiarum , de
elect. in 6. & eſſe communem * opi-
* nionem teſtatur Corſett. de poteſtat.
Reg. par. 5. num. 9. & datis regalibus
31 † in perſonam Regis nulli dubium
eſt, quin magiſtratus creare poſſit ,
eorum numerum augere , iuriſdictio-
nem prorogare , & reſtringere , cùm
inter regalia maiora poteſtas prædi-
cta connumeretur , ad text. in l. pro-
hibere , §. planè , ff. quod vi aut clam ,
cap. 1. de præſcript. in 6. Palat. Ruu. in
cap. per veſtras , poſt notab. 2. §. ſed
eſt pulchra dubitatio , nume. 43. verſ.
quod reſiſtat ius , de donat. inter vir.
& vxor. Bouadill. libro primo Polit.
cap. primo , nume. 19. etiam contra-
32 dicentibus † populis , ſecundùm
Couarr. pract. quæſt. cap. 4. nume. 5.
Auend. de exeq. mand. cap. 1. numero
ſeptimo , in fin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filij Regum, etiam viuo patre, Reges dicuntur, & nume.6. amplia vt nu. 3. nam domini dicuntur, & ſola adminiſtratio deficit, num.4. declara vt num.7. limita, & declara, vt nu. 19. vſque ad num.26.*

2 *Filius primogenitus Regis, dicitur Vicarius in Regno, & num.31.*

5 *Filiusfamilias dicitur dominus viuo patre.*

8 *Regnum Siciliæ acquiritur ſine inueſtitura, nam ſolus titulus ſufficit.*

9 *Filij Regum primogeniti ſedent à dextris Regum.*

10 *Filij Regum, mortuo patre, non dicuntur dignitatem, quam viuente patre habebant, ſuſcipere, ſed adminiſtrationem, idemque dicitur de feudo ſeu Regno, numero vndecimo, & exemplificatur etiam in dominio, numero 12.*

13 *Hæres ſuus, viuente patre dicitur feudatarius, vnde poſt mortem patris non dicitur ſuccedere in feudo, ſed illud retinere, num. 14.*

15 *Filius primogeniti, imo nepos ex filio, primogenitus dici poteſt, & tenet eius dignitatem, & num.16. amplia num.17.*

16 *Nepos ex filio primogeniti poteſt dici primogenitus, intellige vt numero.17.*

18 *Verbum, quodammodo, eſt nota improprietatis.*

26 *Filius Regis noſtri Catholici, qui eſt Princeps Hiſpaniarum, poteſt concedere priuilegia, Magiſtratus creare, & alia iura regalia exercere, & num. 27. cum ſeqq.*

29 *Rèx Romanorum poſt electionem concordem habet omnem poteſtatem, vt Imperator.*

ARGVMENTVM.

Filij Regum an poſſint creare Magiſtratum.

CAPVT V.

1 FILII † Regum viuo patre Reges dicuntur, eodemque modo vocari poſſunt, licèt Regnum non habeant, ità dixit *gloſ. notab. in cap. fin. 24. quæſt. 1.* & dicit eſſe argumentum pro comitibus Teutoniæ, & Italiæ *Bald. & cæteri Doctores in l. in ſuis, ff. de liber. & poſth. idem Bald. & Andr. in cap. 1. in princ. de feud. March. et in cap. Imperialem, §. præterea ſi inter duos, de prohib. feud. alienat. per Feder. & in rubr. Quæ ſint regal. Loffred. conſ. 17. num. 40. & 57. Mart. Laud. in tract. de dignit. concluſ. 17. Frecc. de ſubf. lib. 2. in cap. incip. pluribus autem modis nu. 71. fol. 110.* vbi
2 ait † quod in Regno filius primogenitus Regis dicitur Vicarius, *vbi ēt Andr. Caſſan. in Cathol. glor. mund. par. 5. conſid. 41. Afflict. in cap. 1. num. 6. in 2. not. Quis dicat Dux &c. & in prælud. feud. q. 2. colum. 3. verſ. filius talium Regum, num. 33.* vbi ampliant in
3 filijs Ducum, Marchionum, vel Comitum, ſecundùm *Iacob. de Sanct. Georg. in ſua inueſtitur. in verb. dubitatur, Decian. reſponſ. 19. num. 230. volum. 3. Natt. conſ. 638. num. 36.* iam
4 enim † domini ſunt, & ſola adminiſtratio deficit, *ad tex. in d. l. in ſuis, in verb. quemadmodum*, vbi notat tex.
5 illum, inquantum probat, quòd † filiusfamilias dicitur dominus viuo patre, extendit ad concluſionem iſtā, quod † filius Regis dicatur Rex; etiam patre viuo, *ad tex. in d. cap. fi. & tex. in l. 2. §. ex actis deinde Regibus,*

ff. de

ff. de orig. iur. Tiraqu. in præfatio. l.
ſi vnquam, nume. 21. C. de reuocand.
donat. ideoque Bald. in d. prælud.
feud. nume. 33. verſ. an Rex poſsit, poſt
Archid. quem ipſe allegat in cap. ple-
rumque, §. item obijcitur, 2. quæſt. 1.
7 dixit quòd † licèt filij Regum ſint
Reges, & poſſint ab eorum patribus
Reges conſtitui, tamen id procederet
quò ad nomen, non autem quò ad
regimen, ſequitur Corſet. in tract.
de poteſtat. Reg. par. 3. num. 25. & par.
5. quæſt. 84. num. 41. vbi id ampliat
8 in Regno Siciliæ, in quo † ſufficit ſo-
lus titulus ſine inueſtitura, ſecundum
Andr. in tit. Quib. mod. feud. ammict.
& poſt alios Alfonſ. Aluar. in Specul.
Pontif. cap. 54. num. 25. in tantum,
9 quod † filij Regum primogeniti ſe-
dent à dextris Regum, vt notat gloſ.
in cap. quàm periculoſum, 7. quæſt. 1.
& in cap. decernimus, vbi Bald. 2. no-
tab. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Curt. iun.
conſ. 74. in fin. Tiraquell. in præfat.
tract. de primog. num. 13. Bellug. in Spe-
cul. Princip. rubr. 6. num. 5. Riminald.
iun. conſil. 736. nume. 35. volum. 7.
10 & propterea † mortuo patre, non di-
cuntur dignitatem, quam viuente
patre habebant, ſuſcipere, ſed admi-
niſtrationem, ſecundum gloſ. notab.
in cap. 1. §. vltim. in tit. de feud. cognit.
quam Bald. ibi dicit eſſe menti tenen-
dam, & ſequuntur omnes in l. cum an-
tiquioribus, nume. 11. verſ. decimo ſic
licet, C. de iur. deliber. & in cap. 1. co-
lum. 1. in titu. de controu. feud. inter
maſcul. & fæmin. quam gloſ. etiam di-
cit ſingul. Andr. Sicul. in repetit. rubr.
C. qui admict. colum. 14. verſ. ſecundo
mihi videtur, & conſ. 10. & 73. volum.
4. Ruin. conſ. 19. volum. 1. Decian. d.
conſil. 19. nume. 230. Natt. d. conſil.
11 638. num. 37. vbi ait quòd † iſta
qualitas eſt tantæ importantię, quòd
per mortem patris non dicitur filius
acquirere feudum ſuccedendo, ſed
in vita iam acquiſitum capere cum
liberiori adminiſtratione, d. gloſ. §. vlt.
Frecc. de ſubfeud. differ. 26. num. 2.
Caſtr. in d. l. in ſuis, vbi ait, quòd † il-
12 lud fictum dominium impingua-
tur, & efficitur verum, & plenum,
nec dicitur nouum dominium, ſed
vetus, & dicit etiam Bald. in cap. 1.
colum. vlt. in tit. an Mut. vel Surd.
13 quòd † ſuus hæres viuente patre di-
citur feudatarius, argu. l. ſi quis duos,
14 ff. de liber. legat. & ideo † poſt mor-
tem patris non dicitur ſuccedere in
feudo, ſed illud retinere, ſecundum
relatos Doctores, ſic quoque in dies
15 videmus, quòd † filius primogeniti,
16 imò & nepos dicitur † primogenitus,
& tenet eius dignitatem, cap. Abbate
ſanè, de re iud. cum concord. de quibus
per Tiraquel. in tract. de nobil. in 4.
quæſt. nume. 34. & latius quæſt. 33.
per tot. Decian. d. conſ. 19. num. 231.
vbi ex his limitat dicta per Afflict. in
prælud. Conſtitut. in vlt. q. in 2. dub.
vt non procedant in his dignitatibus,
quæ ſui natura tranſeunt ad primo-
genitum, quæ dicuntur regaliæ, quod
17 procedit † etiam ſi filius non ſit inſti-
tutus, ſed deceſſerit pater inteſtatus,
nam & in ipſum continuatur domi-
nium, etiam ignorantem, & efficitur
hæres ipſo iure, & habet dominium
à lege, non tamen plenum, ſed fi-
ctum, propter † verbum, quodam-
18 modo, quod eſt nota improprietatis,
poſitum in d. l. in ſuis, iuncta gloſ. vbi,
& in l. Prætor, §. 1. & ibi not. Bartol. ff.
de edend. & in l. 1. in verb. quodam-
modo, & ibi Bart. ff. rer. amot. cum
alijs relatis per Corſett. in d. tract. de
poteſt. Reg. par. 3. num. 25. & 39. quæſt.
19 26. vbi id limitat † in filio Regis, qui
natus eſſet antequam pater eſſet Rex,
ſecundùm gloſ. not. in l. Imperialis,
§. his illud, C. de nupt. vbi Cinus po-
nit exemplum in Rege Carolo, qui
dum eſſet Comes Prouintię, procrea-
uit

Digitized by Google

uit filium, poſtea debellato, & conuicto Rege Manfredo, factus eſt Rex Siciliæ per Eccleſiam, hoc acto vt primogenitus eius eſſet Rex, deinde ſuſcepit alios filios, quæſitum fuit quis debeat ſuccedere in Regno, vtrum primogenitus natus ante adeptum Regnum, an primogenitus natus poſt adeptionem Regni, & dicit, quòd iſte ſecundus, natus de patre
20 Rege ſuccedat, quia † dignitas annexa Regno non tranſit ad filios, quæſitos ante Regni adeptionem, nec Regia dignitas tranſit ad eos, idemque
21 cenſuit ibi Baldus, quòd † non dicitur filius Regis, qui eſt natus ante coronationem patris, per *l. Titius, ff. de teſtam. milit. cum ſimilib. & Barto. ibidem, in d. §. his illud*, cum enim
22 de natiuitate † loquimur, inſpicitur tempus natiuitatis, nam vt dixit *Corſett.* in loco nuper relato *poſt Iacob. de Beluiſ.* quem ipſe refert, quòd ille primogenitus non eſt illuſtris, &
23 cùm † regalis dignitas non competat niſi illuſtri, ſequitur quòd primogenitus, qui natus fuit ex eo tunc temporis, quo erat priuatæ fortunæ, non debet dici filius Regis, nec ei ſuccedere in Regno, *ad tex. in l. ſi Senator, C. de dignit. lib. 12. l. quicumque, & l. Senatoris filium, in fin. ff. de ſenat. Bald. in l. 2. ad fin. ver. item nota, C. de liber. & poſth. Bart. in l. cum ſatis, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & in d. l. ſenatoris filium, ff. de ſenat.* vbi conatur concordare opinionem contrariam, quam tenuerat, *Salic. in d. §. his illud, per tex. in d. l. ſenatoris filium. & tex. in l. 2. §. in filijs, ff. de decurionib.* per multa iura, & rationes per eum alle-
* gatas, & hanc eſſe communem * opinionem contra Salicetum, teſtatur *Corſett. in d. tract. de poteſt. Reg. par. 3. num. 42.* attamen quidquid ſit de prędictis, illud verum eſt abſque aliqua
24 controuerſia, quòd † ſi Regnum fuerit auitum, & anteceſſorum, filius Regis, etiam natus ante Regalē dignitatem adeptam, erit Rex, quia tunc Regalem dignitatem haberet ab Auo, arg. *l. ſi emancipatum, in fin. ff. de Senator. ibi, vt aut potius ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris*, vt notanter limitarunt *Iacob. de Beluis, & Alber. in d. §. his illud, Corſett. in loco relato ſub nu. 39. & 40. in fine, Decian. d. conſ. 19. num. 230. vol. 3.* & conſequenter ad rem noſtram accedendo, reſoluta remanet ex prædictis quæſtio propoſi-
25 ta, quòd † filius primogenitus Regis dicitur Rex impropriè, ſine adminiſtratione, & conſequenter eodem modo regalia habere dicitur.
26 Prædicta tamen extendenda veniunt in Sereniſſimo filio Regis noſtri
27 Catholici, qui eſt † Princeps Hiſpaniarum; quinimo vti iuratus, non eſt
28 dubium, quòd † poſſit concedere priuilegia, magiſtratus creare, & alia iura regalia exercere, *ad tex. in Clemen. Romani, §. porrò, iuncta gloſ. in verb. Reges, Io. Andr. in cap. auaritiæ, in verb. eccleſiarum, de elect. in 6. Bald. in titul. de Pac. conſtant. in §. hoc quod nos, per illum tex. in princ.* vbi refert Hoſtienſem dicere, ſe vidiſſe in Alemania per Principes iudicari, & te-
29 neri, quòd Rex † Romanorum poſt electionem cōcordem, habet omnem poteſtatem, vt Imperator, & eſſe com-
* munem * opinionem teſtatur *Corſett. in d. tractat. de poteſt. Reg. par. 5. ſub num. 8. & 9.* in tantum, quòd audio fuiſſe aliàs in ſupremo Hiſpaniarum Prætorio determinatum, quòd Prin-
30 ceps † Hiſpaniarum potuerit concedere dignitatem, quam dicunt, de Grāde, in perſonā Marchionis Mon-
31 dexar, eo magis cum † filius Regis noſtri dicatur Vicarius ipſo iure, à lege conſtitutus, *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 79. in l. G. de prob. feud. alienat. per Frideric. Lipar. ad Andr. ibidem,*

Digitized by Google

ibidem, nume. 12. & Afflict. quaſt. 20. num. 5. Iacob. de Sanct. Georg. in verb. Vicarius, nume. 9. Loffr. conſil. 17. numero 40. & 60.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Imperij perpetuus quis dicatur.*

2 *Dux Subaudia habetur tamquam Rex in eius Prouintia & (Dei gratia) Ducem ſe affirmat.*

3 *Vicarij Imperij, ſtante ampliſſima poteſtate, & priuilegio, poſſunt pænas remittere, dignitates Regales concedere, Magiſtratum creare, monetam cudere, & alia ſimilia exercere.*

4 *Vicarij Imperij habent omnia iura Imperialia, & idem poſſunt in eorum territorio, quod Imperator in vniuerſo orbe, & nihil differunt ab Imperatore, niſi ambitu minoris circuli, & num. 5.*

6 *Vicarij Imperij ſolent exercere plenitudinem poteſtatis Imperialis ſtantibus eorum priuilegijs, quæ falſa non præſumuntur, & nu. 7. amplia nu. 8.*

ARGVMENTVM.

Vicarij Imperij, & Regum an poſsint creare Magiſtratum.

CAPVT VI.

*conſ.1003.nu.49.vol.11.*vbi etiam po-
15 nit, quando † benemerita donatarij
æquiualent rei donatæ.
16 Amplia quinto, etiam † ſi conceſ-
ſio fieret in conſanguineos,*Bald.conſ.*
353.part.1.
17 Ampl. ſexto, quando † conceſſio
fieret in eccleſiam, tunc enim benè va-
leret, vt dixit *Afflict. ī præl ud. conſtit.*
Regn.q.24. num.8. Luc. de Pen.ī l. qui-
*cumque,C.de omn.gr.deſert.lib.11.*cùm
ſit ſine enormi læſione Regni,*Mandeſ.*
conſ.64.num.47.& 81.cum ſeq. vbi re-
* fert hanc eſſe* communem opinionē,
Roſantel. de feud.cap.5. concl. 11. num.
6. licet,ſi cōceſſio eſſet in feudum, ſem
per remaneret ſalua ſuperioritas, ſe-
cundum *gloſ. & Doct. ī cap. ſolita, in*
ver. ſuſcipiat de maiorit. & obedient.Ca
narr. pract.quaſt.c.4.n.2. Dom.de Pen.
in tit. de his qui feud. dar. poſſ. lect.
8. nume.41.
18 Amplia ſeptimo, vt neque † ſerui-
tium pro feudo debitū, & in regiſtris
taxatū poteſt diminuere, etiam quòd
id fieret ex certa ſciētia, vel motu pro-
prio,vt dixit *Andr. ī cap. 1. §.præterea*
Ducatus, quem ibidem ſequitur Afflict.
*de proh.feud.alienat.per Feder.*vbi ſub-
dunt rationem eſſe, quia iſta ſeruitia
taxata,& cenſus, qui ſoluuntur Regi
dicuntur bona demanialia, conſtituta
pro tuenda Republica Regni, quæ nō
poſſunt per priuilegium alienari, quia
eſſet in diminutionem Coronę Regis,
niſi eſſet ſumma valde minima,ſubdi-
tis remiſſa ob eorum fidelitatem, vel
alia ſeruitia, vt per *Franc.de Ana. conſ.*
81. in fi. dixit *Mandell. conſ. 67. nu. 3.*
& 4. & multa alia addendo tradide-
runt,*Andr.Kol.de feud.par.4.nu.104.*
Natt. conſ.408. num. 9. Pancirol. conſ.
119. num.5. & ſeq.
19 Amplia octauo etiam † ſtante iura-
mento, ad *tex. ī d. cap.intellecto,& ibi*
gloſ. de iur. iurand. vbi Rex Vngariæ
fecit quamdam donationem in præ-
iuditium Regni ſui, eamq; iurauit nō
reuocare,dicit ibi Summus Pontifex,
alienationem prædictam fore reuocā-
dam, non obſtante iuramento, quia
20 † tale iuramentum non tenet cōtra iu-
mentum per eum prius præſtitum, de
conſeruando iura Regni, & ibidē hoc
affirmant *Canoniſtæ omnes, Barto. in l.*
prohibere, §.planè, ff. quod vi aut clam
Bald.in præl ud. feud.num.32.vbi etiam
Iaſ. num.78. Caſtr. conſ.70. volum. 1.
Afflict. in præl ud. conſtit.Regni, quaſt.
24. num. 2. cum ſeqq. Pedemont. deciſ.
139. num.6.& deciſ.101.nu.13. vbi ait
hanc eſſe communem * opinionē, *Ro-*
ſan-

Digitized by Google

ſantel. de feud. c.5. concl. 11. num. 1. Seraſin. de priuileg. iuram. priuileg. 75. nu. 45. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. nu. 74. licet ſecus eſſet in re modici valoris, quæ poteſt per Imperatorem concedi, vt per *Roſantel. in d. tract. de feud. cap. 1. concl. 22. cap. 3. concluſ. 21. & cap. 1. concl. 12. num. 2.*

21 Amplia nono † in annonis ciuilibus, & præſtationibus, deputatis pro viuere Regum, vt dixit *Andr. in c. 1. Epiſc. vel Abb. verſ. alij dicunt, ī §. nec dominus; Zaſ. de feud. par. 4. Dom. de Pont. ī tit. de his, qui feud. dar. poſſ. lect. 8. n. 16.*

22 Amplia decimo † in conceſſione facta per infeudationem, niſi eſſet in diminutionem Regni, & honoris, vt dixit *Andr. in c. 1. de his qui feud. dar. poſ. Do. de Pont. in eod. tit. lect. 8. nu. 45.*

23 Amplia † vndecimo non obſtante, conſenſu ſubditorum, vt dixit *Iaſ. in conſ. 86. vol. 1.* & alij relati in meo conſilio vnico, impreſſo poſt primam partem deciſionum.

24 Amplia duodecimo † quando alienationes plures ſimul, & eodem tempore factæ fuiſſent, ſecus ſi in diuerſis temporibus, & diuerſis perſonis abſq; conſilio fraudandi, quia tunc vltima tantum reſcinderetur, *ad tex. in l. ſi libertus, §. fin. ff. de iur. patron. cum alijs relatis per Dom. de Pon. in tit. de his qui feud. dar. poſſ. lect. 8. num. 4. & 5.*

25 Limita modo concluſionem ſupra firmatam primo † in Principe ſuperiorem recognoſcente, quia non poſſet Regalia ſibi conceſſa, alteri concedere, ſecundùm *Bart. ī l. in diem, in fi. de aq. pluu. arcend.* & faciunt notata per *Bal. in l. à procuratore, C. mãdat. Roſantel. de feud. cap. 5. concl. 12. num. 1.* vbi ait, quòd non niſi cum conſenſu ſuperioris, alteri concedere permittitur, *Card. in c. 1. n. 17. de his qui feud. dar. poſſ. Soc. ſen. conſil. 7. num. 6. & 8. vol. 3. Calcan. conſ. 102. nu. 2.* vbi ampliat etiam ſi eſſent conceſſa, vt de eis ad libitum diſponere poſſint, *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 101. Vſembec. conſ. 29. & ſeq. par. 1.*

Limita † ſecũdo, quando facta fuiſ-
26 ſet conceſſio abſq; conſilio Procerum Regni, *ad tex. in l. humanum, & quod ibi not. Bald. in 1. notab. C. de leg. & in l. placet, C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* cùm agatur de re ardua, ſecundùm *Iaſ. in d. l. placet, in 1. notab. Bald. in l. cum multa, C. de bon. qua liber. Card. conſ. 185. col. 2. Corſett. de excell. Reg. q. 4. par. 1. Pet. de Gregor. de conceſs. feud. p. 1. q. 5. n. 12.* vbi ait quòd Rex non poteſt diſponere de rebus arduis Regni ſine conſenſu maioris partis Baronum Regni, & ibi adduxi concord. *Soc. iun. conſ. 80. nu. 35. vol. 3. Roſantel. de feud. c. 5. concl. 11. nu. 4. Peregr. in tract. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 79.* qui hoc verum de honeſtate intelligit, non aũt de neceſſitate, ex *Purpur. in conſ. 17. & 20.* & alijs, quos ipſe refert, quia Princeps, & qui Principum iura in ſtatibus ſuis tenent, ardua queq; expedire poſſunt abſq; Procerum, vel aliorum conſilio, *ad tex. in l. fi. C. de leg. Caſtr. ī d. l. humanum, & conſ. 70. par. 1. Iacob. Bonauid. ī add. ad Io. de Terrarub. in tract. contr. rebell. in 1. tract. col. 4. Fely. in c. ad audientiam, nu. 4. de præſcript.* & in Principe omnis fuit translata poteſtas, *l. 2. §. noniſſimè, ff. de orig. iur. vbi Cagnol. nu. 180.*
* *eum ſeq.* & ſubdit hanc eſſe cõem * opinionem, eo quod eſt magis in caſu cõcluſionis per nos firmatę, vbi non ageretur de maxima conceſſione, quæ in Regni præiuditium verteretur, vt dixit *Alex. conſ. 214.* incip. in re tã graui, *lib. 6. Cabed. dec. 18. n. 20. p. 2.*

27 Limita tertio † quando concedendo aliqua regalia, quæ non eſſent in Regni detrimentũ, vt ſupra fuit concluſum, dominum directum, & omne ius ſibi abdicaret, quia tunc conceſſio nulla eſſet, *cap. intellecto, de iur. iurand. Bald. in prælud. feud. n. 32. & conſ. 327.*

F in-

incipient. pridie conſului, *nu. 7. ver. ſed Imperator, vol.* 1. vbi loquitur de proprietate Imperij, *Abb. conſ. 3. par. 2. Affl. in Pralud. Conſtit. Regn. quaſt. 24. nu. 63. Cabed. d. deciſ. 18. nu. 18. part. 2.* quia nõ eſt dominus proprietatis, ſed potius officialis, & maximè procurator, idem *Bald. cõſ. 333. eod. vol. 1. Iaſ. in pralud. feud. nu. 77. & Brepoſit. n. 24. Rol. conſ. 4. nu. 45. vol. 3. Franc. Marc. deciſ. 549. in princ. par. 2. Menoch. conſ. 1003. nu. 59. lib. 11. Ceſal. conſ. 154. n. 10. Scrader. de feud part. 4. cap. 1. n. 22. cum ſeq. Surd. conſ. 53. num. 13. vol. 1.* quidquid dixerint *Angel. in l. imperiũ, ff. de iuriſd. omn. iud.* & idem *Menoch. in 2. reſponſ. Finaria. nu. 69.* qui in diuerſis loquuntur terminis, vt aduertit *Roſantel. de feud. cap. 5. concl. 11. nu. 6. lit. F.* niſi tantum obligaret directum dominium, quia tunc benè valeret, vt dixit *Surd. conſ. 208. nu. 18. vol. 2.*

28 Limita † quarto, quando conceſſio Regalium, quæ in Regni diminutionem nõ eſſet, fieret ex neceſſitate, vt dixerunt *Gram. vot. 28. Capibl. de anth. Baro. prag. 8. nu. 75. Vaſq. controu. illuſtr. perſ. lib. 1. cap. 4. num. 7.*

29 Limita † quinto, quãdo aliud ſeruaretur de conſuetudine Regni, ea enim
30 derogat † omnibus iuribus, *ad tex. in l. de quibus, cum materia, ff. de legibus. & ſeruari debet vt lex ſcripta, vt ibi, & l. 1. Qua ſit long. conſuetud. Soec. inn. cõſ. 80. nu. 51. vol. 3. Iaſ. cõſ. 10. col. 5. lib. 3.* prout eſt ĩ Regno, vbi Rex noſter Inuictiſſimus, ac munificẽtiſſimus regalia iſta iura ad ſui libitum concedit, & alienat, ſecundum *Afflict. in tit. de regalib. in rub. ſub nu. 15. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 1. quaſt. 5. nu. 19.* ſubdens id diſpoſitum eſſe ex Capit. Regni, & de conſuetudine Regni Neapolitani, vltra *Afflict.* in loco proximè citato tradiderunt *Capibl. d. prag. 8. nu. 75. & Carol. Tap. in tract. de conſtitut. Princip. cap. 9. num. 34.*

31 Limita ſexto quando † cõceſſio fieret de rebus, & bonis per alium occupatis, & eſsẽt difficilis recuperationis, ad *tex. in cap. Abbate ſanè, de re iud.* vt poſt alios per eum relatosq; concludit *Iaſ. d. conſ. 10. num. 3. lib. 3. Bart. in l. id quod apud hoſtes ff. de legat. 1.* vbi etiã *Angel. Felin. in cap. 1. nu. 5. de probat. & cap. ad audientiam, nu. 2. de praſcript.*

32 Limita † ſeptimo in alienatione regalium reſpectu alicuius loci particularis, quæ veniunt in ſequelam cõceſſionis, vt dixit *Iaſ. d. cõſ. 10. ad fin. Bertaz. conſ. 41. nu. 25. in ciuil. Decian. cõſ. 25. nu. 41. & ſeq. vol. 5.*

33 Limita octauo, quando † conceſſio fieret ratione meritorum, *Bar. in proh. ff. n. 14. Ign. in l. donationes, quas Diuus num. 44. C. de donat. inter vir. & vx. &* dixit *Bellug. in ſpecul. Princip. tit. de iuram. per Princip. rub. 9. addit. 1. ad Capie. deciſ. 121. Gomez. in §. itẽ ſeruiana, n. 22. inſtit. de actionib. Reſtaur. de Imperat. quaſt. 104. Azeued. in ll. thaur. nou. recopilat. lib. 5. tit. 10. lo. 3. Molin. de Hiſpan. primog. cap. 3. nu. 18. Scrad. de feud. par. 4. cap. 1. nu. 24.* vbi dixit, & fortius, quòd princeps poteſt donare Caſtrũ maximi prætij Capitaneo, cuius opera, prudentia, & præſtanti fortitudine euitare poteſt maximum detrimentũ, ſuo imminens Principatui, *Menocch. conſ. 1003. nu. 49. lib. 11.* vbi hoc multis alijs medijs comprobat, & etiam *nu. 60. cum ſeq.* vbi latiſſimè ponit, an benemerita eſſe debeant æquiualentia conceſſioni.

34 Limita nono quando † alienatio, ſiue cõceſſio facta fuiſſet alicui Baroni, ſeu Comiti prudentiſſimo, & omni virtutum genere predito, vt dixit *Luc. de Pen. in l. contra publicam, C. de re milit. lib. 12.* aliàs, vt dixit *Afflict. in tit. de regal. in rub. nu. 17.* præſumendum eſſet efficaciſſimè Principẽ erraſſe, quia non pręſumitur, quòd Princeps in tales minus idoneos hæc inſignia iura

transſ-

Digitized by Google

trãſferre voluerit, ad tex. in cap. is qui, de fil. præsbit. lib. 6. ideoque facilè poſſent reuocari, tum quia facta in diminutionem Coronæ, tum etiam quia facta perſonæ non cõdecenti, vel ſubdito ſuo, ſecundum Ang. in d. l. prohibere, §. planè, Cabed. d. deciſ. 18. nu. 21. p. 3.

35 Limita decimo † in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui Regalia concedere prohibentur, ſi ſuperiorem recognoſcunt, Bart. in l. in diem, ff. de aq. pluu. arcẽd. & in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 4. ff. de publ. & vectigal. Scrader. de feud. p. 4. cap. 1. nu. 54. vbi hoc ita demum admittit, ſi hi, qui ſuperiorem recognoſcunt, ſeparatim, atque per ſe aliquem de vectigalibus, vel alijs Regalibus inueſtire velit, ſecus ſi alicui caſtrum, vel villam, cui Regalia ſunt annexa, concedat, quia tunc benè transferre poterit, vt ibi per eum, qui multa ad hoc cumulat.

36 Limita † vndecimo in plateis publicis, quę alienari permittũtur, vt dixit Bald. in rubr. C. de contrah. empt. q. 3. Iacob. Bonnid. in add. ad Io. de Terrarub. in tract. 1. cõtra rebel. col. 3. in prin. & de alijs locis ad ſingulorum vtilitatẽ deputatis, dixit Luc. de Pen. in l. nulli, nu. 2. C. de fund. patrim. lib. 11. de quo latè per Cabed. deciſ. 18. nume. 6. cum ſeq. par. 2. practica.

37 Limita duodecimo quando † adeſſet clauſula, ex certa ſcientia, Andr. in tit. de regal. ſub nu. 3. in fin. vbi Lipar. qui ita intelligit Andr. Afflict. in d. tit. de regal. num. 14. verſ. nunc venio ad quintam quæſtionem.

38 Limita 13. & vlt. quando † Regalię
de per ſe & principaliter conceduntur,
ſecus ſi in conſequentiam alterius in
feudationis permiſſæ, quæ fiat princi-
39 paliter, nã multa † acceſſoriè permittũ-
tur, quę principaliter denegãtur, l. quoties, C. de iud. l. 1. ff. de autho. tut. & tradiderũt Iaſ. cõſ. 10. ppe finẽ, ver. præterea Bald. lib. 3. et Ceſal. cõſ. 154. n. 12. vol. 2.

40 Ex prædictis infero primo, vt nec poſſit Rex in Regno ſibi conſtituere parem, ſiue ſuperiorem, Bald. in l. 2. col. 7. C. de ſeru. & aq. & in prælud. feud. nu. 31. verſ. expedita, Peregr. de iur. fiſ. lib. 1. tit. 3. nu. 15. Roſantel. de feud. d. c. 5. concl. 10. nu. 5. Lipar. ad Andr. in tit. de regal. in add. incip. magna in medio, Surd. conſ. 210. nu. 55. optimè Reſtaur. Caſtal. in tract. de Imper. q. 106.

41 Infero ſecũdo, vt Rex nec alicui ſeruituti Regnum ſubijcere poſſit, ſecundum Bald. in prælud. feud. num. 32. poſt Oldr. quem ipſe allegat in conſ. 231. ĩ fi. quia non poteſt facere deteriorem conditionem Regni, Boſſ. de regal. n. 32. & in tit. de Princip. in fi. Claud. Seiſell. in rubr. qui feud. dar. poſſ. Rol. conſ. 1. n. 101. vol. 4. Roſantell. de feud. cap. 5. concl. 10. nu. 4. Anto. Corſeit. de poteſt. Reg. par. 5. num. 61.

42 Infero tertio, quòd conceſſis Regalibus, intelliguntur conceſſa cumulatiuè, non autem priuatiuè, in tantum quòd Princeps illa eadẽ poterit in territorio conceſſo exercere, vt dixit Rip. reſp. 4. p. 2. vbi inquit, quòd licèt feudatarius habeat ex conceſſione Regalia, non tamen ea proprio iure ſic poſſidet, quòd dominus ſuperior non poſſit dare licentiam ſubditis imponendi noua datia, ad tex. in cap. dudum, §. nos igitur, de præbend. in 6. & idem Rip. in reſp. 7. vol. 4. vbi ait quòd Imperator concedendo Ciuitatem Valẽtinã cum Regalibus Eccleſię, non abdicauit à ſe ius ſuperioritatis, & ſupremæ poteſtatis, quin poſſit eximere quos voluerit ab omnibus oneribus, etiam in præiudicium feudatariorũ, eamdẽ opinionẽ ſequutus eſt Signorol. conſ. 108. nu. 13. verſ. item ratione ſecundi, vbi ait,
quòd, & ſi Comiti Subaudiæ fuerint
conceſſa Regalia per Imperatorem
in genere, & priuilegium in vno caſu,
43 generi † per ſpeciem derogatur, ad tex.
in l. alimenta, §. Baſilica, ff. de alim. &

F 2 cibar.

cibar. legat. l. doli, de verbor. obligat. Bal. conſ. 201. *incip. caſus talis eſt, vol.* 2. in tantum quòd Princeps ratione ſuæ ſupremæ authoritatis pôt Regalia exercere, non obſtante quòd alteri illa conceſſerit, vt concludit *Rol. conſ.* 1. *n.* 142. *& conſ.* 75. *n.* 12. *vol.* 1. eſt beneuerum, quòd in Italia multos habemus Principes, qui in eorum ſtatu ſuperiorem

44 non recognoſcunt, ad eo quòd † nec ipſi, vel alter, poterint legitimare, vel notarios creare in eorum ditione, prout de Duce Mediolani, & alijs ſcripſerũt *Curt. ſen. conſ.* 73. *num.* 28. *Iaſ. cõſ.* 70. *num.* 1. *vol.* 3. *Pariſ. cõſ.* 2. *nu.* 13. *&* 18. *vol.* 2. *Rol. conſ.* 88. *num.* 27. *vol.* 2. *Surd. conſ.* 552. *nu.* 38. *Menoc. in reſpõſ.* 2. *cauſa Finarienſis, art.* 1. *num.* 70. & de pluribus conſuluit *Burſat. conſil.* 433. *nume.* 6. *Roſantel. de feud. cap.* 5. *concluſ.* 15. vbi ait ita obſeruari in maioribus Regalibus, de quibus Doctores citati loquuntur, ſecus tamen in his, quorum vſus per vſum Principis impediretur, vt puta ſi idem vectigal conceſſum exigere veller, vel circa redditus, & ſeruitia à ſubditis præſtanda, eo magis vbi vtile dominium in cõceſſionarium translatum fuiſſet, prout in materia iuriſdictionis loco ſuo diſcutie-

45 tur, nimirum † vtile dominium quò ad fructuum perceptionẽ directo præfertur, *ad tex. in l.* 1. *vbi Doctores, ff. de age. vectig. l. in rebus, C. de iur. dot.*

Idem pariter dicendum erit quando Regalium conceſſio facta reperiretur per inueſtituram, vel alium contractum, tunc enim intelligitur facta priuatiuè, non cumulatiuè, vt dixerunt *Curt. Iaſ. Pariſ. & Rolan.* cum cæteris ſupra citatis, quos pariter refert, & ſequitur *Scrader. de feud. par.* 10. *ſect.* 1. *num.* 131. *Roſantel. d. concluſ.* 15. *nume.* 4. vbi hanc opinionem indubitatam eſſe teſtatur; vel ſi expreſsè in priuilegio addita fuerit clauſula abdicatiua, de qua per *Capic. dec.* 121. *Roland. conſil.* 80. *numero* 10. & alios infra allegandos.

46 Infero quarto, quòd † ſi Rex conceſſerit terram Baroni cum aliquibus ex Regalijs, tunc apud eum minimè Regalia dici poterint, vt dixit *Andr. in tit. de regal.* in ver. Angariæ, quem ſequitur *Vinc. de Ann. in cõſtitut. Diuæ memoriæ, num.* 14. *& in allegat.* 36. *nu.* 9. licèt *Afflict. in conſtit. ſcire volumus*, aliud ſenuerit, quod credo verum in perangarijs, vt dixit idem *Anna in d. allegat.* 36. *num.* 9. *Dom. Octau. Bambac.* in ſuo celeberrimo cõment. *ſi de feud. defunct. milit. quaſt.* 15. *numero* 192. *fol. mihi* 238.

47 Infero quinto, quòd † Comes, vel Baro, cui Regalia iura conceſſa reperiantur, illa exercere minime valet cũ illa abſoluta poteſtate, ſed cauſa cognita, & cum diſcuſſione, ſecundùm *Innocent. in cap. cum ad monaſterium, in gloſ. niſi ex cauſa, in fine, de ſtat. monacor. Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum, num.* 32. *in* 4. *declar. de conſtitut. Bald. in l.* 2. *num.* 39. *C. de ſeruit. & aqu. Dec. conſ.* 373. *num.* 15. *in princ. Port. conſil.* 106. *num.* 29. *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par.* 7. *quaſt.* 5. *nu.* 9. *Capic. deciſ.* 69. *nu.* 35. *Mandel. conſ.* 186. *nu.* 23. *Rolan. conſ.* 12. *num.* 14. *vol.* 3. *Natt. conſ.* 625. vbi latiſſimè, *Surd. conſil.* 210. *nume.* 61. vbi infinitos allegat, *& conſil.* 552. *num.* 32.

48 Infero ſexto, quòd Regalia conceſſa filiofamilias dicuntur caſtrenſia, *Frecc. libro* 2. *de ſubfeud. verſicu.* 49. *fol. mihi* 254.

49 Infero ſeptimo, quòd † ad cognoſcendum quando ex iurium prędictorum conceſſione contingat magna lęſio, vel parua, arbitrio iudicis relinquitur, vt poſt *Menoc. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 74. & alios per eum relatos *dixit Cabed. deciſ. Luſit.* 19. *ſub num.* 10. *par.* 2. *Pelaez de maior. q.* 44. *nu.* 11. Quinimo tempus contractus, & alienationis in

inſpiciendum eſt, non ſi quid poſtea emergat, ptout in priuatorũ negotijs, *ad tex. in Literum*, §. *non reſtituitur*, *ff. de minor. & in l. 2. C. de reſcind. vendit.* & optimè *Soc. iun. conſ. 60. ſub. nume.* 51. vbi ait, quòd modicum, vel magnum dicitur reſpectu qualitatis perſonæ, vel rei, ad quam refertur, vt eſt *gloſ.* in verb. *modica*, & ibi *Bartol. & alij, & in l. ſed & ſi ſuſceperit*, §. 1. *ff. de iud.* & in ſimili tradit *Specu. in titu. de iuram. delat. ver. nota igitur, ibi, vel dic, & verius*, & idem *Socyn. conſil. 17. numero 3. volumine quarto*, *Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. titu. 3. nu. 74. in fin.*

Vel reſpectu dantis, vel accipientis, vel reſpectu rei, *ad text. in cap. ſi quaſtiones, ext. de Simon. Afflict. in tit. de regal. in Rub. nu. 15. & in capt. 1. §. in generali: ſi de feud. fuer. contr. n. 20. Carol. Tap. in tract. de conſt. Princip. cap. 9. nume. 34.*

Vel dicas, quòd tunc alienatio continere dicatur magnam læſionem, ſi quotam dominij, vel ſtatus concernat, vt concludit *Iaſ. conſil. 10. col. 4. in fin. lib. 3.* & licèt alij exemplificent in dimidia, vel tertia, vel quarta parte totius dominij, ſecundum *Vaſq. contron. illuſtr. lib. 1. cap. 6. in princip.* nihilominus poteſt in minori etiam parte intelligi vſq. ad duodecimam, quia quælibet res maximè corporalis diuiſione legali diuiditur in duodecim partes, vt dixit *Bart. in l. 1. num. 7. ff. de furt.* Vel quãdo Caſtrũ, quod daretur, eſſet præcipuum, & Ciuitas donata eſſet inſignis, tunc enim maximum detrimentum Regnum pateretur, ita dixit *Iaſ. conſ. 10. num. 4. lib. 3. & conſ. 56. lib. 1.* & à contrario ſenſu reſpondet *Bertrand. conſ. 151. num. 12. & conſil. 152. num. 7. part. 1. lib. 1. Vaſq. contron. illuſtr. perſ. lib. 1. cap. 4. col. 2. in princ.* Vel Ciuitas donata eſſet in finibus Regni valde munita, & Prouintiæ ſita, huius enim alienatione magnum euenire poſſet detrimẽtum ipſi Regno, & Prouintiæ, ob dubium, ne ab ipſo Principe donatore deficeret, vt poſt *Neuiz. conſ. 12. inter conſ. Brun. n. 53. ver. iacitur octauo, & Grat. conſ. 147. num. 16. lib. 2.* dixit *Menocch. conſil. 1003. nu. 58. vol. 11.* Vel, vt dixit idem *Menocch.* in loco proximè citato, Ciuitas, Oppidũ, vel caſtrum ita donatur, & alienatur, vt nullum penitus dominiũ, nullaquè ſuperioritas remaneat apud Principem donãtem, & alienantem, nam tunc Regnum, vel Prouintia dicitur multùm lædi, vt tradiderunt *Bald. in proh. Cod. num. 7. & in prælud. feud. nu. 32. & conſ. 327.* incip. pridie enim conſului, *lib. 1. Caſtr. conſ. 70. num. 7. verſic. & finaliter, lib. 1. Iaſ. d. conſ. 10. num. 4. verſic. & alibi idem Bald. Seiſel. in tit. qui feud. dar. poſſ. verſic. primo ergo, Azeued. in comment. nouæ recopilat. lib. 5. titul.*
50 *10. l. 1. nume. 9. & 10. lib. 3.* nam † ſupremus Princeps non poteſt in totum alienare, & à ſe abdicare, aut expropriationem facere dignitatis iuriſdictionis, & territorij, ſed tantum concedere omnimodam iuriſdictionem, & vtile dominium, ſalua ſuperioritate, recognitione, & fide, vt per *Bald.* in loco citato *in prælud. feud.* aliàs diceretur homicida ſuæ dignitatis, &
51 ideo † non valet Priuilegium, quòd quis eximatur à ſuprema Principis poteſtate, de quo remiſſiuè per *Aret. in l. is qui præſtat, nume. 4. ff. de acquir. hared. Vaſqu. controuer. Illuſtr. perſ. lib. 1. cap. 4. nume. 9. Burſat. conſ. 160. num. 79. & ſeq. & conſ. 225. num.*
52 *48. vol. 2.* licèt † in hoc caſu, etiam ſtãte ampliſſima conceſſione, non veniãt reſeruata ſupremæ poteſtati, ſed ea tãtum, quæ poſſunt conuenire communiter cuilibet inferiori in re ſua, & ſic tãq̃ eſſet dñs, nõ tamq̃ Rex, aut Princeps, *Rim. iun. conſ. 601. nu. 20. in fin. & nu. 92. vol. 6. Surd. conſ. 47. num. 38.*

Infe-

53 Inſeto octauo, quòd † conceſſis regalibus, veniunt etiam iura fiſcalia, ſecundùm *Alexand. conſil.35. nu. 3. volum. 1.* quoniam inter regalia cõnumerantur confiſcationes, vt infra dicam.

SVMMARIVM.

1 *Regalia iura penitus alienari prohibentur abſque conſenſu domini, & nu. 7.*

2 *Donatio facta de dominio an valeat.*

3 *Feuda poſſunt certo modo per feudatarium alienari, & quando procedat.*

4 *Bona fiſcalia non poſſunt alienari nec à Rege expropriari, vbi de ratione.*

5 *Patrimonium Principis differt à patrimonio fiſci, intellige vt ibi.*

6 *Bona confiſcata poſtquam efficiuntur propria Regis poſſunt ab eo donari, & ad libitum ſuum alienari.*

7 *Principes inferiores regalia iura prorſus alienare prohibentur ſine conſenſu domini.*

8 *Ius pedagij, vel exigendi gabellas eſt de regalibus, nec poteſt alienari ſine conſenſu Principis, & de ratione, nu. 9.*

9 *Ius pedagij, vel exigendi gabellas non venit in venditione fundi, ſed remanet apud venditorem, ampl. in officijs vt num. 10.*

10 *Officia ſunt de regalibus, & prohibentur alienari, & obligari ſine conſenſu domini.*

11 *Emphiteota non poteſt rem emphiteoticam alienare ſine conſenſu domini, niſi in contractu adſit clauſula (ſaluo iure domini.)*

12 *Princeps non poteſt vendere ſeu alienare merum imperium Baroni in terra ſua, & ſi fiat alienatio eſt nulla, & poteſt tam ipſe, quàm eius ſucceſſor contractum annullare.*

13 *Imperator, Rex, vel alius Princeps ſupremus, ſtante iuramento de non alienando, vel diminuendo iura Imperij, non poteſt Regalia iura alienare, niſi res eſſet minima.*

14 *Cautela ad validandam alienationem de aliqua re ex cauſa iuſta; vel ex neceſſitate, aut ſimilib. remiſſiuè.*

15 *Iuramentum preſtitum à Principe in cõceſſione regaliũ qualiter intelligatur.*

16 *Regalium conceſſio, licèt fiat conceſſionario, vt ad eius libitum diſponere poſſit, vel quod illa habeat ĩ allodium non valet.*

17 *Princeps an poſſit alienare bona Demanialia, vbi quid de iure Regni, vel communi.*

Demanialia bona quæ dicantur, nu. 17.

18 *Regalium conceſſio etiam re minima, in preiuditium ſucceſſoris non valet.*

19 *Regalium alienatio ẽt quòd fiat in vim contractus, non valet.*

20 *Regalium alienatio, etiam quò ad ſeparationem iuriſdictionis, ſeu vnius Caſtri ab alio, non valet.*

21 *Regalium pignoratio an per principem fieri poſſit.*

22 *Princeps licèt non poſſit alienare ius regale, tamen commoditas, & vtilitas illius ad inſtar vſusfructus concedere poteſt, quod vltimum in dubio præſumitur.*

23 *Regalium conceſſio, facta alicui pro ſe, & quibus voluerit alienare, an valeat, & poſſit conceſſionarius alienare etiam in fœminas.*

24 *Emphiteota, cui eſt facta conceſſio pro ſe & quibus voluerit alienare poteſt ſine conſenſu domini alienationem facere, vbi quid in feudo, remiſſiuè, & an in fœminas valeat alienatio, ibi.*

25 *Regalium cõceſſio facta alicui pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque an valeat.*

Clauſulæ, (pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque) intelligitur etiam de ſucceſſore particulari, & ſic de emptore, num. 25.

26 *Verbum, hæredibus, in conceſſionibus Principum gratiosè factis, de quibus hæredibus intelligatur.*

Rega-

27 *Regalia poſſunt haberi ex priuilegio, vel ex conſuetudine tanti temporis, cuius memoria ab initio non extat.*

28 *Regalium alienatio valet quando infeudatur vniuerſum territorium cum mero, & mixto Imperio.*

29 *Rex poteſt alienare ea qua ad ſe ſpectant vti priuatum, vbi in fine ponitur limitatio.*

30 *Regalium alienatio facta ex cauſa iuſta & neceſſaria valet; ſi Regnum enormiter non lædatur.*

31 *Regalia licet per Regem concedantur, tamen non tranſeunt in conceſſionarium cum plenitudine poteſtatis, prout apud Regem reperiuntur.*

ARGVMENTVM.

Regalia quando poſſint alienari.

CAPVT XIII.

IN hac quæſtione ſi regalia alienari prohibeantur ſatis in precedēti quæſtione diſcuſſimus, cū in ea militet eadē ratio, ſub cuius ferè terminis multi ex citatis Doctoribus loquuti fuère, id tamen addendū
1 arbitror, quòd † in Regno Regalium
iurium alienatio penitus prohibetur,
ex cap. Martin. 33. *&* 34. *& ex cap. Alfonſ.* 357. idq; confirmatum oſtenditur *in c.* 423. *& c. Ioan.* 19. licèt dona-
2 tiones † demaniorum valeant, *ex c. Alfonſ.* 410. non obſtante *cap. Iacob.* 9. &
3 pariter † feuda poſſint per feudatarios
certo modo alienari, *vt ex c. Feder.* 28. *incip. volentes*, de quo latè dicemus alibi (Deo dante) quando iura illa pertinent ad Principem ratione Coronæ, & Regiæ maieſtatis, quod vltramōtani vocant, de domanio Re-
4 gis, vt eſt fiſcus, & res fiſcales, † quæ
ſunt inalienabiles, nec poſſunt ab eo expropriari, cùm ad eū nō pertineant, vt perſonam organicam, ſed ad Principem, vti Principem, & propterea
5 † aliud eſt patrimoniū Principis, aliud
patrimonium fiſci, *Rip. de ſent. & re iud. reſp.* 2. *nu.* 4. nimirum ſi bona, quæ in dies confiſcantur, efficiuntur propria, & patrimonium ipſius domini,
6 *Calcan. conſ.* 68. *& conſ.* 102. quæ † ad
libitum donare, & vendere poteſt, de quo vide *Bald. in c. ſignificauit. ſub nu.* 1. *de reſcript. gloſ.* & poſt multos alios relatos *Pede. dec.* 26. *n.* 9. *Franc. Marc.*
7 *dec.* 80. *num.* 4. *p.* 1. Sed † in inferio-
ribus à Principe aliter dicendum eſt, quia prorſus Regalia iura alienare prohibentur ſine conſenſu Principis, ſecūdùm *Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. in* 3. *q.* vbi ait, quòd
8 † ius pedagij, ſeu exigendi gabellas,
quod de Regalibus eſt, vt infra lib. 3. dicā, vendi nō pōt ſine decreto Principis, arg. *tex. in l. in diem, ff. de aq. pluu. arcend.* vbi idem *Bart. & Imol. & in l.* 1. *C. de petit. bonor. ſublat. Decian. reſp.* 2. *num.* 168. *vol.* 1. *Bertach. de gabel. p.* 1. *q.* 14. *ſub nu.* 38. dicens hoc eſſe verū,
9 & confirmat ratione, quia † tale ius nō
venit in vēditione fundi, ſed remanet apud venditorem fundi, ſecundùm *Bald. in l. à procuratore, C. mand.* & expreſsè tale ius vendi nō poteſt, ad not.
10 per *Bart.* in locis citatis, idque † pari-
ter dicitur in officijs, quę de Regalibus ſunt, & alienari prohibentur ſine conſenſu domini, vt dixit *Do. de Pont. dec.* 28. *num.* 28. *cum ſeq. & dec.* 44. *nu.* 16. qui ſubdit neq; poſſe obligari; & facit
11 id, quod dicitur † de emphiteuta, qui
rem emphiteuticam ſine conſenſu dñi alteri concedere prohibetur, *ad text. l. fi. & ibi Doct. C. de iur. emphiteut.* cum ſimil. niſi adeſſet clauſula (ſaluo iure domini,) *Bald. in cap.* 1. *§. donare, col. vlt. Qual. olim feud. pot. alien. Roſant.*

de

*de feud. cap.5. concl.12.nu.1. Io. Vinc. de Ann. in conſtit. Diuæ memoriæ, n.*80. Hinc dixit *Afflict. in conſtit. ea quæ ad decus, num.*3. quòd de iure † Princeps non poteſt cócedere merum Imperiũ Baroni in terra ſua, & quòd ſi fiat, talis alienatio eſt nulla, ſecundùm *gl. in c.1. Ne prælat. vic. ſu.* in tantum quod nedum ſucceſſor, verum etiam & Princeps ipſe poſſet reuocare contractum ſecundùm *Bal. & alios*, quos ipſe allegat, de quo articulo alibi dicemus.

13 Amplia primo † concluſionem prædictam in Imperatore, Rege, vel alio ſupremo Principe, ſtante iuramento de non alienando, vel diminuendo iura Imperij, quia, ſi huiuſmodi Regalia alienarent, illa prorſus alienatio redderetur nulla, & inanis, *Bald. in cõſ.* 327. *incip. pridie conſului, num.6. vol.1. & in prælud. feud. nu.*32. *Card. in loco nuper citato, Colleg. Bononienſ. in reſp.* 4. *cauſæ Finarienſis, num.*8. *Brun. conſ.* 2. *Roſantel. de feud. cap.5. concl.12. nu.*2. *Boſſ. de regal. nu.*35. & alij citati in quæſtione præcedenti *ampl.*9. licet hoc minime pcedat quò ad res minimas, vt ibi determinauimus, per *tex. in cap. intellecto, vbi Abb. & cæteri, de iur. iurand. Bart. in l. prohibere*, §. *planè*, *ff. quod vi aut clam*, *Iaſ. conſ.* 11. *vol.*3. *Soc. iun. conſ.1. num.*169. *vol.4. & cõſ.* 62. *vol.3. Roſantel. de feud. cap.4. q.*20. incip. tertio fallit principalis regula, *Natt. conſ.*122. *&* 636. *num.*44. *& ſeq. & conſ.*640. *per totum Boſſ. vbi ſupra*, optimè *Bellug. in Specul. rubr.9. nu.*2.

14 *cum ſeq.* vbi *nu.*8. dat † cautelam ad validandam alienationem de aliqua re ex cauſa iuſta, *Pedem. dec.*139. *num.* 60. *& ſeq. Io. de Anan. conſ.*81. *Alber. in proh. ff.* §. *diſcipuli*, *Ioan. Bonu. ad ad Io. de Terra rubea in tract. contra rebelles in 1. tract.* vel vbi alienatio fieret ex neceſſitate *Capibl. in tract. de anthorit. Baron. ſuper pragm.8. n.*75. vel quò ad res infeudari ſolitas, & ſibi apertas, vt dixit *Roſantel. d. cap.5. concl.12. nu.*

15 4. ſubdens quòd † iuramẽtum præſtitum intelligitur de rebus pleno iure tempore iuramẽti ad Imperium pertinentibus, & alienari non ſolitis, idque repetit in *d. c.4. q.*22. *Author quidam*, §.30. *num.*184. & alibi.

16 Amplia ſecundo, etiam † ſi conceſſa eſſent, vt de eis ad libitum diſponere poſſet, *Calcan. in d. conſil.*102. *incip. quod quibuſdam nobilibus*, vel etiam quòd ea habeant in allodium, vt dixit *de Pont. deciſ.*28. *nu.*30. cum alijs per eum relatis.

Amplia tertio in bonis demanialibus † quæ in hoc Regno dicuntur ciuitates, caſtra, iura doanæ, gabellæ, & alia regalia, retenta per antiquos Reges in eorũ poteſtate, & dominio, non donata, nec alijs conceſſa, vt expreſsè dixit *Andr. in c.1.* §. *præterea ducatus, nu.*48. *ver. ſed quæ sũt demania, de prohib. feud. alienat. per Fideric. Peru. cõſ. feudal.*15. *ver. videamus ſubſequenter*, *Socc. ſen. conſ.4. n.*16. *& ſeq. vol.3. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.1. quæſt.* 5. *num.*2. vbi hoc pluribus comprobat rationibus, maximè ſtãte forma conſtitutionum, & Capitulorũ Regni, licèt aliter eſſet de iure communi, vt ipſe idem dixit *num.*6.

17

18 Amplia quarto etiam quò ad † ſucceſſorem alienantis, quia regalium alienatio etiam de re minima non valet, *Boſſ. de Princip. num.* 384. de quo tamen dicam infra.

19 Amplia quinto etiam † ſi alienatio facta fuiſſet in vim contractus, *Grãm. conſ.*28. *n.*14. *& ſeq. in ciuil. Afflict. in d. conſtitut. ea quæ ad decus.*

20 Amplia ſexto † quò ad ſeparationẽ iuriſdictionis, ſeu vnius caſtri ab alia ciuitate, ſeu caſtro, vt latiſſimè materiam pertractat *Hippol. Rimin. conſ.* 1. *vol.5. Natt. conſ.*657. *num.*17. *vol.4. à Ponte d. deciſ.*28. *num.*1.

Amplia ſeptimo etiam in † pignoratione

ratione,vt dixit Boſſ.de regal.n.38.Ber
tac.de gabel.p.1.q.16.
Limita modo concluſionem prin-
22 cipalem,ſupra firmatam primo†quã-
do non alienaretur ius Regale,ſed cõ-
moditas,& vtilitas iuris percipiẽdi ad
inſtar vſufructuarij,ad tex. ĩ §.1.inſti-
tut. de vſufruct. & ĩ l.neceſſarios, §.fi.
C. de pericul. & commod.rei vend.Bart.
& Imol. ĩ locis ſupra relatis, Boſſ. ĩ tit.
de regal. ſub nume.35. Soc. ſen. conſ.7.
nu.7.vol.3.vbi infert, quòd ſi vendita
eſt commoditas,& non ius,quòd ille-
met concedens non poterit eam impu
gnare,nec alius,qui teneretur ex facto
illius,per tex.in l.ĩ diem,vbi Doctor.&
præſertim Cuma.& Caſtr. ff. de aq.plu.
arcend. Mart. Laud. ĩ cap. 1. in princ.
colum. 3. Qui feud. dar. poſſ. quinimo
talis alienatio in dubio facta præſume-
retur quò ad commoditatem perci-
piendi,vt dixit Boſ.in loco nuper citato.
23 Limita ſecundo,quando † Regaliũ
conceſſio facta fuiſſet pro ſe,& quibus
voluerit alienare,nam tunc conceſſio-
narius indiſtinctè poterit alienare ſine
Principis conſenſu, ad not. per Floria-
nam,& Iaſ. in l.3.§. fi.ſt. de ſeruitut.
24 ruſt.prædior.vbi ait † emphiteutã,reci-
pientẽ ſub tali forma fundũ in emphi-
teuſim,poſſe illũ ſine conſenſu dñi cõ-
cedẽtis alienare,quod ſequitur,& no-
tandũ reputat Bertac. ĩ d. tract. de ga-
bell.p.1.n.40. & in materia feudali eſt
tex.in c.1.de feud.non haben.propr.nat.
feud.Pet.de Greg. ĩ tract. de cõceſ. feud.
p.6.q.8.Do.Carol.Tapp.de conſtit.Prin
cip.p.1.nu.36.Burſat.conſ.4.nu.4.vol.
1. vbi ait quod tali caſu poſſet aliena-
tio fieri in feminam,vel clericum.
25 Limita tertio ſi conceſſio facta fuiſ-
ſet pro ſe,& hæredibus, & ſucceſſorib⁹
quibuſcũque, eo enim caſu intelligere
tur etiam de ſucceſſore particulari, &
ſic de emptore, ſecundùm Bald.ſingu-
lariter in cap. 1. colum.6. verſ. ſed quid
ſi conceſſum, de prohib.feud.alienat. per
Feder. ad not. in l. quadam, §.is autem,
ff. de edend. Alexã. de Nev. in cap. po-
tuit, quæſt.6. de locat. Bertach. de ga-
bell.par.1.quæſt.14. nimirum ſi eorũ
alienatio permitteretur,cùm verbum,
26 † hæredibus, in huiuſmodi conceſſio-
nibus prolatum,intelligatur largè de
quibuſcumque, vt voluit gloſs. in l.
vnic. C. ſi liberal. Imperial. libro 10.
quam ſequuntur Bart. & Io. de Plat.
ibi, Doct. communiter in l.1.C.vnd.vir.
& vx. Georg. Natt. in capit. quamuis,
ver. & iſta faciunt, de pact. in 6. Petr.
de Greg. de conceſſ. feud.par.6.quæſt.7.
num.3. & 4. Et licet multi Doctores
voluerint,quod verbum, hæredibus,
in conceſſionibus Principum gratioſe
factis, non porrigatur ad hæredes ex-
traneos, ſed ad hæredes ſanguinis,
ad inſtar feudorum, ſecundum Boſſ.
de Princip.num.204. & alios, quos re-
fert Peregr. de iur.fiſc. lib.1.titu.2.nu-
me. 102. ſubdens ita apud eum ob-
ſeruatum extitiſſe, verùm in contra-
* rium eſt communis *opinio,de qua
ſupra, vt refert Soc. iun. conſ.73.nu.9.
vol. 1. idem Peregr. in loco citato, vbi
ſubdit in hac re Curiarũ, & Principis
conſuetudines attendendas eſſe.
27 Limita quarto quando feudatarius
vel alius hoc haberet ex priuilegio, vel
ex conſuetudine tanti temporis, cuius
memoria ab initio non extaret, ad tex.
in cap. quod translationem, de offic. de-
legat. & cap. ſuper quibuſdam, §. præte-
rea, de verbor. ſignificat. Felyn. in cap.
qua in Eccleſiarum, num. 33. de conſti-
tut. Boſſ. de regal. numero 35. verſicu.
ſed tamen dic.
28 Limita quinto quando in feudare-
tur vniuerſum territorium cum mero,
& mixto Imperio, tunc enim Rega-
lium alienatio prohibita non eſſet,
quaſi quòd tunc tranſeant cum vni-
uerſitate, ſicut etiam tunc alienantur
ſubditi, qui aliàs ſeparatim alienari
non poſſent, cap.1. §. ex eadem lege,

de leg.Corrad. Natt. conſ.122.nu.5.& 21. Hippol. Riminald. d.conſ.1.vol.5.

29 Limita ſexto, ſi alienatio fieret per Regem de his, quæ pertinent ad eum, tamquam priuatum, & priuatam perſonam, vt ſunt bona, & feuda, quæ per eum pro tempore acquiruntur, vel ad eum deuoluuntur per confiſcationem, *Pedemont. deciſ.26. num.9.* quod intellige antequam in corporentur, vt dixit *Author in conſuet. Pariſ.*§.30. *num.*169.& 184.& §.33.*gl.*1.

30 Limita ſeptimo, quando alienatio fieret ex cauſa neceſſaria, & iuſta, vt ex multis cõprobat *Bellug.ĩ ſpec. princ. d. rubr.9.nu.6.* dũmodo ex illa Regnum enormiter nõ lędatur, ſecũdũ eũ, *nu.*8.

31 Ex prædictis eſt aduertendũ, quòd & ſi Rex alienationem prædictam faciat, attamen iura Regalia ita alienata in eum non tranſeunt cum illa poteſtatis plenitudine, prout apud Principem reſident, *ita Boſſ. de regal. num.* 35. *verſ.an Dux, Pedemont.Oſaſc.deciſ.* 102.*nu.*4.& *deciſ.*145.*nu.*16.& *ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Regalia non veniunt in generali conceſſione, ſed requiritur ſpecialis mentio, & num.3. & vide ampliat. & limitat. in num. ſeqq.*

2 *Beneficia Principum ſunt latiſſimè interpretanda.*

4 *Feudatarius, cui conceſſum eſt Caſtrum cum plena iuriſdictione, non poteſt legitimare, nec reſtituere famæ, vel ſimilia facere, vbi de ratione.*

5 *Rex non poteſt ſibi abdicare regalia maiora, veluti monetam cudere, notarios creare, & ſimilia, vbi ẽt de ratione.*

6 *Regalia nõ veniũt ẽt ꝙ cõceſſio ſit facta ꝑ verba vniuerſalia, ſeu indeffinita.*

7 *Regalia non veniunt etiam ſi Rex in cõceſſione dixerit (cum omni iure quod ibi habet) maximè ſi non ſicut dominus ſed tamquam Rex concederet.*

8 *Regalia nõ veniũt ẽt ſi Rex in cõceſſione dixerit (cũ iuribus, et pertinẽtijs ſuis.*

9 *Regalia non adherentia Caſtro conceſſo non veniunt in generali conceſſione.*

10 *Rex ſi ĩ cõceſſione Regaliũ, aliqua ex eis ſibi reſeruat, cætera cõceſſa videntur.*

11 *Regaliũ alienatio ex coniecturis poteſt eſſe valida, et quæ ſint coniecturæ, vide ibi remiſſiuè.*

12 *Regalium alienatio, facta perſonæ talis dignitatis, quæ Regalia mereretur, valida eſſe dicitur.*

13 *Regalium alienatio valet, ſi in illorum conceſſione addita ſit clauſula (de plenitudine poteſtatis) vel dictum ſit (cum omnimoda iuriſdictione, ac mero, & mixto Imperio,) num.14.*

15 *Regalia conceſſa videntur, ſi in cõceſſione Princeps nihil ſibi reſeruauit.*

16 *Regalia cõceſſa videntur, ſi in conceſſione dictum ſit (quod ſit inueſtitus iure feudi ad vſum Regni)*

17 *Regalia minora concedi ſolita, & Caſtro conceſſo adhærentia, poſſunt alienari, & hæc quæ ſint, vide ibi.*

Regalia minora quæ dicantur nu.17.

18 *Rex poteſt Regalia cõcedere ſi in conceſſione ſibi ſeruat altum dominium.*

19 *Rex, ſi in creatione Ducis, vel Marchionis vſus ſit verbis illis (qđ præfatus Dux, vel Marchio in toto ſuo dominio poſſit ea, quæ Reges Romani, & Imperatores facere poſſunt, transferendo omnimodam poteſtatem Imperialem, videtur Regalia concedere.*

20 *Rex, vel Princeps concedens, ſi nõ habeat in loco cõceſſo, niſi tantũ Regalia, tũc ex neceſſitate omnia regalia cõcedere videtur, quod intellige vt ibi.*

21 *Regalia cõceſſa videntur, ſi Rex Caſtrũ ab initio cum illis conceſſum, & ipſi apertum, & deuolutum, alteri de nouo ſimpliciter concedat.*

Conſuetudo concedentis debet attendi in conceſſione Regalium, num.21.

22 *Regalia conceſſa videntur, ſi generalis cõceſſio ſit facta cũ prouẽtibus, vel cũ clau-*

clauſula, quocumq; nomine cenſeantur.
Prouentuum appellatione an ueniant Regalia, num. 22.
Expreſſa an dicantur ea, quæ fiunt per verba æquipollentia, nu. 22. in fi.

ARGVMENTVM.

In Generali conceſsione quãdo veniant Regalia.

CAPVT XIV.

VTILIS eſt quæ-
ſtio, quæ diſcutien-
da ſe offert, nimi-
1 rum, † ſi in genera-
li Caſtri conceſſio-
ne facta per Princi-
pem, veniant Rega
lia, nam *Iaſ. in conſil. 45. volum. 1. Ca-
ſtr. conſil. 63. & conſ. 227. ſuper primo
dub. o, volum. 1. & in nouis, conſ. 34. vol.
2. Aret. conſ. 15. & Crauett. conſil. 294.*
affirmatiuam tenuerunt opinionem,
eo quòd conceſſio Caſtri, benefitium
eſt Principis, vt dixit *Barto. in l. 1. in
vlt. colum. C. de iur. & fact. ignor. & in
l. fin. C. ſi contr. iuſ. vel vtilit. publ. Al-
beric. in l. fin. ff. de conſtitut. Princip.
Abb. in cap. olim tibi, de verbor. ſignifi-
2 cat.* & benefiria † Principum non mo-
do latè, ſecundùm eos, verum & latiſ-
ſimè veniunt interpretanda, *ad text.
in cap. cum dilecti, vbi Innocent. & alij,
de donat. & in d. cap. olim tibi, Menoch.
conſ. 2. num. 54.* maximè vbi conceſ-
ſio fieret per nomina continentia vni-
uerſitatem, vel territorium, vt eſt quã-
do conceditur Caſtrum, vel Ciuitas,
tunc ſub illa vniuerſalitate veniũt ea,
quæ aliàs ſpecialem requirerent con-
ceſſionem, ſecundum *Innocen. & alios
in capt. ex literis, de iur. patron.* refert,
& ſequitur *Bald. in cap. 1. colum. 4. de
Capit. qui cur. vend. & in rubr. de con-
trah. emption. quæſt. 9. & in l. à Procura
tore, C. mandat.*

Contraria tamen verior eſt opinio,
quę fundata eſt *ex text. cap. 1. de regal.*
vbi dicitur *ad contextum per Andr. in
3 rubr. ſub num. 3.* quòd † regaliæ nõ ve-
niunt niſi ſpecialiter concedantur, &
generalis conceſſio, & bonorum tranſ-
latio non extenditur ad ea, quę ſpecia-
lem conceſſionem exigunt, pro ut ſunt
Regaliæ, *ad text. ĩ cap. quod transla-
tionem, de offic. delegat. cap. fin. de of-
fic. Vicar. in 6. & vbique Doctores, Fel.
in cap. quæ in eccleſiarum, num. 32. de
conſtitu.* vbi reprobat opinionem Ca-
ſtr. contrarium tenentis, facit *text. ĩ c.
1. de cap. qui cur. vend. Barto. in l. 1. C.
de excuſat. muner. lib. 10. Aluar. in tit.
Qui feud. dar. poſſ. par. 5. ſub num. 12.
& in cap. in generali in 1. notab. per il-
lum tex. ſi de feud. defunc. fuer. contron.
inter domin. & agnat. Bald. in l. 2. col.
pen. verſ. ſed quid ſi habens merum Im-
perium, C. de pedan. iudic.* vbi conclu-
4 dit, quòd † ille, cui facta fuit conceſſio
Caſtri cum plena iuriſdictione, nõ po
terit legitimare, ſeu reſtituere famę, vel
huiuſmodi ſimilia, quia ſunt Principi
reſeruata, nec de facili concedũtur, &
& ideo non includuntur ſub verbis ge
neralibus, *ad tex. in §. fi. ĩ Authẽt. quib.
mod. natur. effic. Idem Bald. in l. à Pro-
curatore, C. mandat. Gaſp. Velaſc. in l.
Imperium, nume. 50. ff. de iuriſd. omn.
iud. & ibidem Cagnol. num. 272. & ſeq.
Iac. de S. Georg. de feud. ĩ ver. de Caſtro
rubeo, nu. 4. Soc. iun. cõſ. 80. n. 36. & 43.
& cõſ. 98. n. 1. vol. 3.* vbi ait, hanc eſſe
* magis cõem, & receptam opinionem;
*Afflict. dec. 122. n. 2. 3. Decia. cõſ. 123.
nu. 10. vol. 3. Peregr. de iure fiſ. lib. 1. tit.
2. nu. 75.* de veriſſima opinione teſta-
tur *Roſantel. de feud. c. 5. cõel. 14. ĩ prin.
Capibl. de auth. Baro. prag. 8. n. 103. Nat.
cõſ. 179. n. 10. Boer. dec. 50. n. 12. & 13.
Menoc. cõſ. 905. n. 34. vol. 10. & de præ-
ſump. lib. 3. præſum. 97. n. 20. 28. & 42.
Surd. cõſ. 333. n. 18. vol. 3. Rot. Ro. noniſ.
dec. 34. & 35. part. 1.* hæc enim adeo

infixa ſunt perſonæ Principis, vt ſæpius diximus, quòd euelli ab ea vix poſſint, vt poſt alios dixit *Boer. d. dec. 50. num. 13.* ſubdens, non ſufficere generalem conceſſionem, ſed ſpecificam omnino requiri cum certa ſcientia, *Camill. de Curt. de feud. part. 1. nu. 44. fol. mihi 47. a tergo, Io. Andr. de Georg. alleg. 49. nu. 13. cum ſeq. Couarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 438. Olib. de actionib. part. 1. lib. 3. §. ſpeciales, num. 55. & 120. & cap. 9. num. 21. Seraf. de priuileg. iuram. priuileg. 75. num. 46.*

5 Amplia primò † concluſionem hic firmatã in regalijs maioribus, vt ſunt monetam cudere, notarios creare, & ſimilia, quæ, & ſi Rex vellet illa ſibi abdicare, nequiret, quia in generali conceſſione nõ veniunt, vt dixerunt *Luc. de Pẽn. in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. col. 5. & in l. 1. C. de veter. lib. 11. Cuman. conſ. 162. Barbat. in cap. quod tranſlationem, de offic. delegat. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqu. Zaſ. in tit. Qui feud. dar. poſſ. part. 5. nu. 14.* ſubdens, quòd hodie ſæpenumero talia iura miſceri vidit, nam Ciuitates nõnullæ auream monetam cudunt, quod eſſe abominabile tradit *Pariſ. de Put. de ſindicat. in rubr. de exceſſ. Baron. Camer. in cap. Imperialem in lit. C. de proh. feud. alien. per Fideric. fol. mihi* 80. in magna impreſſione.

6 Amplia ſecundo quando † conceſſio facta eſſet per verba indeffinita, ſiue vniuerſalia, quia regalia nõ veniũt, *d. cap. quod trãſlationem, de offic. legat. Felin. in cap. qua in Eccleſiarum, nu. 33. de conſtit. Bald. conſ. 243. vol. 1. & in l. 1. col. 6. C. de ſeruit. & aqu. Imol. in cõſ. 121. in medio, Claud. Seiſel. in l. Imperium, nu. 21. de iuriſd. omn. iud. vbi etiã Bolognett. num. 42. ad fi. verſ. limitatur primo,* vbi ad hoc allegat *Andr. in titu. de regalib. Roſantel. de feud. cap. 5. num. 9. Rot. Roman. d. deciſ. 34. num. 2. Boſſ. de regal. num. 29.*

7 Amplia tertio, etiam † ſi Rex in cõceſſione diceret, (cum omni iure quod ibi habet) quia numquam comprehẽditur ius regale, maximè ſi, non ſicut dominus, ſed tamq̃ Rex concederet, cùm veriſimiliter illud in ſpe non fuiſſet conceſſurus, *Alber. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. Land. de Princip. notab. 115. Socc. iun. conſ. 98. num. 31. volu. 3. Vall. in l. Imperium, num. 50. de iuriſd. omn. iud. & ibidem Iaſ. nume. 14. Boer. deciſ. 50. num. 12. & ſeq. & deciſ. 212. num. 24. Iac. de Sanct. Georg. de feud. in verb. de Caſtro rubeo, col. 1. & in verb. dictique vaſſalli, col. 2. Luc. de Penn. in l. 1. verſic. vel dicas plenius, Roſantel. d. cap. 5. concl. 14. num. 1. Menocch. lib. 3. præſumpt. 97. num. 41. & conſ. 20. num. 24. Scrader. de feud. part. 4. cap. 1. num. 27. Couarr. pract. quæſt. cap. 1. num. 10. Surd. conſ. 1. num. 144. & conſ. 152. nu. 34. & conſ. 127. num. 62. & conſ. 210. num. 51. & ſeq. & conſ. 333. nu. 19. vol. 3. Roland. optimè conſ. 1. num. 144. vol. 2. Oſaſc. conſ. 3. num. 7. Dom. Io. Andr. de Georg. allega. 49. num. 14. Riminald. iun. conſ. 601. num. 93. vol. 6.*

8 Amplia quarto † etiam ſi in conceſſione dictũ fuiſſet (cũ iuribus, & pertinentijs ſuis) nam ſub verbis illis ius Regium non cõtinetur, *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 7. q. 1. nu. 13. Iaſ. conſ. 45. per totum, vol. 1.*

9 Amplia quinto in regalijs † nõ adhærentibus Caſtro cõceſſo, de quibus per *Luc. de Pẽn. in l. contra publicã, col. 4. in princ. C. de re milit. lib. 12. Ignens,* qui bene diſtinguit *in l. neceſſarios, §. inter alios, nu. 132. & ſeq. ff. ad Syllan. Camer. in capit. Imperialem, fol. 80. de proh. feud. alien. per Fideric. Loffred. conſ. 24. Pedemon. deciſ. 29. num. 5. & deciſ. 101. num. 12.*

Limita modò eamdem principalẽ
10 concluſionem, quando † Rex in conceſſione, aliqua ex Regalibus ſibi reſeruaſſet, eo enim caſu cætera Regalia

com-

comprehenduntur, ad tex. ĩ cap. qui ad agendum, de procurat. in 6. & in ſpecie dixerunt And. ĩ d. tit. de regal. ĩ rub. ſub n. 3. & ibidem Lipar. ĩ addit. magna, & Afflict. ĩ fin. vbi notandum eſſe ait, & in cap. 1. num. 33. de Cap. qui cur. vend. Tiraq. poſt ll. connub. gloſ. 5. num. 157. verſ. ſextum. Menocch. lib. 3. præſumpt. 97. num. 41. & conſ. 20. num. 24. Brun. conſ. 311. Decian. reſp. 124. vol. 3. Surd. conſ. 210. ſub num. 19. Bambac. in repetition. cap. vnic. ſi de feud. defunct. milit. §. in generali, quæſt. 2. num. 51. Oſaſc. conſ. 3. num. 11. & 12.

11 Limita ſecundo † quando concurrerent aliquæ coniecturæ, Coman. conſ. 162. Caſtr. conſ. 63. volu. 3. Alciat. in d. cap. quod ſedem, nu. 28. & 29. de offic. ordin. Seiſel. ĩ tit. Qui feud. dar. poſſ. ĩ 6. limitat. vbi etiam Zaſ. nu. 12. Loffred. conſ. 24. nu. 11. & pro hoc Socc. iun. conſ. 80. num. 39. vol. 3. Iaſ. cõſ. 45. per totũ, vol. 1. Rot. Roman. deciſ. 34. & 35. par. 1. in nouis, vbi enumerat multas coniecturas, Roland. conſ. 42. num. 32. vol. 2. Pancirol. conſ. 185. ſub nu. 9. Nact. conſ. 431. nu. 8. Peregr. conſ. 3. nu. 23. vol. 4.

12 Limita tertio quando † cõceſſio facta fuiſſet pſonæ talis dignitatis, quæ regalia mereretur, hoc eſt dignitatis regalis, & ſimil. arg. cap. mandata, de præſumpt. Felin. in d. cap. qua in eccleſiarum, num. 33. de conſtit. Barbat. ĩ d. cap. quod translationem, col. 4. Nact. cõſ. 179. ſub num. 9. Loffred. conſ. 24. nu. 10. Pute. deciſ. 514. lib. 2. Sonsbec. de feud. part. 8. num. 18. Peregr. vbi latè diſtinguit, de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 76. magis expreſſè Rot. Roman. ĩ nouis, dec. 34. & 35. part. 1. per. tot. vbi loquitur de conceſſione, facta per Pontificem eius nepoti, Surd. d. conſ. 210. num. 24. Menocch. conſ. 962. num. 2.

13 Limita quarto, quando † in cõceſſione addita fuiſſet clauſula, (de plenitudine poteſtatis,) eo enim caſu regalia comprehenderentur, ad tex. in cap. propoſuit, de conceſſione prebend. Bolognett. in d. l. Imperium, nu. 42.

14 Limita quinto, quando † dictum fuiſſet, (cũ omnimoda iuriſdictione, ac mero, & mixto Imperio) Alcia. cõſ. 300. Iaſ. conſ. 161. vol. 2. Riminal. iun. conſ. 68. nu. 20. vol. 1. Socc. iun. conſ. 1. nu. 65. vol. 4. & conſ. 126. nu. 11. vol. 3.

15 Limita ſexto, quando † in conceſſione Princeps nihil ſibi reſeruaſſet, quia tunc regalia conceſſa videri determinat Iaſ. conſ. 45. num. 5. & ſeq. & conſ. 48. vol. 1. vbi latiſſimè examinat materiam, Mandell. conſil. 16. num. 15. Cranett. conſil. 209.

16 Limita ſeptimo quando † in cõceſſione dictum fuiſſet, quòd ſit inueſtitus iure feudi ad vſum Regni, ita limitat Bero. conſ. 81. vol. 1.

17 Limita octauo, in regalijs † minoribus, concedi ſolitis, & adherentibus Caſtro cõceſſo, vt sũt piſcationes maris, confiſcationes bonorum, ius vectigalium, iam impoſitum, & huiuſmodi ſimilia, vt tradiderunt Roman. conſ. 54. num. 2. per text. quem ſingularem appellat Felin. ĩ cap. quò ad translationem, verſic. & ſiquidem, de offic. deleg. nu. 33. vbi etiã Barbat. Lipar. ad Andr. ĩ titul. de regal. ĩ addict. magna, ĩ princ. Camerar. ĩ cap. Imperialẽ, de proh. feud. alienat. per Fider. fol. 71. & ſecundum aliam impreſſionem, lit. B. fol. 80. Zaſ. de feud. part. 5. num. 13. latiſſimè Paul. de Mõtepic. conſ. 99. num. 29. & ſeq. Io. Andr. de Georg. alleg. 49. num. 33. Surd. conſ. 333. nu. 19. vol. 3. Rot. Rom. d. dec. 35. vbi ait benè procedere hanc limitationem concurrentibus coniecturis, vt ſupra dictum eſt.

18 Limita † nono, ſi in conceſſione reperiatur facta reſeruatio alti dominij, nam cætera Regalia conceſſa dicerentur, ſecundùm Rol. conſ. 1. vol. 4. Rim. iun. conſ. 6. nu. 175. vol. 1.

19 Limita decimo, ſi Rex † in creatione Ducis, vel Marchionis vſus fuiſſet

illis

illis verbis, (quod præfatus Dux, vel Marchio in toto ſuo dominio poſſit ea, quæ Reges Romani, & Imperatores facere poſſunt, transferendo omnimodã poteſtatem Imperialem,) ſecundùm *Bart. communiter* * *approbatum ĩ l. ſi procurator, verſic. & ſic nota quod idem eſt, C. de procurat. Anchar. conſ. 327. incip. viſis diligenter*, & in Duce Subaudiæ exemplificat *Iac. de Sanct. Georg. ĩ ſua inueſt. feud. ĩ verb. Dux, verſ. dubitatur, ſub num. 4. Rolan. conſil. 3. num. 42. vol. 3.* vel concederet omnem iuriſdictionem, vt per *Rolan. conſil. 4. nu. 4. Aloiſ. Catald. de indult. ampl. 4. cap. 9. num. 54.*

nu. 18. Cabed. d. dec. 19. nu. 1. 2. & 3.
Menoch. conſ. 1003. num. 37. & conſil.
1033. volum. 11.

Et licet ſecundum aliquos indiſtin
26 ctè, † ſiue alienatio tendat in maxi-
mam, ſiue in minimam diminutionẽ
Regni, ſemper poſſit illam ſucceſſor
reuocare, vt fuerunt Bald. in c. 1. §. am-
plius, & ibi gloſ. in ver. ſucceſſor, de pac.
Cõſtãt. Affl. ĩ tit. de regalib. ĩ 4. q. in fi.
Boſſ. de regalib. n. 32. & 34. & in tit. de
Princip. nu. 384. Greg. Lop. ĩ l. pen. titu.
15. p. 2. in verb. que nunca, & in l. 10.
tit. 18. p. 3. in ver. de aquel Rei, Surd. d.
conſ. 210. ſub nu. 62. Dom. Carol. Tap.
in loco nuper citato, num. 36. ſubdens,
27 quòd in Regno, in quo eſt † conſuetu
do alienandi iura etiam directa in præ
iudicium Coronæ, non procedit ſu-
pradicta diſtinctio, ſed ſimpliciter va-
let huiuſmodi cõceſſio, vt optimè ſcri
pſit Camer. (qui per plures annos fuit
Præſes in Regia Camera ſummariæ,)
in c. Imperialem, f. 71. lit. A. quem ſe-
quitur Dom. Vinc. de Ann. alleg. 69. nu.
6. vbi ait quòd ſemper in Regno illo
apud Reges fuit dicta poteſtas, licet
28 † ĩ Regno noſtro aliàs donationes om
nes, factæ de quibuſcumque collectis,
& ſuper tractis fuerint reuocatæ, &
aliæ multæ limitatæ per Regem Mar-
tinum ad poſtulationem Regni, vt in
c. 1. 2. 3. & 4. cõtinetur, fol. mihi 80. Cæ
29 terum in contrarium eſt † veritas ſe-
* cundum communem opinionẽ, * de
qua vltra relatos, teſtatur Mandell. in
d. conſ. 67. nu. 5. & vt optimè reſpõdet
Natt. in d. conſ. 122. nume. 9. loquitur
Bald. ĩ d. §. amplius, contra id, quod
alibi tenuit, nec iura per eum allegata
obſtare videbantur, quia loquuntur,
quan-

quando prædeceſſor conderet legem ,
vel ſtatueret,& iuriſdictionem exerce-
ret , quo caſu non poteſt ſibi ipſi , nec
etiam ſucceſſori præcipere,& legē im-
ponere,quominus poſſit ab ea diſcede
30 re, At concluſio † firmata fuit in actu
licito, hoc eſt in modicę rei alienatio-
ne, quo caſu ipſe,& ſucceſſor ligatur ,
prout declarat , & intelligit idemmet
Bald.in d.l.digna vox,prope fi.C.de leg.
31 & iſtud etiā eſt quod † dicitur de clau
ſula derogatiua , quæ non afficit ſuc-
ceſſorem,vt per *gl.fi. in c.fi.de reſcript.
in* 6. reſcribendo ſcilicet , vel ſtatuen-
do, non autem contrahendo . Item
32 procederet † dictum *Bal.*quando alie-
natio eſſet magna,& non aliter,vt de-
clarat *Io.de Anan.d.cōſ.*81 . *nu.*2. *in fi.
& nu.*4.*Affl. ī tit. de regal. in rub.in* 5.
*q.nu.*60. *&* 61. *& in conſtit. ea quæ ad
decus, num.*5. *Natt.d.conſ.*122.*ſub nu.*
10.*&* 11. Item *Affl.in* 4. *quæſt. in fin.*
minus obſtare videbatur , nā ipſemet
cōtrarium dixit in loco nuper relato,
vbi eius dicta declarat,& limitat *Petr.
de Gregor.in d.part.* 1.*quæſt.*5 .*num.*13.
Præterea *Boſſ.in eod.loco,nu.*31.ſequi-
tur diſtinctionem *Andr. in cap. Impe-
rialem*, §. *nec dominus, num.*9. *de proh.
33 feud.alien.per Fider.* Poſtremo† *Surd.
in d. num.* 62. concluſionem ſuam in-
telligit in alienatione Regalium reſer-
uatorum,vt ſunt maiora , & admictit
concluſionem ſupra firmatam in ſim-
plici conceſſione Regalium , ſed vbi,
(ait ipſe ,) reſeruata concederentur ,
tunc non fit diſtinctio , an conceſſio
multum , vel parum lædat, quia alie-
natio reſeruatorum , licèt magnum
damnum nō afferat pecunialiter, pre-
iudicat tamen authoritati Principis,
atque illius poteſtati , & hac ratione
ipſemet Princeps poſſet reuocare , per
ea,quæ ponit *Abb. in cap. ſicut, el* 2. *de
iur.iurand.Gramm.vot.*28 .*n.*16.*Natt.*
34 *conſ.*614. *num.*12. vbi ait , quòd † pa-
ctum , factum cum vaſſallo , non eſt
obligatorium , ſi tendit in præiudiciū
principalis authoritatis,idemque ſen-
tire videntur *Fel. & Dec. in locis rela-
tis per Roland.in d.conſ.*1 .dum faciunt
duas limitationes ſeparatas , vnam in
alienatione Regalium , alterā in alie-
natione,ex qua infertur magnum dā-
num, & in hoc caſu pariter intelligen-
di ſunt *Gregor. Lop. & Tap.* in contra-
rium allegati, eſt tamen aduertēdum,
35 quòd † Principes debent abſtinere ab
his reuocationibus *arg.tex.in l. perfe-
cta,C.de donat.quæ ſub mod. Bald.conſ.*
327.*lib.*2.*Palaz.Rub.in rub. de donat.
inter vir. & vxo.*§.69. *num.*13. debet
36 enim † eſſe verbum Regis immobile
ſicut polus, vt poſt *Bald. in conſ.*279.
*lib.*3. dixit *Molin. de primog. lib.*4.*cap.*
3.*num.*19.*& Cabed.deciſ.*19.*num.*12.
*par.*2.ſubdens, quòd variatio in Prin-
37 cipe,† cuius actus debent eſſe ſtabiles,
damnatur,ad *not.per deciſ. Rot.*33 .*nu.*
1.*ſub tit.de præb. in antiquis.*
38 Amplia nunc †concluſionem ſupra
firmatam primo in conceſſione meri,
& mixti Imperij , quia ſi tenderet in
maximam Regni læſionem reuocari
poſſet , *Bal. conſ.*233. *nu.* 2. *vol.*3.*Fe-
lyn.in c. qua in eccleſiarum, num.*30.*de
conſtit.Gozad.conſ.*1.8.10.11. *&* 21.
*Affl.in d.conſtit.ea quæ ad decus, nu.*1.
*cum ſeqq. Gramm.dec.*46. *nu.*2. refert ,
& ſequitur *Cancer.lib.*3 .*variar.c.*1. *n.*
152.*verſ.vnde ſi Rex, Dom.Tap.de con
ſtit.Princip.par.*2.*c.*4.*nu.*21. etiam ex
cauſa ſuperuenienti, *Aret. ī c.nouit, n.*
25.*de iud.& ibi Felyn.Cabed.d.dec.*19.
39 *nu.*8.*par.*2. vt puta, † quia ex poſt fa-
cto cōceſſio cęperit eſſe damnoſa Re-
gi,aut Regno,vel Reipublicæ,ex *Are-
tin.& Fely.in loco nuper relato* , *Caſtr.
conſ.*386.*lib.*1. *Rolan.conſ.*1. *nu.* 158.
*lib.*2. & tempore conceſſionis tale dā-
nū non extabat, ſed poſtea emerſerit ,
*ad tex. in c. quanto , de menſib. & c. ex
multiplici , de decim.* vel concurreret
publica vtilitas, ſecundum *Afflict. &
Tap.*

Tap. vbi ſupra, Molin. de primog. lib.4.
c.3.n.17. Pinell.ĩ l.1. C.de bon.matern.
p.3.nu.62. Mattienſ.lib.5.tit.7.l.11. gl.
8.n.4.Cabed.d.dec.19.nu.10. lib.2.

40 Amplia † ſecundo nedum in mate-
ria contractuum ex prædictis, ſed etiã
in materia iuditiali, & ſententiæ latæ
contra prædeceſſorem in Principatu,
Oldr. conſ.94. nu.8. Bald.conſ.159. lib.
3. Laud.de Princip.q.446. Auchar. ĩ c.
licet, num.17. de vot. Et quamuis Dec.
in conſ.445. nu.31. id intelligat in hæ-
rede ſucceſſore, tñ malè, vt per eun-
dem Oldr. in d.loco, nu.16. verſ. denique
quod ſententia, Bal.conſ.vlt. vol.4. Pe-
regr. de iur. fiſc.lib.8. tit.3. nu.5. & ſeq.
Cabed. d. dec.19.

41 Amplia tertio † etiam condendo le-
gem generalem, ad text. in l. qui fun-
dos, vbi Plat. C.de omn. agr. deſert. libro
11. & facit gl. in c. ſicut mortis, in ver.
reducas, de iur. iurãd. Bald. ĩ l. fi. ĩ 1.
lect. ĩ princ. ff.de Senat. Affl. ĩ c. 1. nu.
25. de nat. feud. & in d. conſt. ea, qua
ad decus, num.4. Alex. conſ.109. lib.3.
Cabed. deciſ. Luſit. 19. nu.11. vbi alle-
gat Gomez. in reg.de non toll. iur. quaſ.
quaſt.15. & hanc ampliationem intel-
42 lige † vbi eſſemus in cõceſſione maxi-
mi prçiudicij, ſecus ſi modicum lçde-
ret, quia tunc eam legem condendo,
cõtractus nocet ſucceſſori in ea digni-
tate, ad tex. in c. veritatis, de iur. iu-
43 rãd. ea ratione, quia † Regia maieſtas
ſemper eadem eſt, & numquam mori-
tur, vt firmat Bal. ĩ c. Canonum ſtatu-
ta, nu.38. de conſtit. Non obſtat Bald.
ex aduerſo allegatus cum cæteris, qa
intelligi debent de contractibus futu-
ris, non autem de iam factis, prout lo
44 quitur tex. in d. l. qui fundos, & eſt † ꝓ-
prium legis ad futura trahi negotia, l.
lege, C. de leg. quo caſu qui contrahit
45 † cum Principe non poteſt dici frau-
datus, ex quo ſcit, vel ſcire debet legẽ
iam poſitam ſuper condictionibus cõ
tractus, qui initur cum Principe, vt in
ſimili, dixit Aud. ĩ c.1. n.15. in fi. de Cap.
Corrad. per l. qui fundũ, §. ſeruus, ff. pro
empt. aliàs enim, ſi ſecus diceremus,
de facili Princeps euacuare poſſet om
nem contractum, cum eo firmatum,
contra l. Cæſar, ff. de publ. & c.1. de pro-
bat. Abb. in c. qua in Eccleſiarum, nu.14.
in fi. de conſtit.

46 Amplia quarto, quando † ageretur
de alienatione, ſeu conceſſione rei par
ticulariter Regiæ Coronæ reſeruatæ,
& eius dignitati, Bal. in c. fi. circa finẽ,
de re iud. Iaſ. cõſil.10. num.4. lib.3. Fe-
ly. in c.1. nu.5. de probat. in 4. declara-
tione, Affl. in conſt. ea, quæ ad decus, nu.
3. ad fin. maximè in præiuditium ſuc-
ceſſorum, Bald. ĩ c. licet, §. in genera-
li, ſi de feud. fuer. contr. & ĩ c.1. in ver.
poſſidetur, de pac. tenend. Luc. de Pen. ĩ
d. l. contra publicam, nume. 24. C. de re
milit. lib. 12.

47 Amplia quinto † in conceſſione Re
galium, facta per importunitatem, &
inaduertẽter, fortè tempore, quo Rex
vult coronari, quia ſi aliqualiter ei
præiudicaret, non valeret, Fely. ĩ d. c.1.
num.7. de probat. vbi ait pro hoc facere
tex. ĩ c. cum veniſſent, verſ. ipſe non ti-
mẽs, de iuſtit. & allegat Abb. in cap. ſi-
cut, el primo, in 3. notab. de iur. iurãd.
ſed voluit allegare in cap. ſicut noſtris,
vbi ſubdit, hoc eſſe benè notandum,
& ſequitur Dec. ibidem, nu.5. Rebuff.
ſuper conſtit. Franc. to.2. tit. de reſcrip.
gloſ.3. & optimè Affl. poſt Andr. in c.
1. §. ſimiliter, n.62. de Cap. q cur. vend.
vel tempore belli, vt conſuluit Menoc.
conſ.1003. nu.94. vol.11.

48 Amplia ſexto † in Principatu, vel
Ducatu, quod defertur iure ſucceſſio-
nis, & in perpetuum, ſecundum Oldr.
conſ.94. Auchar. in c. licet, n.17. de vot.
ad fi. qui loquuti ſunt in ſententia, ſi
noceat ſucceſſori, & adde Bart. ĩ l. pul-
chra, §. fi. n.5. ff. quod vi aut clam, Dec.
conſ.445. nu.34.

49 Amplia ſeptimo, † vt nec vaſſalla-
gium

gium remittere poſſit Rex in prçiudi-
cium ſucceſſoris, *Pet. de Greg. de con-
ceſſ. feud. p. 7. q. 4.*
50 Amplia octauo † in Rege ſucceſſo-
re per electionem, *Natt. cõſ. 122. n. 5.
& ſub nu. 9. Mandel. conſ. 67. nu. 1.*
51 Amplia nono † etiam ſi conceſſio
facta fuiſſet eius conſanguineæ, *Bald.
conſ. 353. vol. 1.*
52 Amplia decimo † ex cauſa publi-
cæ vtilitatis, *Cabed. d. deciſ. 19. nume-
ro 10. par. 2.*
53 Limita modo eamdem concluſio-
nem primo † in cõceſſione Regalium
locorum particularium, vt declarat
Iaſ. d. conſ. 10. in fi. volum. 3. ex mente
*Andr. in tit. de regalib. ĩ rubr. nu. 3. Bal.
in l. beneficium, in 1. lect. colum. 2. verſ.
item nota quòd ſi Princeps, ff. de conſtit.*
54 vbi † firmat, Principem poſſe mihi
donare non ſolum iuriſdictionem ali-
cuius Caſtri, imò & Ciuitatem cum
diſtrictu, & pertinentijs ſuis, vt voluit
idem *Andr. ĩ c. Imperialem, §. nec dici-
mus, num. 4. & 8. de prob. feud. alienat.
per Feder. & ĩ tit. de regal. ĩ rubr. num.
5. verſic. & ſic ſi Imperator*, quinimo
55 ſine dubio eſt, Principem † poſſe iu-
riſdictionem concedere quibus vult,
etiam priuatis hominibus, vt dixit
*Bar. cõſil. 196. incip. Ciuitatis Camerini,
nu. 2.* nam hoc caſu non dicitur euer-
56 ti ius Regni, quæ tamen † intellige
quando ſimul cum Caſtro, ſiue Ciui-
tate fieret conceſſio, ſecus ſi ſola iuriſ-
dictio concederetur, ſecundum *Iaſ. d.
cõſ. 10. in fi.* quia de iure non valeret,
vt dixit *Afflict. ĩ d. conſtitut. ea, quæ
ad decus, num. 3.* vbi concludit, quod
57 † de iure Princeps non poteſt conce-
dere merum, & mixtum Imperium
Baroni in terra ſua, & quòd talis con-
ceſſio, ſi fiat, eſt nulla, *gloſ. in c. 1. Ne
prælat. vic. ſu.* & Princeps ipſe, nedum
eius ſucceſſor poteſt reuocare conceſ-
ſionem, allegat *Bald. ĩ cap. 1. de leg.
Corrad. & ĩ cap. 1. §. ad hæc, colum. 1.
de pac. iuram. firman. & ĩ tit. de rega-*
58 *lib.* vbi concludit, quòd † de iure cõ-
muni iuriſdictiones vendi non poſ-
ſunt, quia publici iuris ſunt, & in pa-
trimonio, & iure priuati eſſe non poſ-
ſunt, niſi ex cauſa neceſſitatis, vel con
ſuetudine aliter ſit cautum, vt eſt in
59 Regno, qua † conſuetudine ſtante
conceſſio reuocari non poteſt, ſequi-
tur *Soc. ſen. d. cõſil. 7. lib. 3. Boſſ. de re-
gal. num. 32. Decia. cõſil. 25. nume. 41.*
60 *& ſeq. volum. 1.* vel niſi † conceſſio fie-
ret ex certa ſcientia, cum clauſula, non
obſtante, vt dixit *Andr. in dicto §.
nec dominus.*
61 Limita † ſecundo in infeudatione,
quæ non nocet ſucceſſori, vt dixit *Bal.
in l. 1. in 1. lect. ff. de conſtitut. Princip.
Roland. conſ. vlt. num. 49. & 66. vol. 4.
Curt. iun. conſ. 306. num. 11. Capic. dec.
121. num. 5. Tap. de conſtitut. Princip.
cap. 9. num. 67. part. 2.* de natura enim,
& officio Principis eſt infeudare, vt
inquit *Bald. in l. 1. in 1. lect. ff. de cõſtit.
Princ.* & diximus in quæſt. præceden-
ti, maximè ſi concedi ſolitum eſſet,
*Bald. in Auth. quas ruinas, num. 2. C. de
ſacr. ſanct. Eccl. Iaſ. in l. 2. num. 160. C.*
62 *de iur. emphiteot.* niſi † feudum aliena-
retur irrequiſito domino, quia ſucceſ-
ſor approbare non tenetur, *Bal. in cap.
1. §. hoc quoque, col. 2. ad fin. de ſucceſſ.
feud. Land. de Princip. quæſt. 378. Dec.
conſil. 445.*
63 Limita † tertio in conceſſione offi-
cij, quia non poteſt abſque iuſta cauſa
reuocari, vt latè dicam infra Cap. 27.
64 Limita † quarto in conceſſione fa-
cta ex cauſa oneroſa, quia non poterit
à Principe reuocari, nec ex certa ſcien-
tia, nec ex plenitudine poteſtatis, nec
per indirectum, etiam ſi cõtractus fue-
rit cum ſubdito celebratus, cum vim
contractus obtineat *ad tex. ĩ §. ſed hæc
naturalia, inſtitut. de iur. natur. gent. &
ciuil. Dom. Carol. Tap. de cõſtit. Princip.
par. 2. cap. 9. num. 2.* vbi multa addit in
ma-

materia, quæ apud eum haberi pote-
runt, & Dom.*Camil.Borell. in addit.*
*ad Bellug. in Specul. Princip. rubr.*1.*in*
uerb.naturam contractus, vbi limitat, ſi
ſubeſſet iuſta cauſa, *Menocch. conſ.*75.
*nu.*44.*Surd.conſ.*419.*num.*50.

65 Limita † quinto in conceſſione Re-
galium ex cauſa meritorum, cùm con
tractui æquiparetur, *ad tex.ĩ l.ſi pater,*
§.ſi quis aliquem, C.de donat. Bald.in l.
ſi cum mihi, ff. de dol. & in l. qui ſe pa-
tris, C. vnd.ni. Afflict.in conſt. ea, quæ
ad decus, vbi latiſſimè, cum loquatur
de mero, & mixto Imperio, *Rol.conſ.*
76.*nu.*18.*lib.*2.*Berreti.conſ.*1.*nu.*16.
*Decian.cõſ.*25.*num.*30.*lib.*1. *Rim.iun.*
*conſ.*540.*nu.*96.*&* 556.*nu.*107. *Surd.*
*conſ.*419.*num.*51.*Plot.conſ.*11.*num.*6.
66 vbi ampliat †etiam de plenitudine po-
teſtatis, *Capic.deciſ.*121.*nu.*16. *Laud.*
*de Princip.quæſt.*34. *Menocch. conſ.* 2.
*num.*139.*& conſ.*75.*num.*44.cum in-
numeris relatis per *Dom.Tap. in loco*
*citato, num.*6. *& num.*11. vbi ampliat
67 etiam † in ſucceſſore ĩ indignitate, ſe-
cundum *Cin.Bald. & Caſtr. in l.digna*
vox, C.de leg. Canoniſtæ in c. 1. *de pro-*
bation. Burſat.Menocch. & alij per eum
relati.

68 Limita † ſexto in conceſſione facta
ſub nomine dignitatis, vt dixit *Capic.*
*deciſ.*121.*Cabed. latè d. deciſ.*19.*nu.*4.
5.*&* 6.*par.*2. Eſt tamen aduertẽdum,
69 quòd † huiuſmodi contractus ſuper
iuribus Regalium non erit ipſo iure
nullus, nam in præiudicium contra-
hentis ſubſiſtit, *Alexand. conſ.*138.*in*
*fin.& num.*7.

70 Limita ſeptimo, quãdo † Princeps
ſibi reſeruaſſet ſupremam ſuperiorita-
tem, vt poſt alios refert *Vaſq. cõtrouer.*
*illuſtr.perſon.lib.*1.*cap.*4.*num.*9. *Burſ.*
*conſ.*160. *num.*79. *& ſeq. & conſ.*225.
*num.*48.*& ſeq.* tunc enim non dicitur
propriè facta alienatio, *Burſat.d.conſ.*
160.*nu.*85. *Rim.iun. conſ.*556.*nu.*45.
*vol.*5. *Cabed. d.deciſ.*19.*nu.*3.

71 Limita octauo quando † alienatio
validè facta fuiſſet, quia tunc nec ip-
ſe, nec ſucceſſor reuocare poterit, aliàs
ſecus, *Dec. in cap.*1.*de probation.Bar.in*
d. l. prohibere, §. planè, Iaſ.conſil. 1. *&*
*conſ.*56.*vol.*1.*& cõſ.*10.*vol.*3.*Soc.iun.*
*conſ.*1.*num.*69. *& ſeq. & conſ.* 17. *vol.*
4.*& conſ.*60.*nu.*33.*& ſeq.vol.*3.*Oſaſc.*
*deciſ.*139.*nu.* 10.*Menocch.conſ.*307.*&*
*conſ.*378.*n.*10.*vol.*4.*Rim.iun.conſ.*18.
*num.*7. *& conſ.* 1.*lib.*6. *Nact. conſ.*122.
*Purpur.conſ.*433.*Loffr.conſ.*38.*nu.*17.
*Marcabr.conſ.*55.

SVMMARIVM.

1 *Regalia maiora Principi reſeruata inſi-gnium ſuperioritatis, non præſcribuntur. Ampl. num.*2.*intellige, vt nu.*5.

3 *Rex non poteſt ſibi auferre ſupremam Regaliam recurrendi ad eum, niſi Regno renunciaret.*

4 *Appellatio ad Imperatorẽ nulla preſcriptione, nel ſtatuto tolli poteſt.*

6 *Regalia Principi reſeruata ratione dignitatis nõ præſcribuntur, lim. nu.*7.

8 *Ciuitates multæ in Italia reperiuntur, q̃ habent immunitatẽ, ac merum, et mixtum Imperium non ſolum ex priuilegio ſed etiam ex vſurpatione.*

9 *Titulus non requiritur quando eſt probata præſcriptio immemorabilis.*

*Inferiores ab Imperatore poſſunt habere plenitudinem poteſtatis ex longo vſu, & inueterata cõſuetudine, ſub nu.*9.

10 *Præſcriptio immemorabilis æquiparatur veritati.*

11 *Præſcriptio immemorabilis æquiualet pacto, & plus operatur præſcriptio quã pactum, & num.*12.

13 *Præſcriptio Immemorabilis æquiparatur habentibus titulum, & expreſſam cõceſſionem.*

14 *Præſcriptio, conſuetudo, & priuilegium pari paſſu ambulant, & quod per vnũ acquiri poteſt, per alterum conceditur, & num.*17.

Con-

15 *Conſuetudo ius introducere dicitur, & per illam omnibus vniformiter acquiritur, & num.16.*

18 *Præſcriptio immemorabilis habet vĩ priuilegij, conſtituti, & conceſſi à ſupremo Principe.*

Præſcriptio immemorabilis inducit præſumptionẽ iuris, & de iure, nec admittit probationẽ in contrariũ, ſub n.18.

19 *Principes, qui iura Regalia præſcripſerunt, noua vectigalia inſtituere poſſunt, & confiſcare bona delinquentiũ, & num. 20.*

21 *Sciẽtia præſumitur ex præſcriptione immemorabili, & in ea nulla fit diſtinctio ſcientiæ, vel ignorãtiæ, & nu.22. Ampl.num.23.*

24 *Bart. cõmuniter reprobatur circa ſcientiam præſumptam.*

25 *Regalia, quæ etiam alteri, quàm Imperatori, vel Regi competũt, longiſſimo tẽpore præſcribuntur, Ampl. & limit. num.26. & 27.*

28 *Præſcriptio immemorabilis nihil operatur, quãdo titulus apparet inualidus.*

29 *Præſcriptio immemorabilis non habet effectum, ſi mala fides manifeſtè probatur.*

30 *Præſcriptio in rebus delatis, & quæſitis fiſco Principis ob crimẽ alicuius, qualiter locum habeat, remiſſiuè.*

31 *Bona patrimonialia ipſius Regis quæ dicantur, remiſſiuè, & nu.32.*

33 *Præſcriptio in rebus Principis, non vt Principis, ſed vt priuati, locum habere poteſt.*

34 *Præſcriptio in rebus Principis, vt Principis, vtique procedere videtur, vbi exemplifica.*

35 *Præſcriptio in bonis Principis fieri debet cũ qualitate feudali, & ſic cũ ſeruitio.*

36 *Præſcriptio immemorabilis licet in Regalibus locum habeat, tamen cumulatiuè intelligitur, nõ autem priuatiuè adeo quod Imperator vel Rex in eodẽ loco poterit illa exercere, & num.39. quod intelligè vt num.37.*

38 *Præſcriptio Regalium eſt ſtrictè intelligenda, & in illa non fit extenſio.*

39 *Præſcriptio immemorabilis licet in Regalibus locum habeat, attamen Regis ſuprema authoritas, & poteſtas ſemper ſalua intelligitur.*

40 *Præſcriptio immemorabilis habet locum in mero, & mixto Imperio.*

41 *Præſcriptio habet locũ in facultate creãdi Magiſtratũ, adeo quod talis facultas præſcribi poteſt, ac ẽt conſuetudine acquiri, quod autem tempus requiratur ad præſcribendum talem facultatem, vide num.42. remiſſiuè.*

42 *Tempus præſcribendi facultatem creandi Magiſtratum quod ſit.*

ARGVMENTVM.

Regalia, & poteſtas creandi Magiſtratum quanto tempore præſcribantur.

CAPVT XIX.

QVÆSTIO hæc in duas diuiditur partes, in prima de præſcriptione Regalium in genere diſcutiemus: in ſecunda verò pręſcriptionem creandi Magiſtratum in ſpecie explicabimus. Quò ad primam attinet pro eius vera declaratione, cũ Doctores multa hinc inde glomerauerint, plures caſus conſtituere arbitratus ſum.

1 Primus † erit caſus in iuribus Regalibus maioribus Principi reſeruatis in ſignum ſingularis pręheminentiæ, & prærogatiuę, vt præſtatio cenſus, & tributorum, ſeu obedientiæ, quæ ei debetur, & plenitudo poteſtatis, & hæc numquam poſſunt præſcribi,
2 nec † etiam tempore immemorabili,

gloſ.ĩ cap.volumus,16.q.4.Abb.& Fel.
poſt alios in cap. cum non liceat, de præ-
ſcript.& in cap.per venerabilem,ad fin.
qui fil.ſint legit.& in cap.cum nobis, &
cap.ad audientiam,de præſcript.Bald.in
tit.de regalib.num.3.& ibi Alua.nu.4.
Cancer. variar. reſolut.lib.2.titu.2.nu.
110.cũ ſeq. Mich.Ferr.par.1.obſeruat.
3 cap.13.vbi ait † Regem non poſſe ſibi
auferre ſupremã Regaliam recurrendi
ad eum, niſi ſedi Regiæ renuntiaret,
Auend.de exeq.mand. lib.2.cap.4.nu.
20.Gaſp.Vall.in l.Imperium,nu.79.de
iuriſd.omn.iud.Iaſ.cõſ.208.lib.2.Dec.
conſ.307.nu.9.Reſtaur. de Imperat. q.
54.Couar.in cap. poſſeſſor,in 2.part.§.
2.n.7.verſ.ſecunda rerũ ſpecies, de reg.
iur.in 6.Oliban.de iur.fiſc.c.6.per totũ.
Natt.conſ.640.nu.18.Roman.cõſ.371.
* circa fi. de magis * cõmuni teſtatur Soc.
ſen.conſ.275.nu.5.vol.2.Peregr.de iur.
fiſc.lib.1.titul.2.num.60.cum ſeq.Zaſ.
conſ.16.nu.12.vol.2. Purpurat.in l.1.
num.40.ff.de off.eius,& in conſ.16.nu.
12.vol.2.vbi pariter teſtatur hanc eſſe
* communem*concluſionem,Roſantel.
de feud.c.5.concl.16.vbi ex hoc infert,
4 quod † nulla præſcriptione,ſiue ſtatu-
to induci poteſt, vt ad Imperatorem
omnino nõ appelletur, ex Bal.ĩ Auth.
quas actiones,nu.14.C.de ſacr.ſanct.ec-
cleſ.& in l.2.nu.2.C.quæ ſit long.con-
ſuetud.Bart.in l.omnes populi,nu.27.de
iuſt.& iur.ſubdens,ita fuiſſe iudicatũ,
Peregr.vbi ſupra,nu.62.Affl.in tit.de
Regalib.nu.35.& ſub nu.49.vbi opti-
mè declarat,& in cõſt.ea,quæ ad decus,
nu.6.Capibl.de auth.Baron.prag.8.nu.
74.in fin.Oſaſc.cõſ.3.nu.16.vbi multa
cumulat,& conſ.41.nu.3.Zaſ.conſ.16.
nu.12.vol.2.vbi hanc dicit eſſe com-
* munem * opinionẽ,Oliban.de iur.fiſc.
d.cap.6.Nact.conſ.608.ſub nu.7.Balb.
de præſcript.par.2.quæſt.1.Menoch.cõſ.
5 962.nu.3.vol.10.vbi † hoc admictit,
quando Princeps ipſe aliquem à ſolu-
tione ipſius cenſus liberare vellet.

6 Secundus † eſt caſus in Regalijs,de
quibus in c.vnico de Regalib.quæ Prin-
cipi reſeruantur ratione dignitatis, &
hæc pariter præſcribi prohibentur,ni-
7 ſi † præſcriptio eſſet immemorabilis,
cuius initij memoria non eſſet, cap.ſu-
per quibuſdam, §.præterea, de verb.ſi-
gnif.gloſ.magna, in fin. in Authent. de
defenſ.ciuitat.§.conſiderandum, Bart.
in l.in cauſa, la 2.§.fin.ff.de minorib.
8 dicens, quòd † hodie multæ ſunt Ci-
uitates in Italia,quæ habent immuni-
tatẽ, & merum, & mixtum Imperiũ,
aliæ ſcilicet ex conſtit. Fiderici Impe-
ratoris: aliæ etiã ex vſurpatione, Abb.
in cap.ad aures, de præſcript. vbi ait,
9 quòd † data probatione pręſcriptionis
immemorabilis nõ requiritur titulus,
Alex.conſ.7.vol.2.Fel.in d.cap.cum nõ
liceat,de præſcript.Bald.conſ.267.incip.
ad euidentiam præmiſſo,nu.9.vol.1.vbi
concludit, quòd inferiores ab Impe-
ratore poſſunt habere plenitudinẽ po-
teſtatis ex inueterata conſuetudine,&
vſu, Soc.conſ.158.nu.31.& ſeq.vol.2.
& conſ.7.nu.4.lib.3.Angel.in l.benè à
Zenone,C.de quadrien.præſcript.Balb.ĩ
2.par.5.par.princ.q.3.Couarr.ĩ loco re-
lato,cũ infinitis,quæ cumulat Menoch.
in conſ.2.n.309.lib.1.& conſ.1101.nu.
39.vol.12.& reſp.2.cauſa Finæ.nu.73.
Bellug.in ſpecul.princ.rub.23.§.ſed pæ-
10 na,nam † immemorabilis præſcriptio
æquiparatur veritati,ad tex.ĩ l.1.C.de
ſeruit.& ĩ l.ſi pupillus,ff.de adminiſtr.
tuto.Bal.cõſ.23.vol.4.Peregr.de iur.fiſ.
11 d.tit.2.n.61.vbi ait, quòd † æquiualet
pacto,l.2.vbi glo.C.de dot.promiſſ.Soc.
conſ.80.nu.12.& cõſ.166.n.12.vol.2.
12 & ꝙ † plus operatur pręſcriptio quàm
pactũ, ex pluribus adductis per Fel.in
c.cũ acceſſiſſent, n.48.de conſtit.quini-
13 mo † æquiparatur habẽtibus titulũ,&
expreſsã conceſſionẽ, ad text. in l.1.§.
fin.& l.in ſumma,§.vanus, ff.de aqu.
pluu.arcend.l.ex hoc iure,§.ductus,ff.
de aq.quotid.& æſtiu.cum concordan.
de

*de quibus per Oldrad. conſ.*172. vbi cõcludit, quòd † priuilegium, & conſuetudo, ſeu præſcriptio pari paſſu ambulant, ita vt quod per priuilegium acquiri poteſt, hoc & cõſuetudine in-
15 troduci poſſit, quia † cõſuetudine preſertim ius introducitur, per quod vni tantũ quæritur contra quemcumque,
16 quantum alij, cum proprium † cõſuetudinis ſit, vt vniformiter omnibus quęratur, prout occaſio dederit, vt per eumdem *conſ.*274. *Zaz. d. conſ.*16. *nu.*
17 14. *& ſeq.* in tantum quòd † omnia quæſibilia ex priuilegio, quæruntur ẽt conſuetudine, & pręſcriptione immemorabili, ſecundum *Abb. & Dec. ĩ c. cum contingat, de for. compet. Card. in clemẽt.* 2. *de relig. domib. in fi. Bald. cõſ.* 49. *incip. in facto Abb. vol.* 3. *Peregr. in loco relato, nu.*61. vbi ait, hanc opinionem pro præſcriptione ex communi
* * obſeruantia receptam eſſe, & *nu.*63.
18 addit, quòd † huiuſmodi præſcriptio habet vim priuilegij, cõſtituti, & conceſſi à ſupremo Principe, & inducit præſumptionem iuris, & de iure pro titulo & conceſſione priuilegij, quæ non admittit probationem in contrarium, *ad tex. in c. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, & ibi Canoniſta, de verb. ſigni cat. Pariſ. cõſ.* 114. *nu.*14. *vol.* 1. *Vin. comm. opi.*242. *lib.*1. & poſt alios *Cranet. de antiq. temp. p.*4. *quarta par. prin. nu.*73. *& ſeq. Burſ. cõſ.*142. *nu.*19. *& conſ.*160. *nu.*19. *vol.*2. vbi refert com-
* munem * ſententiam, *D. Mart. ĩ tract. de iuriſd. p.*1. *c.*32. *nu.*26. *cum ſeq. Menoch. conſ.*21. *n.*19. *&* 20. *vol.*1. *& cõſ.* 962. *nu.*5. *vol.*2. *& in reſp.*2. *cauſa Fi-
* na. n.*71. vbi hanc crebriorem, * verioremq; opinionem affirmauit, & fuit ẽt opinio *And. ibi, nu.*50. *& ſeq. Loffr. cõſil.*40. *nu.* 48. *Gabr. de præſcript. concl.* 1. *num.* 3. *& ſeq. Mandel. cõſ.* 64. poſt infinitos *Dom. Camill. Borel. ad Bellug. rubr.*9. *in verb. conſuetudo, Miſing. obſernat.*29. *cent.* 5. *Roſantell. de fend. d. c.* 5. *concl.*16. vbi alios retulit, & eſt veriſſima opinio ſecundum omnes relatos, qui infinitos cumulant. In tan-
19 tum, quòd † Principes, qui iura Regalia præſcripſerunt, noua vectigalia inſtituere poſſunt, *ad tex. in l. ſi publicanus*, §. *in vectigalibus, ff. de public. Pern. conſ.*17. *Fely. d. c. cum non liceat, nu.*13. *Affl. in tit. de regalib. ĩ verb. vectigalia, col.*1. latè *D. Borel. de præſtan. c.*11. *num.*42. vbi allegat *Bal. & alios*, licet contrarium teneat *Guttier. de Gabell. c.*
20 5. Item † confiſcate bona delinquentium, *Angel. ĩ l.*1. *C. ne fin. iur. Peregr. vbi ſupra*, ſubdens, ita vbiq; ſeruari;
21 quia † ſufficit lapſus temporis immemorabilis, ex quo præſumitur ſciẽtia,
* ex communi, * & recepta ſententia, de qua per *Gabr. de præſcript. concl.* 1. *nu.* 61. *&* 62. *Cranet. de antiq. temp. par.* 4.
* §. *abſolutis, num.*13. *& ſeq.* de communi * teſtatur etiam *Balb. de præſcript. p.* 2. *quinta par. princ. q.*3. *num.*8. *Rolan. conſ.*91. *num.*15. *vol.*2. *Peregr. de iur. fiſc. lib.*1. *tit.*2. *nu.*66. *Miſing. obſeru.* 30. *num.*5. *Tiraq. de nobil. cap.*14. *nu.* 4. *Io. Baptiſta Coſt. de iur. & fact. ſciẽt. tit. vlt. reg.* 14. *num.*16. vbi etiam allegat *Eugen. cõſil.*9. *num.*6. *&* 7. & po-
22 nit pro regula, quòd † in præſcriptione immemorabili nulla ſit diſtinctio ſcientiæ, vel ignorantiæ, & clarius in in eodem tractatu *tit.*1. *inſpect.*72. *nu.*
23 10. *&* 11. vbi † ampliat in ſcientia officialium, etiã quò ad Regalia, & fuit opinio *Bart. ĩ l. ſi publicanus*, §. *in omnibus, ff. de publican. & vectigal. Imol. ĩ l.*1. §. *denique, ver. nunqd Ciuitates, ff. de aq. quotid. & aſtin. Cancer. uar. reſol. lib.*2. *tit.*2. *nu.*119. idemq; affirmant *Becc. cõſ.*15. *n.*7. *et ſeq. Cran. cõſ.*894. *n.* 33. *vol.*5. *D. Io. Bap. Coſt. in tract. de fa cti ſciẽ. et ign. inſp.*72. *n.*9. *& ſeq. Surd. cõſ.*429. *n.*54. *et dec.*181. *ĩ fi. Capic. ĩ in ueſt. feud. verſ. feudorũ diuiſio, ampl.*2. & ppea *Iaſ. ĩ l. Imperium, ff. de iuriſd.*
24 *om. iud. num.*21. ait, † contrariam opi-

* nionem *Bart.* communiter * eſſe repro
batam, dum voluit, requiri ſcientiam
Regis, quem ſequuti fuerunt *Bald. in
tit. de regal. num. 3. & conſ. 370. vol. 3.
Affl. dec. 57.* & alij relati per *Roſantel.
in loco citato, lit. D. nam ex prædictis pa-
tet,* curſum immemorabilis præſcri-
ptionis ſufficere, & hanc eſſe receptiſ-
* ſimam * opinionem.

25 Ampliatur † & pariter in Regalibus
iam formatis, quæ alteri feudatario,
quàm Imperatori, vel Regi cõpetũt,
contra quos etiam longiſsima preſcri
ptio requiritur, vt dixit *Roſantel. de
26 feud. c. 6. q. 84.* vel † is, contra quem
præſcribitur, iura fiſci haberet, vt per
eumdem *c. 5. q. 46. num. 3.* ſecus in a-
lijs priuatis, ſecundum *Bart. ĩ d. l. ſi pu
blicanus, §. omnibus, quem ibi multi ſe-
quuntur, ff. de public. Bald. ĩ titu. de re-
gal. num. 4. Fely. ĩ c. cum nobis, de præ-
ſcript. Balb. d. tract. par. 2. quinta par.
princ. q. 4. nu. 2. Roſantel. d. cap. 5. con-
cluſ. 17. num. 12. vbi in lit. B.* ampliat
27 † etiam in exactione vectigalis à tran-
ſeuntibus, ſi quidem, (ait ipſe) contra
ius eſt hæc præſcriptio, & contra liber
tatem Imperij, ſecundum *Bald. ĩ tit.
de regal. num. 3. & Balb. de præſcrip. d.
quæſt. 4. num. 2.*

Hinc conſequenter limitatur con-
28 cluſio prædicta, vbi † titulus appare-
ret inualidus, quia pręſcriptio nihil
obeſſe poſſet, cùm ceſſare videatur prę
ſumptio, quæ oriretur ex tempore im
memorabili, ita *Crauet. de antiq. tẽp. p.
7. lim. 7. n. 28. & p. 4. ſent. abſolutis dif-
ferentijs, num. 13. & num. 59. cum ſeq.
Bellam. cõſ. 10. Caſtr. cõſ. 423. incip. ex
puncto tranſmiſſo, circa fin. volum. 2.
Decian. cõſil. 24. num. 114. volum. 1. Ca
mill. de Curt. in 1. p. Diuerſ. feud. ĩ cap.
incip. ſupereſt modo, fol. mihi 78. a tergo
num. 11. & 12.* vbi refert, quod ex hac
cauſa in Tribunali Regiæ Cameræ
quamplures centenariæ cum omni-
bus requiſitis iudicatę fuerunt nullius
roboris, & ſubdit perpetuò menti te-
nendum eſſe.

29 Item † ſi mala fides manifeſtè pro-
baretur per inſtrumentum, vel teſtes,
vel alias probationes, obeſſet dictę im
memorabili pręſcriptioni; & nihil ope
rari poſſet, per *gloſ. in verb. viſi, cap. 1.
de præſcript. in 6. Crauet. d. p. 4. nu. 19.
Pariſ. cõſ. 101. num. 6. vol. 1. Loffr. conſ.
40. ſub num. 48. Peregr. de iur. fiſc. lib.
1. titu. 2. num. 65.*

30 Tertius † eſt caſus principalis in his
rebus, quæ iam ſunt delatæ, & quæſi-
tæ fiſco Principis, ob crimen, vel deli-
ctum ſubditorum, quę dicuntur bona
quaſi propria, & priuata ipſius Prin-
cipis, *ad tex. ĩ l. 1. §. hoc interdictum,
ff. ne qs in loco publ. ibi res fiſcales, qua-
ſi propria, & priuata Principis,* & hæc
quidem vario modo præſcribuntur,
de quibus per *Couarr. ĩ c. poſſeſſor, p. 2.
§. 2. num. 7. ver. res quidem, & in epito-
me de ſponalſ. p. 2. cap. 6. §. 8. num. 16.
verſ. ex quo infero, Boſſ. ĩ titu. de fiſc.
& eius priuileg. num. 52. Boer. dec. 168.
num. 20. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. titu.
8. Oliban. de iur. fiſc. d. cap. 6. num. 38.*
31 vbi ponit † quæ ſint res patrimonia-
les, quas Rex poſſidet vti priuatus,
*Cancer. variar. lib. 2. tit. 2. nu. 122. cũ
32 ſeq.* qui tradit quando † adhuc talia
bona non eſſent fiſco incorporata.

33 Quartus † eſt caſus ĩ rebus Principis,
nõ vt Principis, ſed vt priuati, vt ſunt
illæ, quas Princeps habebat ante ade-
ptum Principatum, vel adepto Princi
patu acquiſiuit tamquam priuatus, vt
poſt alios dixit *Alexand. in l. ſi qs mihi
bona §. ſeruus, num. 4. ff. de acq. hæred.*
& in his pariter habet locum præſcri-
tio, vt dixit *Bald. ĩ l. 2. in principio,
C. de vſucap. Crauett. d. p. 4. nume. 33.
& 34. Couarru. in d. cap. poſſeſſor §.
2. in fine.*

34 Quintus † eſt caſus in rebus, quæ
propriè ſunt Principis, vt Principis,
ſicut ſunt Ciuitates, Caſtra, feuda, &
res

Digitized by Google

res de demanio, ſeu dominio Princi-
pis, ſecundum *And. ĩ c. 1. §. prateres*
ducatus, nu. 49. de prob. feud. alien. per
Feder. & in his pariter conceditur prę
ſcriptio, vt dixit idem *Andr. ĩ c. 1. §. ſi-*
militer, ĩ add. de Cap. Corrad. & ĩ cõſt.
quadragenalem, in gloſ. fin. & ĩ cap. 1.
§. ſi qs per triginta, ſi de feud. defunct.
milit. & poſt alios dixerunt *Boer. dec.*
264. num. 5. & Couarr. in d. c. poſſeſſor
§. 2. num. 9. verſ. quarta ſpecies, Me-
noch. d. conſ. 962. nume. 14. volum. 10.
35 Eſt tamen verum quòd † talis præſcri
ptio fieri debet cum qualitate feuda-
li, & ſic cum ſeruitio, vt tenet *gloſ. ĩ*
conſt. conſuetudinem, vbi latè *Affl.* qui
ponit plures quæſtiones in materia,
& in conſt. *quadragenalem.*

Ex prædictis aduertendum eſt, pri-
36 mo quòd † Regalia prædicta, ita ex
præſcriptione immemorabili quęſita,
non niſi cumulatiuè cõceſſa dicuntur,
in tãtum quòd Imperator, vel Rex in
eodẽ loco poterit ſpurios legitimare,
Magiſtratus creare, & alia huiuſmo-
di, vt colligitur ex motiuis *Reſponſ. 2.*
nu. 14. impreſſi poſt Menocch. opera poſ-
ſeſſoria, ex Angel. in l. hac autem, in fin.
ff. de ſeruit. vrbar. prædior. Abb. in cap.
cum licet, col. vlt. Qui fil. ſint legit. Ro-
ſantel. de feud. d. cap. 5. concluſ. 18. licèt
37 *Bald.* † *in cõſ. 439. vol. 3. aliàs conſ. 201.*
incip. caſus talis eſt, num. 2. vol. 2. con-
trarium tenuerit, quod verum intelli-
go ſi ſufficienti tempore ſolus exercuiſ
ſet, & alium vti volentem prohibuiſ-
ſet, ſecundum Doctores relatos.

38 Secundo aduertendũ eſt, quod † re-
galium præſcriptio ſtrictè eſt intelli-
genda, vt de vna ad aliam non fiat ex-
tenſio, *Balb. de praſcript. part. 2. princ.*
nu. 22. Iaſ. in l. Imperium, ff. de iuriſd.
* *omn. iud.* de cummuni* *Alex. conſ. 68.*
num. 18. lib. 2. cum alijs adductis per
Roſantel. d. concl. 18. lit. A.

39 Tertio aduertendum eſt, quòd † li-
cèt iura prædicta Regalia, vel aliqua
ex eis præſcribantur, attamen præſcri-
prio prædicta minime tãtum operari
poterit, quin remaneat ſemper ſalua
ſuperioris ſuprema authoritas, & po-
teſtas, vt poſt multos declarat *Amad.*
à Pont. in tit. Qui feud. dar. poſſ. nu. 41.
Cancer. poſt alios lib. 3. variar. reſolut.
cap. 3. ſub nu. 460. verſ. vnum tamen.

40 Sextus † eſt caſus in mero, & mixto
imperio, quia præſcribitur ſpatio tãti
temporis, cuius memoria hominum
non ſit in contrarium, ſecundum *Bar.*
Imol. & alios, in l. 1. §. denique, ff. de aq.
quotid. & æſtiu. Balb. de præſcript. p. 2.
5. part. princip. quaſt. 3. Curt. iun. conſ.
174. nu. 152. Bello. conſ. 46. num. 1. di-
* cens hanc eſſe communem *opinionẽ
Rol. conſ. 89. nu. 16. vol. 2. Dom. Borell.
ad Bellug. in Specul. rubr. 9. verſic. meri
imperij praſcribendi, vbi alios cumulat,
de quo etiam vide latiſſimè *Io. Gutier.*
pract. quaſt. ciuil. lib. 1. quaſt. 84. 85. 86
& 87. *Cancer. lib. 2. variar. reſol. cap. 2.*
num. 104. cum ſeqq. Menocch. caſ. 2. nu.
308. *vol. 1. Cabed. deciſ. Luſit. 41. &* 65.
p. 2. Auendag. cap. 19. num. 12. cum ſeq.
D. de Pont. deciſ. 2. nume. 9. & qualiter
probatur, *Iacob. Maur. alleg. 58. & 62.*

41 Septimus † eſt caſus in poteſtate
creãdi Magiſtratum, quæ, & ſi ad Re-
gem tãtùm competat, vt latiſſimè ſu-
pra explicauimus, attamen & illam
præſcriptione, & conſuetudine ac-
quiri, dixit *And. in tit. qua ſint regal. in*
verb. poteſtas, nu. mihi 64. & ibi Affl.
nu. 5. & eſt gl. in l. & quia, ff. de iuriſd.
omn. iud. Auendag. cap. 1. num. 19. verſ.
primum dubium, & per totum, & tex. in
l. cum prætor, ff. de iudit. in princ. quod
42 autem tempus † requiratur ad pręſcri-
bendum poteſtatem prædictam, vide
Curiam Piſan. lib. 1. cap. 13. Cabed. dec.
33. par. 2. AZeued. lib. 3. recopilat. tit. 5.
lib. 3. num. 6. & 9. to. 1. & faciunt Do-
ctores relati in ſuperiori ſexto caſu, &
per totum, maximè *Bellug. in rub. 22.*
ſub num. 17.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Rex vel Princeps officia vēdere nō prohibetur, cum id neque de iure diuino prohibitum reperiatur, & ſic officiales, & Magiſtratus gràtis creare neceſſariò non tenetur, & nu. 13. & 14. & de ratione, vide num. 7. & 8. cum ſeqq. ſed contra, num. 11. & 12. ſed prima opinio verior, limita, nu. 15. 20. 27. & 42. cū ſeqq. vſque ad finē.*

2 *Rex de iure natura dicitur dominus officiorū, ſed cōtra nu. 5. ſed prima opinio eſt verior, vide ibi.*

3 *Reſpublica ſeu populus Romanus transferēs omnem poteſtatem, & Imperiū in Principem, dominium etiam officiorum trāſtuliſſe videtur, & nu. 6. vbi etiam de ratione.*

4 *Dominium quod habet Rex ſeu Princeps eſt diuerſum ab illo, quod olim Reſpublica Romana habebat, & in Principem tranſtulit, & num. 6.*

7 *Officia numerantur inter bona, & in Patrimonio Regis.*

11 *Officia de iure communi, ac etiam iure Regni & particulari regulariter vendi prohibentur, & nu. 12.*

13 *Rex ſeu Princeps poteſt ius poſitiuum derogare.*

16 *Officia ex natura ſua ſunt vendibilia ſi aliquid non habent ſpirituali annexum, & nu. 17.*

18 *Officiorum iuriſdictio, exercitiū, et adminiſtratio à Principis poteſtate dependet.*

19 *L. Iulia de ambitu non habet locum in Principe.*

21 *Iuriſdictio publici iuris eſſe dicitur.*

22 *Officia quæ non habent iuriſdictionem, ſed nudum miniſterium vtique vēdi & locari poſſunt, & ſunt magis oneris & ſeruitutis, n. 24. & largo modo officia dicuntur, nu. 25.*

23 *Officium emptum conſtante matrimonio an ſit commune, remiſſiuè.*

26 *Statutum loquens de officialibus non cōprehendit officiales iuriſdictionem non habentibus.*

27 *Rex licet officia vendere poſſit, hoc tamen facere non licet neq; Reipublicæ expedit, vbi de ratione.*

28 *Roma, dum officia ſecundum merita diſtribuebantur, fuit domina Mundi, quando autem venalia effecta ſunt, fuit ſubiecta, & interijt.*

29 *Lex, ſeu conſtitutio, in qua Principatus venduntur, & Regna venalia ſunt, turpis & abſurda eſſe dicitur.*

30 *Imperatores, Nero, Anaſtaſius, & Martianus Magiſtratus eſſe venales minime decreuerunt, & n. 31. & 32.*

33 *Officia cum venduntur, quæ mala & incommoda ſequantur, & n. 34. & 35. cum pluribus ſeqq.*

35 *Officiorum venditio, vti valde periculoſa, debet à Republica exterminari.*

36 *Officialis ante adminiſtrationem officij iurare debet, ſe pro eo nihil ſoluiſſe, aut promiſiſſe, alias eſt puniēdus.*

37 *Officiorum venditio, eſt valde Reipublicæ damnoſa.*

38 *Officia venalia reprobantur, & ibique aliquorum egregia dicta, et notatu digna ad materiam referuntur, & nu. 39. 40. & 41.*

39 *Officialis emens officium non gaudet priuilegio officialium.*

40 *Officia dum à Principibus fuerunt vendita, aut aliquo reſpectu donata, experientia viſum eſt, aliquid mali non ſine plaga populi eueniſſe.*

41 *Quæ malo ſunt incohata principio, deteriorem dicuntur habere exitum, & numero 38.*

42 *Princeps ſi aliter ſuccurre ſibi non poſſet; poteſt, & debet officia vendere.*

43 *Officia ſtante conſuetudine illa vendendi, vtique vendi poſſunt.*

Conſuetudo vincit legem, ſub numero 43. in fine.

44 *Officia plurima hodie in Regno ſunt vēdibilia, & nume. 58. in fin. vbi ponitur*

Digitized by Google

tur tabula officiorum vendibilium.

45 *Principes ſuperiorem recognoſcentes officia vendere prohibentur, non obſtante quacumque conſuetudine, quia dominium illorum habere non dicũtur, lim. num.* 46.

47 *Prælati & Epiſcopi officia vendere non poſſunt, etiam quod in loco iuriſdictionem temporalem habeãt, vbi de rõne.*

48 *Prælati vendentes officia temporalia dicuntur committere ſimoniam.*

49 *Ambitus dicitur apud nos, quod apud Eccleſiaſticos ſimonia nuncupatur.*

50 *Officiorum conceſſiones à Prælatis facta, morte prælatorum exſpirant.*

51 *Officia dependentia, Decuriones ciuitatem, aut alij ſupremi officiales, qui illa habent; vendere prohibentur.*

52 *Officia maiora, quæ in Regno vendi conſueuerunt non poſſunt per Tribunal Regij Patrimonij penitus vendi, niſi certiorata ſua Catholica Maieſtate, ac ſeruatis ſollemnibus, de quibus ibi, & num.* 53.

53 *Officia vendi ſolita ſi vendantur, officiales, et qui Regi ſeruierunt præferri debent omnibus alijs, etiam pro minori pretio, vbi de ratione.*

54 *Reges non ſolum poſſunt officia vendere ſed poteſtatem etiã dare in alios trãſferendi, dummodo translatio exinde, ſuccedente caſu, fiat cum licentia ipſius Regis, aliàs actus eſt nullus, & numero* 55. *&* 56. *& ibi vide de intelligentia.*

55 *Officio à Rege alicui conceſſo, cum poteſtate transferendi in aliquem nominandum, ſi translatio fiat ſine Regis licentia, actus eſt nullus, & translatio inualida.*

56 *Verbum, transferẽdi poteſtas, in conceſſione officiorum, non ſe extendit ad poteſtatem vendendi.*

57 *Officium à Rege alicui perſona cõceſſum quando poſſit illa perſona alteri vendere ſine licentia Regis & cum bona conſcientia.*

58 *Officium emptum conſtante matrimonio an efficiatur commune, remiſſiue.*

ARGVMENTVM.

Officia an poſsint per Principem vendi.

CAPVT XX.

LATISSIME dictum eſt in præcedentibus Capitulis, quòd Principi tantum reſeruata eſt poteſtas creãdi Magiſtratum, ſeu officiales, nunc videndũ eſt,
1 †an eos gràtis creare & eligere debeat, vel pretio mediante, in quo articulo firmo veriſſimam cõcluſionem, quòd Rex, ſeu Princeps officia temporalia, ſiue ſecularia abſque ſimonia & prauitate aliqua vendere non prohibetur, cum id neque de iure diuino prohibitum reperiatur, vt dixit *Cyn. ĩ l. 1. C. ad l. Iul. de ambit. Bart. Bal. & cæteri in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. Archid. in cap. non debet, 23. diſt. Affl. in Rub. Quæ ſint regal. n. 39. Caſſan. ĩ Catalog. glor. mund. p. 1. conſid. 60. Caſtald. in tract. de Imperat. q. 110. caſ. 282. Matthienſ. relat. dialog. 4. cap. 10. nu. 4.* Et
2 de iure naturæ Dominus † eſt huiuſmodi officiorum, vt dixerunt *Diuus Thomas opuſc. 21. ad Duciſſam Barbãtia, dubit. 5. Sot. de iuſt. & iur. q. 6. art. 4. Gaiet. in ſumm. in verb. officiorum ſecularium venalitas, Nauar. in Manual. c. 25. nu. 7. Bann. de iuſt. & iure, tit. de acceptat. perſon. art. 11. lit. C. fol. mihi* 190. ſubdens id colligi ex *text. in l. 1. ff. de conſtitut. Princip.* vbi habetur,
3 quòd † Reſpublica tranſtulit omnem ſuam poteſtatem, & Imperiũ in Principem,

cipem, & conſequenter tranſtulit dominium iſtorum officiorum, quibus Reſpublica dominabatur, licet aliter Rex habeat quàm Reſpublica, ſiquidem
4 dem † illud Rex habet à Republica cum dependētia,& ſub certis legibus, ita videlicet, vt diſpenſet illa non pro ſua voluntate, ſed ſecundum vtilitatē ipſius Reipublicæ,at verò Reſpublica à principio habuit dominium à ſeipſa independens, & abſolutum, vt latè *Vaſq. controu. illuſtr. perſon. cap.* 43. *nu.* 1. *cum ſeqq.* eamdemque opinionē poſt prædictos tenuit *Azor. p.* 3. *inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 7. *Solon. lib.* 1. *de inſt. & iur. q.* 63. *art.* 2. *controuerſ.* 7. quidquid dixerit *Adrian. in* 4. *ſenten. in ma*
5 *teria de reſtit.* vbi† negat Reges habere officiorum dominium, ſed tantum eſſe adminiſtratores, ex quo Reſpublica tale dominium non tranſtulit, cuius tamen opinio eſt de directo cōtra *tex. in d. l.* 1. *ff. de conſtit. princ.* & tra-
* dita per *And.* & communiter * *omnes feudiſtas, ī c.* 1. *Quæ ſint regal. & Do-*
* *ctores omnes*, qui vno * ore fatentur
6 quòd * Populus Romanus hanc poteſtatem tranſtulit in Reges, licet non ita abſolutam, vt dictum eſt, & ob id non mirum, ſi opinionem prædictam pluribus rationibus,& authoritatibus confutarunt *Solon. ī loco relato controuer.* 8. *col.* 2. *Azor. & cæteri ſupra adductis.* Maximum enim ſequeretur abſurdum, ſi Rex, qui Rempublicam gubernat, dominium huiuſmodi officiorū temporalium non haberet, quæ adeo requirūtur ad iſtam gubernationem, ſed illud Reſpublica ſibi retinuiſſet, vt dixit *Bann. vbi ſupra*. Hinc ſequitur,
7 quòd, † cùm in bonis, & patrimonio Regū numerentur, vt dixerunt *Diuus Tho. Sotus, Gaetan. Bald. & cæteri, vbi ſupra*, fructuoſa minime dicerentur, ſi Rex, vel alius Princeps cuiquam gràtis conferre naturali iure compelleretur, vt dixit *Azor. in loco nuper citato*,
8 eo † maximè, quia vti bona temporalia poſſunt pretio æſtimari, nec eſt intrinſicè malum, aut contra naturā rei, vendere quod appretiabile eſt, vt di-
9 xit *Bann. vbi ſupra*, & ſicut † iuriſdictiones venduntur, quæ maioris ſunt conſiderationis, multò fortius iſta of-
10 ficia, † quæ minus æſtimantur, ſecundum eum, & tradit eleganter *Ferdinand. Rebell. de obligat. iuſt. lib.* 9. *quæſtio.* 18. *ſectio.* 2. *Zech. in ſumm. Theolog. capit.* 77.
11 Idem † pariter dicendum erit de iure communi, ſiue municipali, quia, licèt vendi prohibita ſint, *ad tex. in l. vnic. C. ad leg. Iul. de ambit. & text. in c. Sancimus* 1. *q.* 7. *& in Authent. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.* §. *hac antē, coll.* 2. *& ī Authent. de mandat. Princip.* §. *illud tamen, & l.* 2. *C. de muri leg. libro* 11. *Bal. & cæteri omnes ī d. l. Barbarius,*
12 *ff. de offic. Prætor.* & vbique † locorum ad ſint ſuper hoc ſtatuta expreſsè prohibentia huiuſmodi officiorum venditionem, prout in Hiſpanijs extare tradiderunt *Bann. vbi ſupra*. Et de Regno Neapolitano teſtātur *Carol. Tap. in conſtitut. Regn. primo tit. de official. & Dom. de Pont. ī tract. de poteſtat. Proreg. tit. de elect. in Rubr. num.* 11. & in Regno noſtro habemus *Pragmaticam primam, & ſecundā in tit. de ambit. lib.* 1. *& cap. Regn. ſub Alfonſ.* 357. *& ſub Ferdinādo* 100. *& ſub Carolo* 56. Prin
13 ceps† tamen, ſiue Rex, ſicut poteſt ius poſitiuum derogare, *ad tex. ī l. Princeps, ff. de legib.* Et in proprijs terminis dixerunt *Sotus, Gaetan. Azor. & cæ*
14 *teri relati*, ita † & conſequenter officia prædicta vendere non prohibetur.
15 Prędicta† tamē intellige primo, cōcurrētibus tribus requiſitis, videlicet, quòd vendantur perſonæ dignæ, pretium ſit moderatiſſimū, & fiat ex magna neceſſitate, cui non poſſit alia cōmodiori via ſubueniri, ita ex commu-
* ni * opinione omnium Theologorum di-

dixit *Aragon. de iuſt. & iur. quaeſt.63.*
16 *art.2.col.fin.* motus, quia † huiuſmodi
officia ex natura ſua ſunt vendibilia,
& prætio æſtimabilia, cùm ſint tem-
17 poralia, honorifica, & vtilia, nec † ha-
beant aliquid ſpirituale annexum, de
communi etiam dixit *Michael Solon ĩ*
d.cõtrouerſ.8. verſ. vnde eſt vltima opi.
cõm. Banu. vbi ſupra, verſ. ſecunda con-
cluſio certa mihi, Sylueſt. in ſũm. in ver.
dominiũ, q.4. & ver. reſtitutio jl 3.q.5.
p.4. & ver. dignitas, q.2. Medin. de reſt.
q.26. & 27. Leon. Leſ. ĩ ſimili tract. c. de
acception. perſon. concl.4. nu.28. fol. mi-
hi 376. qui ait, quod hanc opinionem
ex iuriſtis tenuit *Bald.* quem omnes
* * ſequuntur, *in d.l. Barbarius, ĩ 1. lect.*
col.2. verſ. veniamus nunc, ff. de offic.
Prætor. & in c.1. Quæ ſint regal. & ĩ c.
1. §. ad hæc, de pac. iurament. firmand.
Summ. Cordub. quaeſt.134. ver. reſpon-
deo quartus caſus, vbi allegat *Couarr.*
& alios, Nauarr. ĩ manual. cõfeſſ. c.25.
num.7. Doctor Mart. not.40. Tell. Fer-
nand. ĩ l.26. Taur. nume.10. vbi ſub-
18 dit rationem eſſe, quia † ab eius pote-
ſtate dependet omnis iuriſdictio, exer
citium, & adminiſtratio officiorum,
AZened. cõſ.8. n.6. Bonadill. lib.1. Polit.
c.14. ſub nu.17. Simãc. lib.6. de Republ.
cap.16. nu.1. cum ſeq. Vaſq. cõtrouer. il-
luſtr. perſon. lib.1. cap.42. et 43. nu.9. cũ
ſeq. Io. Gutter. quaeſt. ciuil.64. nu.5. cum
ſeq. lib.2. Anton. de Ball. lib.5. pragmat.
Regn. fol. mihi 230. ſubdens illud pro-
19 cedere, quia † in Rege non habet locũ
l. Iulia de Ambitu, ſecundum *Azor. in*
ſumm. eod. tit. Affl. in cap.1. nu.66. Quæ
ſint regal. D. Carol. Tap. ſuper d. conſtit.
Regni, tit. de officıal. in Regn. conſt. prag.
2. Gugl. de Benedict. in cap. Rainutius, in
verb. duas habẽs filias, nu.52. Lopez lib.
1. de contract. cap.6. per totum.
20 Secundo intelligo † concluſionem
prædictam procedere in officijs publi-
cis iuriſdictionẽ habentibus, & admi-
niſtrationem iuſtitiæ, *ad tex. expreſſũ*
in authent. vt iudic. ſin. quoq. ſuffrag. §.
hæc autem oĩa, Salicet. in l.1. C. ad l. Iul.
de ambit. Bar. & cæteri ĩ d.l. Barbarius,
ff. de offi. Prat. Boſſ. de ambitioſ. ĩ princ.
Dom. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg.
tit. de electiõ. official. in rubr. nu.8. cum
ſeqq. vbi valde exclamat aduerſus has
officiorum venditiones, & tranſcribit
verba *tex. in d. Authen. quæ quidem* no-
tabilia ſunt, idemque repetit *in dec.7.*
nu.38. & dec.16. nu.26. & ſeq. vbi ait,
* hãc eſſe * cõmunem ſcribẽtium opinio-
nem, *Vaſq. cõtrouerſ. illuſtr. perſon. cap.*
43. num.7. Sot. & Bann. in locis relatis,
Bonadill. lib.1. Politic. cap.14. nu.17. ea-
21 que eſt ratio, nam iuriſdictio † eſt iuris
publici, *ad tex. in l.1. §. publicũ ius, ff.*
22 *de inſt. & iur.* officium nãque † iuriſdi-
ctionem nõ habens, ſed tantũ nudum
miniſterium, vt sũt tabellionatus, ſcri-
ptoriç, ſeu actariæ, & ſimiles, apud nos
vendi, vel locari minimè prohibentur,
ad text. in l.1. §.1. & l. toties, §.1. ff. de
Pollicitat. l. hoc iure, ff. de donation. vbi
Bart. & Caſtrenſ. ſic diſtinguunt, Salicet.
in l.1. nu.3. C. ad l. Iul. de ambit. vbi al-
legat multa iura, *Caſtrenſ. ĩ l. omnimo-*
do, §. imputari, C. de inofficioſ. teſtam.
Rip. in l. in quartam, nu.163. ff. ad l. fal-
cid. Andr. in tit. Quæ ſint Regal. in verb.
poteſtas, & ibidem Affl. nu.7. & in cap.
1. de feud. guar. Gugl. de Bened. in repet.
cap. Rainutius, verſ. duas habens filias,
nu.58. Canalc. dec.25. nu.9. & ſeq. par.
2. & n.38. vbi ait quod huiuſmodi lo-
cationes ſunt perſonales, & non tran-
ſeunt ad hæredes, de quo ẽt vide *Vinc.*
Carroc. de locat. p.2. tit. de offic. aſſeſſor.
Dom. Carol. Tap. in l. fin. ff. de conſtitut.
Princip. par.2. cap.9. nu.76. Auend. cõſ.
9. num.2. & conſ.38. Matthienſ. dial.4.
relat. c.10. & 11. vbi latiſſimè id oſten-
23 dit, & ponit † quando officium fuerit
emptum conſtante matrimonio an ſit
commune, de quo vide infra *eod. cap.*
24 *in fine num.58.* potius enim † ſunt one-
ris, & ſeruitutis, quàm iuriſdictionis,

Oldrad.cõſ.75.And.in loco nuper citato,
25 vbi † officium largo modo per eũ nuncupatur, & extra magiſtratum, *Caſſa. Cathalog.glor.mund.p.1.conſiderat.60.*
26 intantũ † quòd ſub ſtatuto de officialibus iſti tales nõ comprehenduntur, vt dixi *in tractat. de Indult. cap.40.ſub nu.5.verſ.hinc eſt, poſt Io. Anto.Lanar. in conſ.43.& D. de Pont. in conſ.49. ibi relatos*, & in Regno eſt expreſsè cautũ *in cap.ſub Rege Alfonſo.357.*

27 Tertio intelligo † concluſionẽ prædictam, vt officiorum venditio licita ſit, eaque poſſit Rex vendere ex prædictis, non tamen id facere debeat, neq. Reipublicę expediat, *ita Innocen. Abb. Io. And.& cæteri, in cap.1.& 2. Ne prælat.vic. ſuas*, idq. ob multa mala, quæ inde ſequuntur, vt docent *Caetan. in verb. officiorum ſecularium venalitas, et latius Sot.de iuſt.& iur. lib.3. quæſt.6. art.4.in reſp.ad ſecundum, in 2. concluſ. Greg.Valent.in ſecundam.2. D.Thoma, quaſ.7.diſputat.5.princ.2.quaſ.5. in fi. verſ.tertio dico*, aſſerens id cõmuniter eſſe illicitum, & plurima Reipublicæ ĩcõmoda parere, & adducunt exemplũ
28 de antiqua Roma, † quæ vniuerſo dominabatur orbi, quando officia publica ſecundùm merita diſtribuebantur, poſtmodum autem ſubiecta eſt, & interijt, quando officia iſta venalia facta ſunt, vnde *Saluſt.o, vrbẽ venalẽ, & cito perituram, ſi emptorẽ inuenerit*, & in oration.ad Cęſarẽ, de Reipub. ordin. ait, *verũ hæc, & oĩa mala pariter, cũ honores pecunia deſinent, ſineque Magiſtratus, neq; alia vulgò capienda venalia erunt*, quod tũ antea dixerant *Plato ĩ lib.8. de Repub
l.& Ariſt.ĩ l.2.Polit.c.9.* vbi,
29 turpem, † & abſurdam eſſe aſſerunt conſtõnem, in qua Principatus vẽdũ-
85 ſingularem in d. §. illud, nã † Poteſtas debet etiã vltra tempus ſui officij exercere iuriſdictionem, quouſque veniat ſucceſſor in officio, ad tex. in d. l. meminiſſe. vbi Oroſ. num. 15. ff. de offic. Proconſul. & l. eum qui, ff. de iuriſd. om. iud. Canoniſt. in gloſ. in cap. & ſi Chriſtus, de iur. iurãd. Caldas cõſil. 8. num. 7. & ſeq. Baez. de decim. tut. præſt. cap. 18. num. 10. Campag. in cap. Regni ſtatuimus num. 6. & 7. Coſt. de portion. Rat. q. 13. num. 4. verſ. imo prætor, Io. Arn. problem. 20. Guid. Pap. q. 501. Greg. Lop. gl. 3. l. 3. titu. 18. par. 2. Auend. cap. 1. de exeq. mand. p. 1. cap. 3. nu. 3. Flor. Diez. variar. reſolut. quæſt. 8. num. 37. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 25. num. 7. cum ſeq. Carocc. de locat. nu. 70. fol. 22.
86 vbi ampliat † etiam poſt aduentũ ſucceſſoris, antequam ſciuerit eius aduẽtũ, l. ſi forte, ff. de offic. Præſ. Rom. ſing. 56. & 572. ſubdens ita iudicatũ, Auil. cap. 1. præt. gloſ. 1. num. 2. & cap. 5. gloſ. 1. num. 68. Matthieuſ. gloſ. 21. l. 1. nu. 14. tit. 10. lib. 5. Bonadil. in polit. libro
87 1. cap. 1. num. 23. vbi ait, quòd † ſi recederet ante aduẽtum ſucceſſoris, poſſet puniri, Auil. d. c. 5. præt. gloſ. 1. n. 6. & 7. attamen in Regno quando electio officialium adhuc non eſt expedita, vel quia nominatio adhuc nõ peruenerit, fit actus generalis ab Excellẽtiſs. Prorege, quòd officiales cõtinuẽt vſque ad aduenrum ſucceſſorum.
88 Decimotertio noto, quòd † officialis remotus ob ſuſpitionem non debet habere ſalarium niſi pro rata qua ſeruiuit, Bal. in l. mancipia, C. de ſeru. fugit. Abb. in c. cũ ſit, de Iude. Corſet. ſing. 311. Surd. conſ. 34. nu. 15. vol. 2.
89 Decimoquarto noto, quòd officialis amotus ab officio culpa vniuerſitatis, vel ciuiũ, ſi poſtea abſoluatur debet habere integrum ſalarium totius anni, etiam finiti, licet in eo non ſeruierit, ad tex. in l. ex cauſa deſertionis, ff. de re militar. l. cum allegatis, C. de re militar. lib. 12. Franc. Marc. dec. 676. num. 5. par. 2. Salic. in Auth. idem, in fine, C. de hæretic. & ita fuiſſe iudicatũ in Sacro Conſilio Neapolitano teſtatur Maſſull. in add. ad Capic. dec. 125.

ſub

*ſub num.*2.niſi non poſſit agere ad fructus quãri potuiſſet lucrari,cum illud lucrũ ſit ex induſtria, & labore, quod non eſt in cõſideratione fructus,vt dixit *Frecc.de ſubfeud. lib.2.auth.3.in fi.* & innuere videtur *Vincen. de Franch. dec.*216.*in fi.Capib.de auth.Baro.prag.* 5.*nume.*63.

90 Sed quid † ſi non exercuit officium per integrum annũ an ſuppleatur ſalarium pro anno ſequenti? quod non, *Bart.in l.ſi ita eſſem ſtipulatus, ff. de verb. obligat. Rot. Genua dec.* 27. *nu.*9. & dicam infra *in cap.* 23. ſed datur actio contra tertium impedientẽ,*Vinc. de Franc. deciſ.*419.*&* 451. *Cavalc.in ſuo repert.in ver.electio* 4. *num.*11. *Velaſc. conſid.* 155. *nu.*14.*p.*2.*Fontanell. de pact. nuptial. clau.*4.*gloſ.*10. *par.* 1. *num.* 105. vbi refert ita ſeruari ibi per

91 Senatum. Si tamen † fuerit amotus eius culpa, non debetur ſalarium, vt dixit *gl. in l.diẽ functo, in fine, ff.de offic.aſſeſſ.Bald.in l.adem,C.locat.in l.*1. *in fine,& l. Diuus,C.de ſuffrag.*refert, & ſequitur *Caroec.de locat.tit.de ſport.*

92 *ind.nu.*73.*fol.mihi* 22.& † propterea, ſi fuerit officium,ſtante ſuſpitione,alteri commendatũ, eo abſoluto nõ recuperat ſalariũ, *ad text.in l.*1. *C. de re*

93 *milit. lib.* 12. In emolumentis † enim officij qui non laborat nõ manducat, vt dixit *Bald.in Rub.C. de fruct. & lit. expen.*licet enim fuiſſet abſolutus, ſufficit quòd licitè fuerit ſuſpenſus, vt dixit *Vinc. de Ann. in c.* 1. *de vaſſall. decrep.ata.num.*223. *& ſeq.* ſubdens ita

94 fuiſſe iudicatum, vnde † hodie cõſueuit in ſuſpẽſionibus fieri decretũ vt ſuſpendatur etiam à ſalario, vt dixit *Dom. de Pont. dec.*25. &. fuit ſeruatum in ſuſpẽſione Magiſtri Portulani nouiter facta.

95 Decimoquinto noto, quòd † officialis ſupranumerarius nedum habere debet ſalariũ prout alij collegæ, ſed alia iura, quæ ſibi competũt ex ſentẽtijs, vel alijs iuribus, ita *Menoch. latiſſimè conſ.*1179. *vol.*12.*per totum*, vbi arguit cum his, quæ dicuntur de Canonico,licet non gaudeat penitus omnib. priuilegijs,vt dixi *in dec.*156.*in fi. & eſt tex.in l.fi.C.de appar.mag.milit. lib.*12.*vbi Iac. Cuiat. Vinc. de Franch. dec.*234.*n.*9. *Do.de Pont.de Proreg.tit. de regal.impoſ.*§.8.*nu.*53.

96 Decimo ſexto noto,quòd† ſi Princeps ante tẽpus amoueat officialẽ pp aliquam iuſtã cauſam citra ipſius culpam tenetur ei ad ſalariũ, vt dixit *Iaſ. in l.diem functo,nume.*7. *ff. de offic. aſſeſſ. & in* §. *tripli*, *nume.* 46. *inſtitut. de actionibus*.

97 Decimoſeptimo noto,quod † ſalarium debetur officiali ſecũdum valorem monetę tempore quo eligitur Magiſtratus, & ingreditur officiũ, vt dixit *Bald. conſil.* 137. *incip.ſuper eo,volum.* 1. *Brun.de Augm. monet.* 7. *particul. num.*4.*&* 5.

98 Decimo octauo noto,quò † ſalariũ nõ debetur officiali, niſi à die,quo cęperit adminiſtrare,vide *not.per Frecc. titu.quis dicat.Dux,num.*52. & dicam infra *lib.* 5.

99 Decimonono noto, quòd † ſalariũ debetur officiali, etiam infirmo, *Pariſ. de Put.in ver. ſalarium, Azeued. lib.*3. *tit.*5.*l.*6.*nu.*7. *Tap.in capit. Carol.*35. *nu.*9. *fol. mihi* 116. *Auiles cap. prator.* 1. *num.*19. vbi hoc intelligũt,ſi in Ciuitate permãſerit,in qua eſt iudex, ſecus ſi iuerit ad patriam abſq; licentia, vt dixi ſupra *notab.*7. *Flor. Diez. variar.reſolut.q.*8.*nu.*28.

100 Vigeſimo noto, quòd † ſalarium, ſi non ſit conuentum, nec de conſuetudine ſolui ſolitum, tunc non debetur, quia cenſetur officialis electus ſecundum conſuetudinem, nec dicitur deceptus, vt expreſſe tradidit *Pute. in dec.*43. *& facit gloſ.in l.*1. *in verb. Aduocatos, ff. de var. & extraord. cognit.*

101 vbi habetur,quòd † nulli alij niſi Aduoca-

uocato debitur ſalarium non conuentum, quã ibi DD. ſequuntur, *Rot. Genua. deciſ.* 115. poſt alios de communi teſtatur *Io. Bott. conſ.* 43. *num.* 1. *& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Flor. Diez. variar. reſolut. quaſt.* 8. *num.* 17. *& ſeq.*

102 Vigeſimo primo noto, quòd † ſalarium iudicum non præſcribitur triennio, vel alio tempore, prout de ſalarijs famulorum, vel ſeruitijs perſonalibus eſt prouiſum in Regno *per Cap. Regis Ferdinandi* 62. *ita Rebuff. in* 2. *tom. ad conſtit. Gall. titul. de ſalar. famul. glo.* 10. *Flor. Diez d. q.* 8. *num.* 44. *&* 60. *Aluar. Valaſc. deciſ. Luſit.* 125.

103 Vigeſimo ſecundo noto, quòd † ſalaria officialium ſunt priuilegiata, & æquiparantur doti, & fiſco, & habent tacitam hipotecã à iure inductam cũ priuilegio prælationis, ſicuti fiſcus, & dos, ad notat. per *Bart. in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. Bald. Angel. Soc. Rip. & alij ibidem de communi, Soc. iun. ibidem in fine,* & ſecundum eum iudicatum fuiſſe teſtatur *Rebuff. in tract. de priuileg. ſchol. priuileg.* 118. per totum.

104 Vigeſimo tertio noto quod † ſi officialis debeat expedire negotium infra decem dies, & expediat in vna, an poſſit habere ſalarium decẽ dierum, prout taxatio facta reperitur, vide *addict. ad Capic. dec.* 27. *& dec.* 125. *Villadiegh. in Polit. cap.* 3. *nu.* 91. *Aniles in cap.* 54. *Prator. verſ. ſalario, nu.* 3. & quid ſi accedãt cõtra duos ob diuerſas exequutiones an poſſint recipere duplicatum acceſſum, & receſſum, *idem c.* 43. *Prat. ver. no conſientan. num.* 1.

105 Vigeſimo quarto noto, quòd † officialibus, & delegatis deputatis ꝑ Regnum pro extirpatione locuſtarũ, vel pro capienda informatione delictorũ, ſalarium non debetur ab inquirendis, donec de delictis conſtiterit, ſed à partibus illos petentibus, vel à Regio fiſco, ſaluo iure expenſas repetendi terminato negotio, vt dixerunt *Aniles in cap.* 6. *Prator. verb. ſalario, Auendag. de exeq. mand. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 30. *& poſt eos Dom. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. titul. de diuerſ. prouiſ.* §. *de don. & expenſ. num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Sportula quaſi omnibus officialibus debentur in locum ſalarij ſubrogata, & num.* 12. *limit. num.* 15.

2 *Sportula in Regno ſucceſſerunt in locum trigeſima, qua antiquitus de facto exigebatur pro ſalarijs officialium.*

3 *Sportula non debentur officiali ſalariato, limita num.* 4.

5 *Sportula vbi nõ reperiuntur expreſsè taxata, conſuetudo locorũ eſt attendẽda.*

6 *Sportula ſi diuerſimodè exigantur, illa exactio erit facienda, quam facit Mag. Reg. Cur.*

7 *Sportula ſi ex cõſuetudine exiguntur ab officialibus vltra taxam pandectarũ, conſuetudo eos non excuſat à pæna.*

8 *Officiales ſalariati non poſſunt recipere ſportulas, nec ſcenia, lim. vt num.* 9. *&* 10. *ſed quid de iure Pandectarum, & conſtitutionum Pragmat. vide nu.* 11.

13 *Sportula an debeant taxari ſecundũ valorẽ rei petita, vel eſtimationẽ quantitatis, ſuper qua lis conteſtatur, aut quãtitatis ſentẽtia, aut alio modo, & quid in Regno ſeruatur, & num.* 14.

15 *Sportula non debentur Aſſeſſori, vel Relatori, niſi tantum ſalarium, vel honorarium, ſed illas debet ei praſtare Iudex ſeu officialis, cuius eſt Aſſeſſor, & num.* 16.

17 *Officialis, qui habet Aſſeſſorem debet eſſe literatus ac ſcire canones, & leges.*

18 *Sportula qua debẽtur officialibus, & iudicibus, per ipſos litigantes ſoluentur, niſi vna ex partibus eſſet pauper, tũc enim conſtito de paupertate ſit actus quod oĩa fiant gratis, & nu.* 19. *&* 20. *ſed qd in perſonis miſerabilibus, viduis, & pupillis ẽt diuitibus, vide n.* 22.

Nota-

21 *Notarius, conficiens inſtrumentum, vel contractum pauperis, nihil de iure ab eo recipere debet.*

23 *Pauper victor in caſu victoria non poteſt ab aduerſario ſuo expenſas petere & de ratione, vide nu. 24.*

24 *Priuilegium vnius ex litigantibus quãdo alteri prodeſt.*

25 *Sportulæ, ſtantibus Pandectis, debentur iudicibus, etiam ex prolatione ſententiarum, nec ante ſentẽtiam competere dicuntur, niſi in caſu de quo vide nu. 26. ſed quid de iure communi pro decreti interpoſitione, vide nu. 27.*

Sportulæ, quæ vulgò dicuntur ius candelarum, ſtantibus Pandectis competũt iudicibus pro viſione ſcripturarum, ſub num. 25.

28 *Sportulæ, quæ iudici non fuerunt ſolutæ ex gratioſa relaxatione vel priuilegio, an poſſint per victorem à parte victa repeti nõ obſtãte q͂d nihil ſoluit.*

29 *Princeps ſicut taxat ſalaria, & ſportulas iudicum, ita poteſt illa minuere, & augere, ſecundum temporis mutationem, ſed vide nume. 33. 36. 37. 38. & 39. ſed quid in Baronibus, nume. 37.*

30 *Sportula, & ſalaria officialibus debita, debent eſſe competentia, vt reſpondeant labori.*

31 *Princeps poteſt ſtatuere, quod de iuribus taxatis officialibus & iudicibus competentibus, ſoluatur certa quantitas Regio fiſco pro neceſſitatibus Curia, Ampl. vt nu. 32. lim. vt num. 33. 34. 37. 38. 39. & quid in Baronibus, vide d. num. 37.*

35 *Conſtit. Regni (cum iuſta) à Luc. de Pen. vocatur iniuſta, quia non continet bonum publicum, ſed ſolum Regis.*

36 *Princeps an poſſit officiali adiunctum dare, vel ſocium nominare.*

37 *Barones, habentes iuriſdictionem, habẽt in eorũ curijs redditus & emolumenta, quæ in cauſis percipiuntur, ipſique eligunt officiales, & taxant ſportulas, & ſalaria.*

39 *Rex an poſſit imponere datium aliquod gabellam, aut vectigal, ſeu aliquam nouam exactionem, & grauamen in locis exemptis & priuilegiatis.*

40 *Rex ſtatuendo vt aliquid ex ſportulis ſibi applicetur, dicitur nouam gabellã imponere, & nu. 41. & 46.*

Sportularum aliquid ius percipiendi, dicitur eſſe gabella, ſub n. 40. 41. & 46.

42 *Gabella impoſitio dicitur eſſe odioſa & contra diſpoſitionem iuris ciuilis, & canonici.*

43 *Effectus eſt conſiderãdus non autem eſt faciendo vis in nomine.*

44 *Nominis diſputatio relinquitur pertinacibus.*

45 *Vectigal iudiciarium primitus fuit inuentum, & introductum à Caio Caligula Imperatore.*

47 *Data ius ſoluendum dicitur eſſe gabella maximè ſi applicaretur fiſco, quo caſu tributum appellari placuit.*

48 *Authoris votum circa decretum, vt aliquid ex iuribus, ſeu ſportulis Regio fiſco ſolueretur.*

49 *Clauſula (pro quacumque cauſa, & neceſſitate, etiam vrgentiſſima) comprehendit omnes caſus, qui regulariter non comprehenderentur.*

50 *Princeps, ſeu Rex poteſt concedere generaliſſimam immunitatẽ. Ampl. n. 51.*

ARGVMENTVM.

De ſportulis Magiſtratus.

CAPVT XXII.

CONSVEVIT officialibus nedum cõſtitui ſalaria per Principẽ, vt dictũ eſt, ſed etiã in multis locis, prout eſt
1 in Regno, † quaſi omnibus officialibus debẽtur ſportulæ in locum ſalarij ſubrogatę, §. *tripli, inſtit.*

inſtit. de action. vbi Iaſ.latè Alciat. lib.
3. diſpu. cap.17. in princ. Marius Muta
ſuper cõſuet. Panorm.c.7.nu.2. Caualc.
de Brach.Reg.p.6.n.507.Io.Bapt.Coſt.
2 de port. Rat.q.86. In † Regno tamen
ſucceſſerunt in locum trigeſimæ, quæ
antiquitus de facto exigebatur pro ſa-
larijs officialium, vt in Conſtit. cũ iu-
ſta, & ſeq. licet inde tempore Alfonſi,
& Caroli, Regnum petijt, & obtinuit
à Rege Pandectas pro ſoluendis ſpor-
tulis, ſiue iuribus de proprio, earũque
ſolutio in omnibus Curijs fuit de an-
tiquo ſolita, & de iure cognita, vt toto
tit. de ſportul. & ſumpt. lit. D. §. tripli,
inſtit. de actionib. maximè ſtante con-
ſuetudine, vt dixit Specul. in tit. de ſa-
lar. §.1.nu.13. verſ. ſi vero ordinarius,
& pręſertim in Regno, in quo nullum
aliud percipitur ſalarium, ad not. per
Salyc. in l. iubemus, C. ad l. Iul. repetũd.
Corſett. in ſing. 197. add. ad Rom. ſing.
183. vbi allegat gl. in §. ne autem, inſti.
de iud. in gloſ.1. & gloſ. in Authen. offe-
ratur, in verb. ſportulis, & ibi Bar. C. de
lit. conteſtat. Vin. comm. opi. lib. 2. in
verb. ſportula, Carrocc. de locat. & cond.
q.7.num.40.fol.21.Bim. conſ.103. nu.
24. Menoc. de arbitrar. caſ.342.nu.40.
3 quæ de plano procedunt, † niſi adſint
conſtituta ſalaria, quo caſu de iure Ca
nonico reprobatas eſſe ſportulas, dixit
tex. in capit. cum ab omni, de vit. & ho-
neſt. cler. gloſ. ſing. in clem. ſtatutum,
de elect. Innoc. in cap. vnic. de plus petit.
4 quæ † opinio vera eſt vbi conſuetudo
non eſſet in contrarium, ſecũdum al-
5 legat. Doctor. Hinc eſt, quòd † vbi non
reperiuntur expreſsè taxatæ, cõſuetu-
do locorum conuicinorum attẽdẽda
6 erit, vel ſi† diuerſimodè exigãtur, exa-
ctio erit faciẽda prout exigit M. R. C.
vt prouiſum eſt in conſtit. Pragmat. in
tit. de emolumentis official. §.6. & dixe
runt Doctores Regnicola ſuper Rit. qui-
bus addo Capibl. de anth. Baro. Pragm.
19. num.33. Auend. de exeq. mãd. cap.
7 2. ſub num.12. vbi quod † ſi conſuetu-
do eſſet vltra taxam Pandectarum nõ
8 excuſaret officialem, & propterea † ha-
bentes ſalariũ de publico, vt ſunt plu-
res officiales perpetui in Regno, non
poſſunt accipere ſportulas, nec ẽt ſce-
nia, vt declarat gloſ. in verb. poculentũ,
in l. plebiſcito, ff. de offic. Præſid. & in l.
ſolent, §. vlt. ff. de off. Procõſ. & leg. Bar.
in Authẽ. vt iud. ſin. quoq. ſuffrag. §. ſcri
ptam, num.2. Abb. in c. plerię; num. 33.
de immun. eccleſiaſt. Io. Medin. de reſti.
q.25. Molin. de iuſt. & iur. lib.1. diſpu.
83. Auend. de exeq. mand. d.c. 2. nu. 5.
Coſt. de remed. ſubſid. remed.78.n.10.
& 11. Auiles c.9. Prætor. in princ. Gail
obſeru.151. nume.6. & ſeq. Auiles in c.
Prat.1. in verb. ni lleuara, & ca.7. niſi
9 † de conſuetudine id ſibi permittatur,
Quinimo ĩ Regijs literis, & prouiſio-
nibus illuſtrium Præſidum Regni eſt
10 expreſsè prohibitum, licet † eas perci-
pere valeant in cauſis ſibi delegatis, ad
tex. in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorẽ, de re-
ſcript. in 6. Anch. conſ.205. Caſtr. conſ.
79.nu.4. verſ. nec obſtat, vol.1. Io. Batt.
Coſt. de port. Rat. q.86.num.3. Carrocc.
de locat. & cond. nume.45. fol. mihi 21.
vbi ponit quãdo iudex ordinarius ef-
11 ficiatur delegatus, idque † pariter ex-
preſsè prohibitum eſt per actũ impreſ-
ſum in princ. Pandectarum Regni, &
in dictis conſtit. Pragmat. tit. de emo-
lum. §. 1. & 6. debentur † autẽ Spor-
12 tulæ nedum iudicibus ordinarijs, ſed
etiam omnibus his, quibus ex publi-
co ſalarium taxatum non reperiatur,
ad tex. in d.c. cum ab omni, arguendo à
contrario ſenſu, de vit. & honeſt. cler.
& in d. Authent. vt iud. ſin. quoq. ſuffra.
Item & arbitris iudicialiter electis ex
forma ſtatuti, vt dixit Bald. conſil.38.
incip. ſuper iſto puncto, vol.5. Iaſ. in d. §.
tripli, num.48. & 49. vbi ampliat etiã
in arbitratore, Auil. c.7. Prætor. ĩ princ.
num. 1. cum ſequen. Tuſc. concluſ.13. in
verb. ſalarium, & ſportula, & concl.14.

vbi

13 vbi† air, quantitatem ſportularũ taxã-
dam eſſe ſecũdum valorem rei petitæ,
& ita ſeruatur in Regno, licet attẽda-
tur iuxta extimationem quãtitatis, ſu
per qua lis eſt conteſtata, non aũt eã,
quæ eſt in ſententia, vel quæ in effectu
debetur, vt dixit *Bar. in l. cum quadam,*
§. fin. vbi Iaſ. nu. 5. ff. de iuriſd. om. iud.
idem Iaſ. in d. §. tripli, num. 45. Mateſil.
ſing. 142. & poſt alios tradiderunt *Ne-*
uiz. conſil. 15. num. 3. Natt. conſ. 154.
Rol. conſ. 87. vol. 2. Surd. conſ. 76. n. 10.
vol. 1. Coſt. de port. Rat. d. q. 86. num. 4.
14 vbi ſubdit, quòd † ſportulæ debentur
ad ratam rerum petitatum, & quòd ſi
petatur res ratione ſolius poſſeſſionis,
tunc habetur reſpectus valoris poſſeſ-
ſionis tantum, & non proprietatis, ad
tradita per *Oſaſc. Pedem. dec.* 4. quini-
mo iura prædicta diuidũtur inter om-
nes collegas, vt dixit *Coſt. vbi ſupra,*
15 *num.* 5. & limitat † in aſſeſſore, vel re-
latore, cui nõ debetur niſi honorariũ,
Caualc. dec. 28. *num.* 122. *p.* 2. intantũ
16 quòd † iudex non poterit pro aſſeſſo-
re tenẽdo, petere alias ſportulas, quia
debet de ſuo aſſeſſori ſportulas præſta
re, vt in ſpecie firmat *Specul. in titu. de*
aſſeſſor. §. ſalarium, verſ. ſed nunquid,
ſequitur Abb. in d. c. cum ab omni, num.
14. itemque tradit *Segur. in director.*
iud. cap. 14. *p.* 1. *nu.* 38. nõ enim, ait ip-
ſe rationi cõgruit, vt litigantiũ expẽſis
imperitia iudicis ſuppleat̃, dẽt † enim
17 ſcire canones, & leges, de quibus co-
ram eo verſatur, *ad tex. in c. ſtatutum,*
§. aſſeſſore, de elect. de communi teſta-
tur *Summ. Angel. in verb. iudex nume-*
ro 16. & ita aliàs fuit in Regno de ter-
minatum.
18 Hæ autem ſportulæ † per partes li-
tigantes in Regno ſubminiſtrant̃, ad
not. *per Rebuff. in conſtit. Regni, in tra-*
cta. de ſententijs exequutiuis, art. 5. gl.
4. num. 5. tom. 1. Caſſan. in conſuetud.
Burgund. tit. des dioctp. rub. 4. §. 7. gloſ.
12. num. 33. & inde reſtituuntur à vi-
cto victori ſi ad expenſas fuerit condẽ
natus, ſecundum *gloſ. in d. §. tripli, &*
poſt Fachin. lib. 1. controuer. c. 40. cum
19 *ſeq. dixit Coſt. d. q. 86. nu. 6.* niſi † vna
ex partibus eſſet perſona miſerabilis,
quę litium expenſas ferre non valeret,
nam tunc conſtito de paupertate, fit
actus, quòd omnia fiãt gràtis, *ad text.*
in §. ne autem, in Authent. de iud. gloſſ.
in d. §. tripli, in verb. gràtis Bald. in l. ſi
furioſi, C. de nupt. arg. illius tex. ĩ d. ver.
gràtis, & melius in l. generaliter, col. 1.
20 *C. de epiſ. & cler.* vbi ait, quòd † iudices
in cauſis miſerabiliũ perſonarũ de iu-
re non debẽt habere ſportulas, *d. §. ne*
autem Auil. d. c. 7. Prætor. n. 3. & eſt ca-
ſus expreſſus in *§. ſit tibi quoq; tertium*
ſtudiũ, in Authent. de mandat. Princip.
& ibi etiam gloſ. in verb. gràtis accedat
pro iſtis pauperibus, & ſingulariter vo-
luit *Rom. in l. ſi verò, §. de uiro, in fallẽ-*
tia pp paupertatem, ff. de ſol. matr. qui
21 vult, quòd † quando notarius conficit
inſtrumentum de aliquo actu, vel cõ-
tractu pauperis, ꝙ de iure nihil dẽt ab
eo recipere nomine ſalarij, motus per
tex. ĩ l. tã dementis, in fi. cũ gl. C. de epiſ.
audient. extẽdẽdo rationẽ in illo textu
expreſſam, vt ibi per eum, *Anto. à Sol.*
ſuper conſuetud. Sabaud. tit. de Guard. et
Cer. nu. 22. fol. mihi 350. *Carocc. de lo-*
cat. fol. 21. nume. 49. & ſeq. vbi idem
22 † tradit de miſerabilibus perſonis, vi-
duis, & pupillis, ẽt diuitibus, ſecundũ
Innoc. in c. ex parte, de verb. ſignificat.
quod tñ intellige quò ad declinatoriã
fori, ſecus autem quò ad expenſas li-
tium, vt dixit *Affl. in conſtit. Regni, lib.*
1. tit. 33. nu. 4. poſt Andr. ibi, Couarru.
pract. quæſt. cap. 6. Menoc. de arbit. iud.
caſu 66. n. 4. Carocc. vbi ſupra, n. 65. &
q. 8. n. 12. cum ſeq. quo loci plura ponit
23 in materia, licet † victor pauper in ca-
ſu victorię nõ poſſit ab aduerſario ſuo
expẽſas petere, *ad tex. expreſſum & ibi*
Bart. ĩ l. fi. ad fi. C. de fruct. & lit. expẽſ.
quẽ ibi plures ſequuti ſunt, idẽ *Bart.*

in l.ĩ ſacris,C. de prox.ſacr.ſcrin. & ibi etiam *Io.de Plat.in* §. *quoniam fol.*12. & dixit eruditiſſimus *Rugi.quaſ.pract. cap.*17.*Io de Amic.con.*91. *nu.*5. *Auiles cap.prat.gloſ.y qualmente,nu.*2.3.& 4. *Aſin.in prax.*§.32.*cap.*2.*limi.*28. cum
24 priuilegium † vnius in hoc caſu ad aliũ extendatur, vt latè proſequitur idem *Rugin.poſt alios d.cap.*17.

25 Item hæ ſportulæ,† exceptis iuribus cãdelarum,(vt vulgo dicimus in Regno) quę pro viſione ſcripturarum iudicibus competunt,debẽtur etiam ex prolatione ſententiarũ,in tantũ quòd ante ſententiam latã minime percipi poſſunt, nec competere dicũtur, vt ex forma Pandectarum diſponitur, etiã quòd per partes ſtetiſſet,quidquid dixerit *Coſt.in d.quaſt.*86.*nu.*10.*& ſeq.* vbi hoc caſu deberi præſupponit, niſi
26 tantũ cauſa, † quæ in calculo ferendæ ſententiæ ſtaret viſo proceſſu, & excitatis motiuis, inter partes fuerit concordata,nam tũc dimidium ius cõpetens eſſet acquiſitum ex diſpoſitione Pandectarum, vt dixit *Bart. in l.*1.§. *Diuus,el.*2.*ff.de var.& extraord.cogn. verſ.ſed quaro,Specul. in tit.de ſalarijs,* §.1.*num.*15.*Iaſ.in d.*§. *tripli,num.*58. *Cauagnol.in cõmẽt. ad decret.Montiſferrat.decret.*37.§.2.*num.*5. *Carocc.de locat. quaſt.*8.*num.*14.*fol.*32.*à tergo, Coſt.vbi ſupra,num.*13.*& q.*68.*nu.*2.
27 licet † ſecluſa Pãdectarum diſpoſitione,verum ſit quòd de iure iudex mercedem recipere non poteſt pro decreti interpoſitione,*ad text. in l.fin.C. de prad. curial. lib.*11. *Carocc. de locat. d. quaſt.*8.*num.*72.*fol.*22.

28 Sed quæro,† nõ ſolui ſportulas iudici,quia mihi gratis relaxauit,vel qa non teneor ex aliquo ſpeciali priuilegio,an poſſim eas in taxa expenſarum à parte victa repetere? queſtio eſt ſatis intricata, & in Regno diuerſimodè practicata,vide *Carocc. de locat.d.q.*8. *nu.*23.*cum ſeq. deciſ.Aragon.*14.*Boer. deciſ.*210.*Peruſ.deciſ.*111. qui omnes infinitos cumulant.

Ex prædictis ommictendũ non eſſe
29 arbitrarus ſum,quòd,† ſicut Princeps taxat ſalaria,& ſportulas iudicum, ita poteſt ex tractu tẽporis ea minuere, & augere, vt tradit *Lopez de contr. lib.* 1. *cap.*13.*nu.*2. *lib.*2.*cap.*6.*col.*2.*verſ.ſecunda cõcluſio,Laud.tit.de official.cõcl.* 51.*Mandell.conſ.*354.*nu.*8.*vol.*2. maximè ſtante temporum mutatione, & rerum varietate,vt dicebã *in c.praced. in princ.*in tantum quòd hoc caſu poſſent officiales petere hanc pandectarũ reformationem,vt dixit *Affl.in cõſtit. Baiulos,nu.*11.*Bim. conſ.*103.*lib.*2.ſa-
30 larium enim,† & ſportulæ cõpetentes eſſe debent,vt ſcribit *Luc.de Penn.in l. in ſacris,in fin.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.* 12.*Matthienſ.in dialog.relat. & aduoc. p.*3.*c.*32.*in fi.*qui dixit,quod ita competens eſſe debet,vt reſpõdeat labori, ſecundùm *gloſ.in l.argentarius,ff. de edend. Fel.in c.*1.*nu.*9.*de ſimon.Auend. de exeq. mand. nu.*13.*verſ. & è contra, Gomez in compen. vtriuſque ſignat.fol.* 318.*verſ.ſed iſtud de eſculento*, & con-
31 ſequenter poterit † Princeps ſtatuere, quòd de iuribus ibidẽ taxatis ſoluatur certa quãtitas Regio fiſco,pro neceſſitatibus Curiæ,vt arguendo à fortiori,dixerunt *Greg.Valent.q.*7.*de accept. perſon.punct.*2.§.5. *verſ.ſecundo dico, optimè Sot.de iuſt. & iur.lib.*3.*q.*6.*art.* 4.*ver. demum rempublicã,Alciat.lib.*3. *diſput.cap.*17.*in fi. Io.Franc. Capibl.de authorit.Baron.prag.*4.*nu.*14. *Arag.de iuſt.& iur.q.*63.*art.*2.*col.fi.verſ.ſecũda concluſio,& verſ.verum eſt, Bannes de iuſt.& iur.tit.de accept.perſon.q.*63. *art.*2.*verſ.pro deciſione veritatis, verſ.*
32 *vtrum verò,fol.mihi* 191. maximè † in officijs,non habentibus iuriſdictionẽ, ſeu adminiſtrationẽ iuſtitiæ, vt eſt officium tabellionatus, ſcriptoriæ, & ſimilium, quæ habent nudum miniſterium,vt dixi *in d. cap. pracedenti.*

Præ-

33 Prædicta † tamẽ intelligo procedere in officijs nouiter concedendis, vel creandis, ſecus in creatis, & cõceſſis, in quibus alteri eſt ius quęſitum, vt dixit *Sot. in loco relato*, ibi, (*ergo quandoperſonam quãlibet huic aut illi officio deputat, cum illa perſona nullum prorſus habeat acquiſitum ius, poteſt ei ſtipendium vel augeri, vel minui*, & ibi *profectò non video, dum officium prouidetur quidnã iniuria fit illa cõditione miniſtrum ſuũ recipere ſi vis tãtũ, ſiu vero ibi alius accipiat,*) idemq; tradiderũt *Greg. de Valent. verſ. ad tertiũ, Carol. Tap. in tract. de cõſtitut. Princip. p. 2. c. 9. nu. 94.* poſt multos, quos ipſe cumulat, ſiquidem ſalaria hæc, & ſportulæ debẽtur pro iure laboris, ſecundum *Affl. in cõſtit. Baiulos, nu. 11. & in conſt. cum iuſta, nu. 3. & 4. & ibidẽ Grãm. Luc. de Pen. ĩ l. annonas, C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Caualc. de brach. Reg. p. 6. n. 507. Io. Bapt. Coſt. d. q. 86. Mol. de iuſt. & iur. lib. 1. diſput. 83. ĩ medio, Rol. cõſ. 87. lib. 2. Natt. conſ. 154. Io. Ant. Lanar. conſ. 22. nu. 4.* & ob id Princeps minime poterit ĩ ipſis participare, *ad tex. in c. vnic. extr. vt eccl. benefic.* ibi, *te comperimus culpabilem in ea honeſtatẽ factis, quod nõ licuit ex pactione, vel conuẽtione quacũque cõcedere nudum officium, & tibi retinere prouẽtus*, vbi hoc notant *Doctores*, maximè *Abb. nu. 14. & 20.* cuius ratio adducitur per *tex. ĩ l. de pollicitationibus, ff. de pollicitat.* ibi, *tamẽ gratiam muneris, quod ſponte obtulit, minuere nõ dẽt*, & in ſpecie tradiderunt *Sot. vbi ſupra, ver. hinc fit, Leſi. ĩ ſimil. tract. tit. de accept. perſon. cõcl. 4. nu. 28. ĩ princ. Caldas Perter. num. 29. & ſeq.* vbi ait hanc eſſe communẽ *omnium reſolutionem, *Affl. in d. cõſtit. cũ iuſta, Capibl. d. prag. 4. nu. 14.* in tantum quòd † ſi taxa prę-
34 dicta excederet ius laboris, tunc diceretẽ iniuſta impoſitio, & ꝑpea ſubditis remittenda, vt dixit *Mich. Solon. q. 63. concl. 4. fol. mihi 351.* cum Princeps de ſuo ad hæc teneatur, nec ad illud ſoluendũ poſſint ſubditi aliquo modo cõpelli, ſecundum *Luc. de Pen. in d. l. annonas*, vbi ait, quòd hoc onus eſt Re-
35 gis ex iuſtitia commutatiua, & † ideo *Luc. ipſe in fine*, opponit de cõſtit. Regni, vbi ſtatuitur trigeſima contra ſubditos pro ſalario officialium, & ſubdit, quòd illa cõſtitutio eſt iniuſta, quia non cõtinet bonum publicũ, ſed ſolũ Regis, qui exoneratur ab eius debito, & grauat ſubditos, & ſequitur *Grãm. ibidem, & in cõſtit. cum cõſtitutio, num. 1. Bolognett. conſ. 1. ſub num. 8.* cum ſimil.

36 Hęc † tamẽ, vt dictum eſt, procederent in officijs alteri iam conceſſis, vel vẽditis, in quibus Princeps nedum ſalarium minuere, ſed ẽt nec adiunctũ, vel ſocium in officio nominare poteſt, cũ propter illud augmẽtum minueretur vtilitas, & valor eiuſdem officij, & ſic tolleretur, & diminueretur ſubſtãtia, & patrimonium ſubditi, vt notanter dixit *Bal. in cõſ. 327. nu. 3. vol. 1. in nouiſſ.* qui etiã loquitur, quãdo officiũ fuerit alteri venditũ, & facit *tex. ĩ Authent. de referand. ſacr. Palat. § maneãt igitur, Tell. Fernãd. ĩ l. 26. & 29. Taur. nu. 10. Gugl. de Benedict. in c. Raynut. verſ. duas vxores, n. 36. de teſtam. Bart. in l. in cõcedendo, C. de aq. pluu. arcend. Alber. de ſtatut. q. 139. incip. vidi talem qõnem, Menoch. conſ. 1105. lib. 12. Surd. conſ. 532. nu. 11.* ibi, *nõ licet domino poſt venditam cancellariã, ſeu ſcriptoriam nouas facere cõſtitutiones*, & allegat eũdem *Menoch. conſ. 34. nu. 13. a Petr. de poteſt. Princip. c. 24. num. 245. Affl. in c. 1. nu. 24. de nat. feud. Bertaz. conſ. crim. 267. lib. 2. Ann. ſing. 577.* & nouiſſimè poſt hæc ſcripta *Io. Iacob. Aluar. alleg. 18.* vbi additio in fi. ita refert fuiſſe iudicatum per R. Camerã ſummariæ, quinimo tenetẽ pro rata liberare ab annua pẽſione, ſi ea fortè deberetur *Coſt. de portion. rat. q. 194. nu. 1.*

37 Idem † dicendum erit in locis Baro-
nũ, vbi per Regem reperiatur conceſ-
ſa iuriſdictio, quia ad eos ſpectant in
eorum curijs emolumẽta, & redditus,
qui percipiuntur in cauſis tàm ciuili-
bus, quàm criminalibus, nec nõ & ele
ctio officialium, ipſique taxãt ſportu-
las, & ſalaria conſtituunt officialibus,
vt dixit *Anto. à Sol. in conſuetud. Pede-
mont. tit. de petitio. & ſuppl. gloſ. 13. nu.
2. & ſeq. idem Sot. in loco relato, verſic.
hĩc fit, quòd magnates, & domini, Natt.
conſ. 573. nume. 1. Rol. Cauagnol. in ob-
ſeruat. ad decret. 6. Montisferrat.* §. 7.
nu. 32. Capibl. de Baron. prag. 19. n. 32.
38 Idem, & vltimo dicendum eſt † in
locis exemptis, & immunibus ab om-
nibus impoſitionibus, prout eſt in Re
gno noſtro Siciliæ, ex *cap.* ſub Alfon-
ſo in ordine 358. quo expreſsè cautũ
39 habemus, quòd † Rex imponere non
poſſit datium aliquod, gabellam, ve-
ctigal, ſeu aliquam nouam exactionẽ,
vel grauamen, quocũque nomine cẽ-
ſeatur, etiam nomine Regio, pro qua-
cumque cauſa, & neceſſitate, etiã vr-
gentiſſima, in tantũ quòd Rex, qui,
vt diximus, poteſt ſportulas, & ſalaria
augere, & minuere ad ſui libitum, nõ
poterit in locis exemptis, ſibi aliquid
ex dictis ſportulis applicare, cùm eſſet
40 † vectigal, ſeu nouam impoſitionem
imponere in exemptos contra vnã ex
principalibus cõditionibus ad iuſti-
tiã impoſitionis gabellæ, ſeu vectiga-
* lis, ſecũdùm cõm. * opinionem oĩum
Theologorum de qua per *Leſ. de iuſt.
& iur. cap. 33. de tribut. et vectig. dubit.*
1. 2. 4. & 5. vbi etiam latè deſſerit de
41 perſonis Eccleſiaſticis, & quòd † iſta
ſit vectigalis, ſeu gabellę impoſitio, di
xerunt *Crauet. conſ. 231. in princ. Affl.
in d. conſtit. cum iuſta, verſ. quarto nota,
Maſuer. ad Pract. Papienſ. in forma re-
ſponſionis Rei, verſic. non tamen animo,
Natt. d. conſ. 154. & conſ. 577. nu. 1.* vbi
notat hoc iuditiariũ eſſe vectigal, *Ca-
uagnol. d. decret. 6.* §. *7. num. 17. & 19.*
42 qui ſubdit, quòd † hæc gabella eſt res
odioſa, & contra diſpoſitionem iuris
ciuilis, & pontificij, *ad tex. in l. fi. C. de
43 adsct. Diu. Adrian. toll.* & quòd non eſt
facienda vis in nomine, ſed in effectu,
44 quia nominis † diſputatio relinquitur
pertinacibus *Angel. in l. fin. in fin. C. de
ſportul. Oſaſc. Pedem. deciſ. 4. nu. 2. Rol.
conſ. 87. num. 1. & 7. cum ſeq. vol. 2. Pe-
regr. conſ. 101. num. 10. lib. 3. Ant. ſol. in
45 loco relato, num. 2.* ſubdens, quòd † hoc
vectigal iuditiatium primitus fuit in-
troductum, & inuentum à Caio Cal-
ligola Imperatore, *Mari. Anguſc. conſ.
114. nu. 5. Petr. de Gregor. Tholoſ. in Re-
publ. lib. 3. cap. 6. num. 4. & 40.* idemq.
ſentit Rubr. Pandectar. tabellionatus
46 Regni, vbi † Imperator Carolus expreſ
sè nominat iura prædicta, gabellam,
& faciunt not. per *Dect. in l. cum qua-
dam puella,* §. *quoties, ff. de iuriſd. omn.
iudic. & ibi præcipuè Cagnol. nu. 5. Dec.
num. 3. Purpurat. nu. 7.* vbi aiunt, quòd
47 ius † datæ eſt gabella, eo magis quãdo
pars taxata applicaretur fiſco, in quo
caſu tributum appellari, dixerũt *Sot.
& Gregor. de Valent. in locis citatis, Cu-
man. conſ. 162. Gemin. & Doctor. in cap.
pen. de procurat. in 6. Dec. in cap. poſt ceſ
ſionem, nu. 16. de probat. Bertach. de Ga-
bell. 8. par. membr. 2. num. 28. Rebuff. in
Rubr. de annon. & tribut. num. 4. lib. 10.
Bologn. conſ. 1. num. 109. Peregr. de iur.
fiſc. tit. 5. num. 2. vbi allegat tex. in l. 2.*
§. *ſi quis, ff. ne quid in loco publ. D. Tuſc.
in verb. vectigal. cõcl. 33. Leſi. de iuſt.
& iur. d. tit. de tribut. & vectig. in princ.*
& cum caſus accidiſſet in Regno tem-
pore Regiminis Marchionis Villenæ,
48 ego † vti vnus de Sacro Cõſilio ſecun-
dum prædicta votaui, prout & plures
alij Regij Cõſiliarij, paucis exceptis,
& fuit ita exequutum, eo maximè q a
Capitulũ Regni relatum ampliſſimũ
erat, & compræhendebat omnem no-
49 uam impoſitionẽ, per illa † verba (pro
qua-

quacumq. cauſa, & neceſſitate, etiam vrgentiſſima) quæ ſunt acta compræ-dere omnes caſus, q regulariter nō cō-prehēderētur, vt poſt alios dixit *Surd.*
50 *dec.*283.& Princeps † poreſt concede-re generaliſſimam immunitatē, vt ex multis defendit *Bolognett. in d. conſ.*1.
51 *nume.* 176. vbi † ampliat prædicta in cōceſſione facta ob ſeruitia accepta, & benemerita, prout ſunt capitula Regni, maximè iurata, ſecundū *Doctores in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Natt. conſ.*121.*num.*3. *& ſeq. & conſ.*347.*&* 368. *num.*6.*&* 7. *Decian. reſp.*18. *nu.* 368. *Menoch. conſil.*540.*lib.*5. *Burſat. conſ.*16. *Purpur. conſil.*580.*Lanc. Gall. con.* 44. *nume.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Officiales, & Magiſtratus an debeāt eſſe perpetui, vel annales, & nu.*34.*vbi ponitur concluſio problematica, ſed diſtingue, vt nu.*36.*in hoc autem Regno annales cōſtituuntur, de quo vide nu.* 15.*ampl. pluribus modis, à num.*50. *vſque ad nu.*74.*limita etiam diuerſimodè à num.*74.*vſque ad finem.*

2 *Officiorum, & dignitatum continuatio prohibita eſt, ampl. nu.*71.*limit. in dignitate ſacerdotali, qua perpetua eſſe debet, num.*3.

4 *Magiſtratus perpetuus qua mala, & incommoda afferat, & nu.*5.*&* 6. *cum plurib. ſeqq. & num.*15.*& quaſi per totū, vbi è conuerſo qua bona operetur ſi annalis conſtituatur.*

7 *Anni tempus ſufficere videtur omnibus rebus peragendis.*

8 *Tempus competēs de iure quod ſit, vario modo deffinitur.*

9 *Reipublicæ maximè dānoſum eſt, paucos homines regimini aptos educari, cum plures in dies mortales vno, & eodem tempore moriantur, & num.*10.

11 *Reipublica intereſt, ac valde vtile eſt plures habere ciues, vbi de ratione.*

13 *Pax & concordia inter ciues ſatis conſeruatur, cum aqualitas in honoribus tribuendis conſeruatur.*

14 *Socrates reprahenditur quia ſtatuerat Magiſtratus fore perpetuos.*

15 *Romani exactis Regibus conſtituerunt vt Magiſtratus annales eſſēt, & hodie multa Regna obſeruare videntur.*

16 *Officiales, et Magiſtratus quare debeant eſſe annales, & non perpetui, de quo etiam vide nu.*1.4.5.6.7.12.*&* 14. *& quaſi per totum.*

17 *Fabius Maximus pluries Cōſul Creatus quid egregiè dixerit.*

18 *Cincinnatus, & P. Scipio Africanus qd in ſimilibus Magiſtratibus affirmauerit.*

19 *M. Rutilius iterū Cenſor Creatus, Cēſuram adire nolens, quid populo Romano reſpondit.*

20 *Adrianus Imperator à Senatu rogatus, vt in filium dignitatem cōtinuaret, quid illi ſtatim replicauerit.*

21 *Cato Maior ſapius Magiſtratus appetētibus quid ſit loquutus.*

22 *Exempla, & varia dicta circa irrationabilem officiorum, & Magiſtratuum continuationem.*

23 *Lex nulla melior, quàm Magiſtratus nō eſſe perpetuos, ſed annales, vel ſaltim biennales, & nu.*24.

24 *Capitanei ideo ſic appellantur, quia per annum capiunt adminiſtrationem.*

25 *Officialium electio fit in Regno die* 1. *Septemb. licet ſi alio tēpore fiat non propterea redditur nulla.*

26 *Officialium ſeu Magiſtratuū noua creatio & mutatio, qua detrimenta Reipublica afferre videatur.*

57 *Ariſtoteles dicebat, melius eſſe ſemper eoſdē Magiſtratus adminiſtrare, vbi de ratione.*

28 *Officialis nouus & annalis deberet officium exercere ſub vmbra veteris Magiſtratus, vbi de ratione.*

29 *Tiberio Caſari diſplicebat officialiū mutatio ad inſtar leproſi, & vlceroſi, vbi*

vbi de ratione.

30 *Tiberius Cæſar vix, aut nunquam ſuos procuratores mutabat, vbi de ratione.*

31 *Antoninus Pius Imperator nulli Iudici bono viro ſucceſſorem dedit.*

32 *Princeps ſuos officiales frequenter mutare minime deberet. vbi de ratione.*

33 *Ludouicus II. Rex Galliæ omnia officia in eius Regno perpetua eſſe decreuit.*

35 *Officia, & Magiſtratus gradatim conferri debẽt, ita vt à minoribus ad maiora deueniatur, & ibi multa ad materiam referuntur exempla.*

37 *Officiales prius eſſe debent annales, & poſtea perpetui.*

38 *Officium demonſtrat, qualis quiſque ſit eſtimandus, & non ſolum Magiſtratus virum, ſed etiam vir magiſtratũ oſtendit, & num. 45.*

39 *Officia, ſeu dignitates maiores nemini ſunt concedẽda ſi prius minores non habeat, quia non licet quempiam ſupra modum illis nimium augere, & numero 42.*

40 *Officialis qui ſaltem minorem habuit dignitatem & officium, ſi idoneus fuerit, eſt præferendus ei, qui nullam habuit.*

41 *Princeps futurus tunc optimus erit, ſi prius benè ſubditus, & ſub imperio fuiſſe reperiatur.*

43 *Officiorum & dignitatũ maxima ſublimitas, horrendum præcipitiũ aliquãdo dicitur eſſe, nam ad illam ægrè cõſcenditur, anxiè ibi cõſiſtitur, ſed grauiter inde & repente diſcenditur.*

44 *Officia, ſeu Magiſtratus minores, aut viles, viri doctiſſimi & benemeriti ſuſcipere non dedignentur, nec recuſare præſumant, vbi de ratione, & nu. 45.*

46 *Officialis, cui ad beneplacitum Principis, & ſine temporis præfinitione fuit conceſſum officium, dicitur eſſe perpetuus, & nõ temporalis. Ampl. n. 47. lim. num. 48.*

49 *Officia ad beneplacitum conceſſa nõ expirant morte concedentis, ſi ſunt officia Regia, de quo ẽt vide remiſſiuè.*

51 *Officialis, creatus à Barone in ſua Baronia, non poteſt ſine cauſa durante tempore adminiſtrationis officium relinquere in præiudicium vniuerſitatis, etiam quod ipſe, & Baro conſentiant ſimul cum vniuerſitate, quia illud explere cogitur, aliàs grauiter eſt puniendus.*

52 *Vniuerſitas poteſt ex priuilegio vel conſuetudine creare officiales annales.*

53 *Officialium electio, facta per habiles, & inhabiles ad eligendum, an ſit nulla.*

54 *Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur, & num. 73.*

55 *Barones non poſſunt creare ſuos officiales vltra annum, nec minus anno, ſed per tempus ordinarium, & nu. 50.*

56 *Officialis impeditus officium exercere per integrum annum non poteſt ſupplere in anno ſequenti, ſed debet ſalarium reſtituere, ampl. nu. 57.*

58 *Doctor qui promiſit legere duobus annis, ſi aliqua cauſa impeditus non legerit, non poteſt exinde alijs duobus annis ſequentibus legere.*

59 *Officiales annuales non poſſunt propter delictum ab officio remoueri, nec ſindicari, niſi elapſo anno, & finito officio, & num. 65. & 75. limit. nu. 60.*

61 *Officialis elapſo anno non poteſt confirmari, ſed confirmatio impediri, num. 64. & 69. Ampl. nu. 62.*

63 *Tex. in l. quod maior, ff. ad municipal. limitatur.*

66 *Officiales temporales de iure Regni, debent vacare per bienniũ ad idem officium, & per annum ad aliud, ſed quid de iure communi num. 67. limit. nume. 68.*

70 *Princeps ſolus etiam cum maxima difficultate poteſt diſponere contra capitula Regni.*

72 *Officialium electio ſi fieri debet per annum, & facta fuerit per plures annos an remaneat pro vno tantum, & ibi diſtingue.*

Of-

75 *Officialis ſi confirmetur an requiratur eadem ſollemnitas qua fuit requiſita in electione.*

77 *Officialis noniter electus ſi non eſt adeptus poſſeſſionem officij nõ poteſt adminiſtrare, ſed ille qui eſt in officio cõtinuare, & expectare debet, ſi non habet tẽpus determinatum, nec ante tẽpus illum admittere valet, eiuſq; acta valebunt.*

Officialis cõtinuando in officio, quia nouus ſucceſſor adhuc non eſt adeptus poſſeſſionem, debet habere ſalarium pro illo tempore, ſub nu.77.

78 *Officialis qui iuriſdictionem non habet cum impropriè dicatur officialis, vtique poteſt eſſe perpetuus.*

79 *Officialis in officijs tenuibus & parui momenti poteſt eſſe perpetuus propter difficultatem tales inueniendi.*

80 *Officialis propter neceſſitatem poteſt duplex officium exercere & ad hoc etiã cogi poteſt.*

ARGVMENTVM.

Magiſtratus an debeant eſſe perpetui, vel temporales.

CAPVT XXIII.

QVÆSTIO hæc de iure communi nullam in ſe continet dubitationem,
1 ſiquidem † annales eſſe debere Magiſtratus, ſtatuit *tex. in l. neminẽ, C. de ſuſcept. lib.* 10. & propterea ait ibi (*ſi intra tempus ſibi ſtatutum officio functus eſt, non debet iterum ad idem munus aſtringi, nã, ſi bene egit, non eſt iuſtitia ipſum ad gerendum vlterius cogi, ſi autem malè, non eſt prudentia ipſum ad tale officium iteratò admittere, debet enim de officio per eum geſto iuſtam reddere rationem, vt ſic facilius cognito forte quod malè geſſit, ad ſatisfactionem damni illati recenter cogniti poſſit vrgeri*) idemque tradiderunt multa alia iura, vt ſunt *tex. in l.* 1. *C. vt om. iud. & in l. fin. C. de offic. præfect. Prat. ibi ad tempus, §. interim, in Authent. de defenſor. ciuit. l.* 1. *C. de Caſtr. & miniſt. lib.* 12. *& l.* 1. *C. de decan. eod. lib. l. vnic. C. de meſſor. eod. lib. l. lege pragmatica, C. de domeſt. eod. lib. l. æternam, C. de murileg. lib.* 11. *l. pen. C. de conſulib. lib.* 12. *l.* 2. *C. de fabricenſ. lib.* 11. *l.* 2. *C. de munerib. lib.* 12. *& vbique Luc. de Pen. Io. de Plat. & Rebuff. ad idem tex. in l. meminiſſe, & l. Proconſules, ff. de offi. Proconſul. l. ſi forte, ff. de offi. Præſid. l.* 2. *§. populo inde aucto, ff. de orig. iur. l. ſi adulterij, §. fi. & l. ſi maritus, in* 1. *reſp. ff. de adulter. l. nec Magiſtratus, ff. de iniurijs l. pars literarum, ff. de iud. l. pridie, ff. de ferijs, l. ad ſimilitudinem, C. de Palat. ſacr. larg. lib.* 12. honorũ enim
2 cõtinuatio † omnino prohibita eſt, *ad tex. in l. honor, §. gerendorum, ff. de munerib. & honorib. l. nemo de domeſticis, C. de aſſeſſorib. l.* 1. 2. *&* 3. *C. de honor. non continuand. lib.* 10. *gloſ. in l. ſponte,*
3 *ff. de munerib. & honorib.* vbi hoc † ſpeciale eſſe ait in dignitate ſacerdotali, *l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſ. cap. in iſtis, §. leges,* 4. *diſtinct.* admodum enim
4 vexarentur ſubditi † ex perpetuo Magiſtratuũ dominio, vt expreſsè notat *tex. in d. l. neminem,* ibique *Rebuff. poſt*
5 *nu.* 3. addit, quòd † faciet multum malè Magiſtratus, quãdo ſcit ſe perpetuò duraturũ, vel in longũ daretur emendatio, ſecũdùm *And. in cõſt. occupatis, Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de domeſt. lib.* 10.
6 ſubdens aliam rationẽ, quòd † ex perpetuitate nimia induceretur familiaritas cũ ſubditis, quæ multa parat inconuenientia, cuius ratio ceſſare potius videtur, nam ex diametro aſperè dominari videntur, *ad tex. in l.* 2. *§. deinde, ff. de orig. iur.* neque alia ratio adducta

ducta per *Capibl.in tract. de antho. Ba-*
ro. prag.5.n.3. viderur applicabilis ad
caſum, nimirum diſpoſitionem tem-
poris prędicti proceſſiſſe, ex quo † anni
tempus rebus omnibus agendis con-
ueniens videbatur, dum legislatores
8 appellationem competentis tempo-
ris de anno † interpretari ſolent, *ad*
text. in l.fortiſsimi, C. de erogat. mi-
lit. ann. libro 2. Bald. in l.vſura, cum
glo.ibi, C.de vſur. ſiquidem de iure va-
rie hoc diſpoſitum habemus, multi
enim anni circulũ ſtatuerunt, alij verò
biennium, *vt in d.l.neminem,* plerique
pariter per quinquennium, *ad tex. ĩ l.*
4.C.de defenſor.ciuit.cum ſimul. Andr.
in d.cõſtit.occupatis; Vera ramen ratio
eſt, quã ſupra adduximus, quæ *ex tex.*
in d.l.neminemem colligitur, eamq. ſe-
quuti ſunt communiter *Doctor.* ibi, &
propterea dixit *Dom.Tap.in d. conſtit.*
9 *occupatis,* quòd † damnoſum Reipubli-
cę eſſet, vt pauci regimini publico apti
10 educẽtur, nam † cũ homines ſint mor-
tales accidere poteſt, vt vno eodẽ tẽ-
pore plures moriantur, & ſic Reſpu-
blica optimis rectorib⁹ priuetur, inde
eſt ſecundum *Melchion.iun.lib.1.quaſ.*
11 *Polit.quaſt.26.* quòd † Reipublicæ in-
tereſt nõ paucos, verùm plurimos ci-
ues noſſe, quænam huius conditio ſit,
quibus rebus valeat, aut careat, quæ
ad hanc ipſam conſeruandam, ac lo-
cupletandam faciant, accidit enim,
quòd nulla re melius præſtantes, & q̃
optimi ciues euadũt, quàm ſi virtutis
præmia maxima, honores ſcilicet, Cu
rationes, Imperia, Magiſtratus omni-
bus pro ſuis meritis tribuantur, quod
12 † fieri nõ poſſe videtur, ſi Magiſtratus
perpetui, non annuales ſint, *ad text.in*
d.l.2.§.populo aucto, ff.de orig.iur.Cor-
ſett.de poteſt.Reg.par.1.ſub nu.6. & ne
detur via corruptioni, & ambitioni,
ad tex.ĩ d.l.1.C.de decan.lib.12. Aluar.
in Specul.Pontif.c.54.nu.8. nihilque
13 † magis concordiã & pacem inter ci-
ues conſeruat, ſeditionum, ac diſcor-
diarum ciuiliũ fimbras euellit, quàm
æqualiras, quæ in honoribus tribuen-
dis ſpectatur, ad not. *ĩ c.dilecta, de ex-*
ceſſibus prælat.& c.fi.de alien.mut.iud.
cau.fact. & oprimè conſiderat *Hoſt.ĩ*
c.fi.de iud. Hinc *Ariſtot.lib.2.polit.* ar-
14 guit † Socratem, qui ſtatuerat Magi-
ſtratus ponẽdos eſſe perpetuos dicẽs,
Socrates ſemper facit eoſdem Principes,
quod eſt ſeditionis cauſa apud nullam di
gnitatem poſſidentes, videntes enim ſe
nullã dignitatem obtinere, ſi contĩgat eos
eſſe viriles, & animoſos, ſeditiones mo-
nẽt, vt pater *in Catilina* quem ex cauſa
mulri ſunt imitati, iuxta illud de *Caſ-*
ſiod.7. variar.prudenter omnimodis in-
ſpexit antiquitas prouintiarum dignita-
tes annua ſucceſſione reparari, nec vt
diutina poteſtate vnus inſoleſceret, &
multorum profectus gaudia reperirent,
ad tex.in d.l.1.cum ibi notat, per gloſ.C.
de muner.& honor.lib.10. Vnde contra
Rempublicam eſſe, Magiſtrarum cõ-
tinuari ſecundum *Tit. Liui. lib.3.*
15 Et propterea Romani, † exactis Re
gibus, cõſtiruerũt vt Magiſtratus an-
nales eſſent, vt tradit *Marc.Ant. Surg.*
de Neapol. illuſtr.lib.1.c.5.nu.26. Imo
cum Cenſores quinquennio admini-
ſtrarent, ad annum poſtea eorũ admi-
niſtratio fuit redacta, vt tradit *Fene-*
ſtel.de magiſtr.Roman.ſub Rubr. de Se-
natorib. quod poſtca receptũ fuit per
Imperat. *in d.Authent. de defenſor.Ci-*
uit.& apud Hiſpanos ex l.4.tit.5.lib.3.
nou.recoll.vbi Azeu. & de Regno Gal-
liæ, ac de Regno Neapolitano refert
Pragmaticas, & Capitula, *Dom.Tap.*
in loco relato, nu.6. & de Regno Sicilię
habemus *c.Reg. Martini 7.& 44. Al-*
fonſ.c.29.409.& 417. Feder.c.17.itẽ
Pragmat.1.tit.28.de offic. magiſtr. no-
tar.tom.1.& cõſuetud.feliciſs. vrbis no
16 *ſtræ Panorm.68.* Ad quid † ergo tanta
in toto rerrarum orbe ſtatuta diſpoſi-
ta, vt Magiſtratus annales ſint, niſi vt
cęte-

cęteri benemeriti Regijs gratijs minime excludanrur; inde *Dioniſ. Halicarnaſſ. lib. 4. ſupereſt (inquit) vnũ ad retinendos in officio ſummos magiſtratus, vtiliſſimum vt perpetuum non ſit, & cũ vita demum finiẽdum imperiũ, pergrauis enim eſt omnib. magiſtratus, cui nullum certum tẽpus præfinitum eſt, eoq. rõnem repoſcitur à nemine, vnde Tirannus naſcitur, contrahẽda igitur poteſtas exẽplo Athenienſium vitæ tempus annuum, imperandi enim parẽdiq. viciſſitudo & poteſtas antequã corrumpat animum relinquẽda, reprimit ingenia faſtuoſa, nec ſinit inebriari licẽtia nimia, Et Cornel. Tacitus lib. 2. Annal.* ait *ſuperbire homines, etiam annua magiſtratus deſignatione, quid ſi honorem per quinquenniũ agitent, quid ſi per omnem vitam*, ſufficit enim vnicuique diſceſſiſſe laudatũ, quia dũ tẽpus poteſtatis prolixũ quæritur, culparum opprobria non mutãtur, & ob id diuturna imperia multos ad faſtum, ac tentãdas res nouas extollunt, mitiores verò efficiuntur, ſi aliquando priuatim poſt geſtum Magiſtratum vixerint, vt dixit *Simãc. lib. 8. de Republ. c. 36. ex Dione lib. 52. ad tex. in d. Authent. de defenſorib. ciuit. in fin.* idemque tradit *Titus Liuius lib. 4. ab vrbe condita*, ibi, *libertati populi Romani conſulendum, maximã autem eius cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non ſint, & temporis modus imponitur, quibus iuris imponi non poteſt*, additque *Ioſeph de bell. Iudaic. lib. 5. annuis vicibus Romani Magiſtratus mutantur, quod fit ne inſolens diu maneat, & moderatior cito ſuccedat, maximè cum ĩ eadem familia magiſtratus cõtinuarẽtur, ad tex. in l. 1. cum ibi notat. per glo. C. de muner. & honorib. lib. 10.* ne iure quodammodo ſucceſſionis, atque hæreditario illis potiri contingat, *c. ad decorẽ, extra de inſtit. cap. cõſuluit, de iur. patronat. cap. venerabilem, de elect.* vnde
17 † *Fabius Maximus*, vt refert *Plutar. in eius vita, & Valer. Maxim. lib. 4.* cum à ſe quinquies à parentibus, ac maioribus ſępe geſtus Cõſulatus, etiam filio mandaretur, deprecatus eſt, vt vacationem honoris huius familiæ Fabiæ concederent, ne maximum Imperium in vna familia continuaretur, idem
18 † Cincinnatus, & P. Scipio Africanus fecerunt, & M. Rutilius iterum Cen-
19 ſor † creatus, populum grauiſſima oratione corripuit, quòd eam poteſtatem ſibi bis contuliſſent, dicens non eſſe ex vſu Reipublicæ eoſdem Cenſores ſæpius fieri, & proinde Cenſuram adire noluit, vt refert *Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Plinius de viris illuſtribus c. 32.* & habemus exemplũ de Adriano Im-
20 peratore, qui † cum inuitus ad Imperium veniſſet & optimè imperaſſet, ob idq. Senatus eum obſecraſſet vt filiũ Cęſarem appellaſſet, ſufficere, inquit, dẽt vt ego inuitus regnauerim, quamuis immeritus, idemque de Ca-
21 tone † Maiore traditur ſecundum *Plutarcum* in eius vita, dũ eis, qui ſæpius magiſtratus gerere cuperent tãquam viarum ignaros, dixit, velle ſemper cũ lictoribus ambulare, ne errent; ciues quoq; reprehendit, quòd eoſdem ſæpius magiſtratus reficerẽt; fore enim, vt, aut Magiſtratum gerere non magni rem pretij putare crederentur, aut non multos eſſe dignos, quibus magiſtratus committeretur, & alia huiuſ-
22 modi † exempla adducere poſſem, de quibus per *Gugl. de Bened. in c. Raynver. cõditi 1. num. 34. de teſtam. Tiraq. de nobil. c. 20. Mattienſ. dialog. relat. 3. c. 5. Melch. inn. polit. quæſt. p. 1. q. 26. qua enim* (vt dixit *Tullius in Philipp. 1.*
23 *melior † lex, vtiliorque etiã Republica ſæpius flagitata, quàm ne Prætoriæ Prouincia pluſquã annum, neue pluſquã biẽnium cõſulares obtinerent*, quem refert, & ſequitur *Luc. de Pen. in d. l. neminẽ,*
24 *num. 10.* vbi ex hoc infert, quòd † Capitanei hodie vocantur, quia per annũ

capiunt adminiſtrationem,in tantum quòd per prædicta officiales annales eſſe debent, & ad ſummum per biennium,& fuit opinio Bar.Luc. de Penn. Rebuff.Ioa.de Plat.& cæterorum in d.l. neminem,& in iuribus,ſupra relatis,Io. And.in c. fundamenta,col.3. ver.perpetuũ,lib.6. idem poſt Hoſt.& Card.Abb. num.9. Butr.num.18.vbi latè,et cæteros in cap.ſi.de iud.Barbat.in cap.ſignificauerunt,num.39.eo.tit.Corſett.in d. tracta.de poteſta. Regis,p.1.nu.9.Boer.dec. 149.nume.4.Laudenſ.de offic. Princip. §.92.& 114.Alfonſ.Aluar.in Spec.Pontif.cap.54.nume.8.Dom.Carol.Tapp.in d.conſtit.occupatis,nume.6.Capic.deciſ. 121.num.5.Greg.Lop.in l.9.gloſ.5.p.2. tit.18.vbi in hac opinione reſidere videtur, Ann.ſing.369. qui ampliat etiã in actuarijs, & poſt alios,Surd.conſil. 261.nume.2. Caualca.deciſ.32. nume. 30.par.2.

25 Hæc tamẽ †electio fit in Regno die primo Septembris per cap.ſub Alfonſ. Rege,417.de quo anni principio multa diſſerit Dom.Tap.in d.cõſtit. occupatis,Capibl. de Baronib.prag.5. num.10. Vinc.de Franch. deciſ. 409. licet ſi alio tẽpore fiat,non reddatur nulla,ſecundum Bart. in l.ideo ff. de verb. obligat. Caualc. in ſuo repert. in verb. electio.

Negandum tamen minimè erit,qđ
26 †mutatio iſta Magiſtratuum aliquando vergit in publicũ ſubditorum detrimẽtum, ſolent enim officiales diſpergere bona,& res ſubditorum,vbi ſunt receſſuri ab officijs; Item noui officiales oportet quòd incipiant addiſcere mores, & tẽpus ſubditorum, qui iam sũt noti veteribus officialibus, ad tex. in cap.monaſterijs,19.quæſ.3.& vt plurimũ ſunt ſubditis oneroſi, & propterea præficiendi ſunt illi, quos conuerſatio notos redit,cap.in Lateranenſi,in ſi.extra de præbẽd.cap. bona,ad finem,in verb.alienum,extr.de poſtul.prælat. nã
27 vt ait† Ariſtot.2.polit.cap.1.ſatius eſſet haud dubiè ſi fieri poſſet vt ſemper iidem gererẽt Magiſtratus,& cap.6.vt in corpore victus ratio mutata parum prodeſt; ita quoq. Magiſtratuũ in Republica mutatio,nequaquam eidem commodat;quinimo, vt ait Socrat. in ſymma. Annui Magiſtratus alios inueniuntur,qui nõdum vſu edocti cõpertum aliquid habent; qui verò iiſdem rebus perpetuo præſunt,etiã ſi minus ingenio valeant, lõga tamẽ experientia cæteros antecellunt;idemq.repetit in Buſiride. idcirco gloſ. in c. hinc eſt,16.quæſt.1.inquit,quòd breue regi-
28 men nõ parcis populis,vnde † melius eſt, vt commiſſum officium ſub vmbra Magiſtratus veteris gubernetur, quã ſi alteri noua,incognitaq.perſona gubernandum,in diſcrimine committatur,ad tex. in l. prætor,§.fi.ff. de vacat.& excuſat. muner.ibi, tollerabilius eſt interdum iudicem,qui ſemel cognouit tantiſper expectare,quàm iudici nouo rem rurſus indicãdam committere, ad idem tex.in cap. 1.ibi,quã alteri nouo extr.de renunciat. ſequitur Luc.de Penn.in d.l. neminem, num. 11. quo loci refert exemplum de
29 Tiberio † Cæſare,cui diſplicebat officialiũ mutatio,ad inſtar leproſi,& vlceroſi, qui minus odit muſcas, iã plenas,& ſubſiſtẽtes,quàm futuras, vt potè nimis famelicas, vt dixit Addict. ad Rebuff.in d.l.neminem,in fi. Simanc. de Republ.lib.8.cap.36.Gregor. Tholoſ.lib. 4.cap.4.ex Ioſeph.lib.8.antiq.Rom.Nicepho.lib.1. Alex.ab Alex.lib.4. Genial.
30 cap.6.ſuoſque procuratores† Imperator idem vix, aut nunquam mutabat, in hoc enim ſe dicebat parcere plebi, nam procuratores ſcientes, ad modicum ſe habere poteſtatem, quidquid poſſunt rapiunt, quod magnum prudentiſſimi Imperatoris cõſilium omnes vnanimiter teſtantur,vt poſt Sueton. lib.2.de duodecim Cæſaribus refert Guglie. de Benedict.in cap.Raynutius,in verb.duas habens filias, nu.41. extr. de teſtam,Cenall.cõm.contr.cõmun.q.425. num.

*num.*23.& Iulius Capitolinus de An-
31 tonino † Pio,ſucceſſorem viuẽti bono
iudici nulli dedit, niſi Orphito p̃fecto
vrbi,ſed petẽti,vnde inter cõditiones,
32 & mores boni † Principis eſſe,ſuos of-
ficiales frequenter non mutare, vt di-
xit *Elinand.in cron. lib.*2.ſiquidem vl-
terius attrahuntur, & alliciuntur vete
res officiales,vidẽtes ſe in ſuo ſtatu cõ-
firmatos ad melius ſeruiendum, & fi-
delitatem ſeruandam Principi, cuius
beneficio potiuntur,& ipſum plus di-
ligendum , & ad duriora pro ipſo pa-
tiendum , & odia forte cõcepta depo-
nendum,& commutandum in ardorẽ
feruẽtis amoris,& dilectionis, vt pro-
priè dixit *Gugl. de Benedi. in loco nuper
relato*, vbi hoc varijs exemplis confir-
mat,*& ſub num.*43.ſubdit, quòd ſi ali
ter fieret, aliud non eſſet, quàm com-
mouere omnes officio deſtitutos ad
odium, & inimicitias cõtra Principẽ,
& Rempublicam,& quòd ex hoc †per
33 Ludouicum II. emanata fuit cõſtitu-
tio, per quam officia omnia in Regno
illo Galliæ perpetua effecta fuère, de
qua per *Aufrer.in tit.de exceſſ.official.
cap.*9.§.*preterea.*

Quidquid tamẽ ſit de prædictis ve-
riſſima eſt cõcluſio apud omnes com-
34* muniter * recepta,quòd† Magiſtratus
non ſint perpetui,ſed annales,nam,&
ſi hinc inde rationes vrgentiſſimæ ad-
ducantur,minora tamen ſunt,quæ ex
mutatione officialium reſultãt, quàm
ea,quæ ex perpetuis Magiſtratib.pro-
cedunt, vt dixit *Bonadil.lib.*1.*polit.cap.*
17.*nu.*17.*& ſeq.* concludi tamen po-
terit,vt adſint in Republica officia an-
nalia, per quæ probentur homines an
ſint apti maiorib⁹ Magiſtratibus, ſint
& alia in quibus perpetuò maneãt pro
bati inferiores Magiſtratus viri,quam
conciliationem doctiſſimos viros ap-
probaſſe ait *Meloh. inn. quaſt. Politic.
par.*1.*quaſt.*26.*in fi. Simanc. de Repub.
lib.*8.*cap.*35.*& cap.*36.*in princ. optimè
Dom.Carol.Tap.in d. conſtit.occupatis*,
35 officia † enim , & Magiſtratus grada-
tim ,& non per ſaltum cõferendos eſſe
ait *tex.in l.vt gradatim,ff.de muner.&
honorib.*& ſic,vt à minore dignitate,&
munere ad ſummas, & maiora aſcen-
dant,*ad text. in l. honor*,§.*gerendorum
ff.de muneri b.& honorib.* vnde Marius
primò Tribunatum , poſt Præturam ,
deinde Conſulatum obtinuit, ſic Cę-
ſari Sęuero,Tiberio,Marco Ciceroni,
& alijs,qui Magiſtratus geſſerunt,pri-
mò Quæſtura, Ædilitas, & Prætura ,
deĩde Cõſulatus obuenit,vt refert *Plu
36 tarcus in Flamin.* Ideo† expedit,vt ſu-
periores Magiſtratus Regijq. Conſi-
liarij, & Senatores perpetui ſint , offi-
ciales verò annales, qui ſoli iudicant ,
& ſine collega , & qui de cauſis in pri-
mo iudicio, vel in prima inſtantia co-
gnoſcunt , tamquã nouitij pro perpe-
37 tuis deſeruient, eo quod † ſi idonei re-
periantur , ad perpetua admitti pote-
38 runt, ex Magiſtratu † enim,qualis q ſ-
que ſit,ſtatim iudicari ſolet,*ad text.in
l.ad ſplendidioris, C.de diuerſ. offic.lib.*
12.*& in l.Primicerius,C. de offic. Pra-
39 fect.vrb.* vbi Imperator † maiorẽ ho-
norem, & dignitatem negat eſſe dãdã
ei,qui minorẽ antea nõ habuerit,& fa
cit *tex.in l.neminem,C.de conſulib.libro*
12.*l.vlt.iunct.gloſ.C.de decurionib.lib.*
10.*l.honores ff.de decur.& l.ad ſubeun-
da,vbi Luc.de Penn.C.de decur.lib.*10.
Alber.& cateri in d.l.vt gradatim, vbi,
40 † qui minorem habuerit præferẽdum
eſſe dicunt nullam habenti,ſi idoneus
fuerit,*Marc.Ant.Surg.de Neapol.Illuſ.
cap.*17.*nu.*14. Hinc *Ariſtot.lib.*7.*polit.
41 cap.* 14.*futurum † Principẽ benè ſubdi-
tum , & ſub Imperio fuiſſe prius annuit
oportere*, & *in lib.*5.*polit.cap.*8.ipſe idẽ
42 ait,*in omni Republica † commune eſt,ne-
que augere nimium quamquam ſupra-
modum,ſed magis conari paruos & longi
temporis honores prabere,quàm cõfeſtim
43 magnos*;nam vt ait,*Seneс.lubrici † ſunt*

humanorum gradus aſcenſuum, tremolus
vertex, horrendum pracipitium, agrè cō-
ſcenditur ad eminentem ſtatum, anxiè
ibi conſiſtitur, grauiter inde, & repente
deſcenditur, nam & ſapius ventis agita-
tur ingens pinus, excelſa grauiore caſu
decidunt turres, quanto ſecurior aurea
fuerit mediocritas, Menoc. de arbit. caſ.
564. per totum, & Melch. iun. quaſt. po-
lit. p. 1. quaſt. 10. vbi eruditiſſimè mul-
ta hinc inde deducunt, ad quos recur-
rendum erit per curioſos, corrumpun-
tur enim, neq; cuiuſuis eſt hominis ꝓ-
ſperitatē ferre, vt latiſſimè tradit Mat-
thienſ. dialog. 3. relat. cap. 68. ſicuti ne-
44 que dedignari † debeant viri doctiſſi-
mi ſi minores Magiſtratus adire cogā-
tur, nam Cato, nullā delati officij par-
tem recuſandam eſſe cenſuit, modo
authoritati & gratię parandæ prodeſ-
ſet, inde Epaminundas Thebanus, cum
cōtemptu quodam, ac inuidia Telear
cum eum ciuem elegiſſent (cuius of-
ficiū erat curare, vt ſordes ex angipor-
tis eijcerentur, rectè deriuarētur aquę,
plateæ eſſent mundæ, ſternerētur vię)
munus hoc in ſeſe recepit, addita ſacti
45 ſui ratione, quod † non ſolum Magi-
ſtratus virum, ſed etiam vir Magiſtra-
tum oſtendit, vt dixit Plutarc. in pra-
cept. geren. Reipub. nihilque abiectum
iudicandum quod in Republ. geritur
niſi malis forte moribus vitiatum fue
rit, Simanc. lib. 2. de Repub. c. 8. ex Caſ-
ſiodoro lib. 6. Variar. & Plutar. in polit.
ibi, Ciuile non eſt honores publicè & de
more decretos repudiare, & vocantis mu
nera patria detractare, quandoquidem
ciuis boni eſſe videtur quodcumq. patria
munus ritè delatum admittere, & id pro
virili parte curare etiam ſi humilius vi-
deatur, quàm eius exiſtimationi, cui de-
mandatur, conueniat.

46 Dicuntur autem perpetui, † & in
dubio ita intelliguntur quando Prin-
ceps ſimpliciter officium ſine tempo-
ris pręfinitione conceſſerit, ſiue ad be-
neplacitum concedentis, ad text. in l.
iuriſperitos, & ibi Bald. & alij, ff. de ex-
cuſat. tutor. l. ſufficit, ff. de condit. indeb.
Io. de Plat. in d. l. neminem, Corſett. de po
teſt. Reg. p. 1. nume. 9. Guid. Pap. deciſ.
195. Ceuall. comm. contra commu. quaſt.
425. num. 16. Greg. Lop. gloſ. 5. l. 6. tit.
4. p. 3. Coſt. conſil. 65. num. 5. Surd. dec.
265. num. 54. Surg. de Neap. illuſtr. cap.
17. nu. 13. Ann. conſ. 14. & conſ. 56. nu.
22. Dom. de Pont. in tract. de poteſt. Pro-
reg. tit. de elect. offi. in princ. num. 4. vbi
ait hunc eſſe communem ſtilum priui
legiorum, Dom. Tapp. in conſtitut. ele-
ctionem, num. 2. fo. mihi 106. Capic. dec.
136. Aluar. in d. Specul. Pontif. cap. 54.
47 num. 9. etiam † ſi adſit clauſula (quā-
diu nobis placuerit,) vt dixit Boer. dec.
148. Papon. lib. 4. tit. 11. Arreſt. 2. & 3.
dec. Tholoſ. nouiſs. 23. lib. 2. qui id limi-
48 tat † in iudicibus electis à dominis in-
ferioribus, hi enim (ait ipſe) à dominis
ſuis officia pręcario habere exiſtiman-
tur, præſertim ſtante dicta clauſula,
quod tamen hodie prohibitum eſt, vt
aliàs dixi.

49 Sed an † officia ad beneplacitum
conceſſa expirent morte concedentis?
vide Cabed. dec. 20. num. 4. p. 2. Molin.
lib. 1. de primog. Hiſpanor. cap. 25. num.
5. Fab. Ann. d. conſil. 14. Gutier. pract.
quaſt. lib. 3. quaſt. 11. Barboſ. poſt alios
in l. quia tale, num. 86. ff. ſolut. matrim.
vbi latiſſimè quòd officia Regia non
expirant.

Hanc igitur concluſionem prin-
cipalem, vt Magiſtratus annales ſint
50 Amplia † primo in Baronibus, qui
officiales non poſſunt conſtituere vl-
tra annum, nec minus anno, vel ad
ipſorum beneplacitum, ſtante diſpo-
ſitione Capit. prædictorum Regni, &
dixit Vinc. de Frāch. deciſ. 409. in princ.
ſequitur Dom. de Pōt. in tract. de poteſt.
Proreg. tit. de elect. official. num. 2. Boer.
deciſ. 149. Franc. Marc. deciſ. 19. par. 2.
Capibl. pragm. 3. num. 139. & pragm. 5.
vbi

51 *vbi etiam Dom. Rouit. nu.* 5. & licet † cõ-
ſẽtiant Baro, & officialis, vt diſcedat,
vniuerſitate tamen reluctante, recede-
re non poterit, nam publicum munus
ſuſcepit, quod pet annum explere co-
gitur, ſecundũ *Dom. de Franch. d. dec.*
409. *Dom. Tap. in conſtit. volumus, nu.*
1. *fol. mihi* 107. vbi ait, quòd licet caſus
poſitus per *Dom. de Franch.* non fue-
rit deciſus, attamen opinio apud illos
ſenatores eſt receptiſſima, & ampliat
etiam vniuerſitate conſentiente, in tã-
tum quod, ſi officialis officium dereli-
querit, eſt grauiter puniẽdus, *Pariſ. de
Put. de ſindicat. in ver. licẽtia, Carouit.
Rit. 7. & Viui. deciſ.* 356.

52 Amplia ſecundo † in vniuerſitate pro
creatione officialiũ, quæ forte ſibi cõ-
peteret ex priuilegio, ſeu cõſuetudine,
vt neque ipſa poſſit vltra annum con-
ſtituere ſuos officiales, *ad text. in* §. 1.
*coll. 3. in Authent. de defenſ. ciuit. Abb.
in cap. fin. de iudit.* maximè ſi Principi
ſubeſt, vt dixit *Cabed. deciſ. 84. num. 6.*
53 *p. 2.* Sed quid † ſi electio facta per vni-
uerſitatẽ reperiatur facta per habiles,
& inhabiles, an in totum vitietur? di-
ſtingue, quòd aut ſtatutum ponit pro
forma, quòd habiles tantum interue-
niant, nõ autẽ inhabiles, & tunc actus
in totum vitiatur, quia forma data fa-
54 cit illum indiuiduũ, & † in indiuiduis
vtile pet inutile vitiatur, *ad tex. in cap.
Meſſana, & c. quia propter, de elect. vbi
Cardin. & Imol. Alciat. in l. 1. §. ſi mihi
Pamphilum, num. 4. cum ſeq. ff. de verb.
obligat.* ſecus autem ceſſante forma, vt
dixit *Cabed. d. dec. 84. nu. 15. par. 2.*

55 Amplia † tertio, vt vniuerſitas non
teneatut tecipere officialẽ electum vl-
tra annum, vt dixit *Capibl. de Baronib.
d. pragm. 3. num.* 139. debent enim Ba-
rones ſuos cõſtituere officiales per tẽ-
pus ordinarium.

56 Amplia quatto † qđ ſi officialis im-
peditus ſit officium exercere per inte-
grum annum, non ſuppletut de anno
ſequenti, ſecundum *Bart. in l. ſi ita eſ-
ſem ſtipulatus, vbi Iaſ. nume. 15. ff. de
verbor. obligat. & in l. ſi vero, §. item cũ
quidam, ff. locat. Abb. in cap. fin. num. 8.
de iudit. Rot. Genua deciſ. 27. nu. 9. Vinc.
de Franch. deciſ. 419. part. 2. Canoniſt.
in cap. ſi. de iudit. vbi Abb. Capibl. de Ba-
ron. pragm. 5. num. 50. Cabed. d. dec. 84.
num. 5. part. 2. Canale. deciſ. 25. num. 2.
part. 2. Fontanell. de pact. nupt. clau. 4.
gloſ. 10. part. 1. num. 102. & ſeq. Aluar.
Velaſc. dec. 155. Dom. Scip. Rouit. in tit.
de offic. iud. pragm. 5. num. 3.* vbi remiſ-
57 ſiuè, ſubdẽs quòd † ſi adminiſtrare im-
peditur, tenetur teſtituere ſalarium
receptũ, etiam quòd ipſe paratum ſe
offerat exercere, ad tradita per *Angel.
in l. ſi militem, C. de condit. ob cauſ. &
ibidem Corn. in fin. Marius Mut. ſuper
c. Alfonſ. 29. num. 4.* inferens † ad Do-
58 ctorẽ, qui promiſit legere duobus an-
nis, quia ſi aliqua cauſa impeditus, nõ
legerit, nõ poterit poſtea alijs duobus
annis legere, ſicut nõ poteſt petere ſa-
larium integrum, vt dixi ſupra, *in 14.
notab. cap. 21. Paul. Montan. de adminiſ.
vniuerſ. pragm. 2. num. 367. & ſeq.*

59 Amplia quinto, † vt talis officialis
non poterit pro delicto remoueri, niſi
poſt lapſum anni, *ad tex. in l. Magiſtra
tus, ff. de iniurijs, Bar. in l. ſi finita, §. cũ
furioſi, ff. de tutel. & ration. diſtrah.
quos refert, & ſequitur Affl. in conſtit.
ſtatuimus, num. 45. in princ. & num. 48.
Baiard. ad Clar. quaſt. 73. num. 46. &
idem Clar. q. 16. num. 5. Carouit. ſuper
rit. 49. & 295. Pariſ. de Put. de ſindicat.
ver. accuſatus, nu. 1. Rouit. ſuper Prag.
5. de Baron. nu. 1. Cumi. de ſindicat. cap.
17. num. 10. Anton. de Ball. de ſindican.
official. quaſ. 3. num. 8.* & in Regno di-
ſpoſitũ eſt *ex Capit. Regis Alfonſi* 364.
60 *& ſeq.* niſi † eſſemus in grauibus deli-
ctis de quibus dixi *in deciſ. 188. nu. 14.
par. 2. Capibl. de Baron. pragm. 5. nu. 37.
Bouadill. lib. 1. polit. cap. 16. per totũ, Fõ-
tanel. de pact. d. clau. 4. gl. 10. p. 1. n. 144.*

Amplia

61 Amplia ſexto † vt nec etiam poſſit
officialis cõfirmari lapſo anno, *ad tex.*
in §. fi. in Authent. de defenſor. ciuitat.
l. Diuus, vbi omnes, ff. ad municipal. §. 1.
inſtitut. de perpet. & temporal. action.
Roman. ſing. 95. & 662. aliàs 669. Iaſ.
in l. & ſuum hæredem, §. hodie tamen ff.
de pact. Alban. in add. ad Bart. in l. nul-
li, num. 11. ff. quod cuiuſque vniuerſ. no-
min. Abb. in cap. fin. nu. 9. de iudit. Natt.
conſ. 58. num. 9. vol. 1. Corſett. ſing. 388.
Vini. deciſ. 129. pulchrè Macerat. lib. 1.
caſ. 64. Vinc. de Franch. deciſ. 479. Mut.
in cap. 29. Alfonſ. Ann. alleg. 15. & ſing.
62 369. 479. vbi ampliat † etiam in offi-
ciali iuriſdictionem nõ habente, & in
officiali vniuerſitatis aliquo reluctan-
63 te, limitando *text.* † *in l. quod maior, ff.*
ad municipal. & de incol. Vinc. de Frãch.
deciſ. 11. & 609. num. 2. Surd. conſ. 261.
64 *num. 13.* in tãtum quod † Baro vti pri-
mus ciuis (ad notab. per *Franch. deciſ.*
197.) poteſt impedire confirmationẽ
officialis faciendam per vniuerſitatem
ſi ipſe contradicit, vt ſentit *Ann. d. al-*
legat. 15. & notat eius filius *in addict.*
Vinc. de Frãch. deciſ. 264. & deciſ. 609.
Capibl. de Baron. d. pragm. 5. nume. 67.
65 ſubdens, quòd † erit ſindicandus in fi-
ne officij ex particulari conſuetudine
Regni, licet cõtrarium teneat *Afflict.*
in d. conſtitut. occupatis, & faciunt *not.*
per Franch. deciſ. 479. nume. 6. & vide
Cancer. Variar. lib. 2. cap. 2. nume. 257.
Laud. de official. quæſt. 114. Surd. conſ.
261. *num. 6.* vbi, quòd antequam con-
firmetur, debet ſindicari, *ex Bart. in d.*
l. neminem, & dixi *in deciſ.* 185. debent
66 † enim vacare per biennium ad idem,
& per annum ad aliud, iuxta formam
Capitul. Regni ſub Alfonſ. 31. & Fider.
67 31. licèt † de iure electus pro vno anno,
non admictatur ad idem officium per
aliud quinquennium, ad alia vero of-
ficia per aliud triennium, *ad text. in l.*
2. C. de munerib. & honorib. non conti-
nuand. vbi *Doctores, §. 1. in Authent. de*
defenſ. ciuitat. Abb. in cap. fin. de iudit.
Vinc. de Franch. deciſ. 210. in princ. &
264. Surd. conſ. 261. num. 5. Sola ſuper
conſuetud. Pedemont. ſuper 1. decret. gl.
68 3. *nu.* 3. niſi † per Principem ex publi-
ca vtilitate fiat, vt dixit *Io. Franc. de*
Leonard. in ſua praxi, cap. 5. n. 68. Vini.
deciſ. 129. Mari. Mut. ſuper conſuetud.
Panormit. 68. num. 10. & ſeruari vide-
69 mus aliquando per Proreges, ſecus † in
Baronibus, q nullatenus poſſunt con-
firmare officiales vltra annum, vt ſu-
pra diximus, eſſet enim diſponere cõ-
70 tra Regni Capitula, quod † non niſi
Principi licet, & fortè non ſine maxi-
ma difficultate, *Capibl. de Baro. d. prag.*
71 5. *num.* 70. vbi ait, † quod adeo prohi-
bita eſt officiorum continuatio vltra
annum, quòd nec ad diuerſa quis ad-
mictitur, ſi ſit de connexis, vel depen-
dẽtibus, allegat *Vinc. de Frãc. dec.* 479.
72 Sed † quid ſi electio, facienda per
annum, facta fuerit per plures annos,
an remaneat pro vno anno tantum?
Roman. in conſ. 66. tenet, quòd non va-
let, quando ſtatutum dat formam,
vnde actus redditur indiuiduus, & cõ
73 ſequenter † vtile per inutile vitiatur,
ſequitur *Alciat. in l. 1. §. ſi mihi Pamphi*
lum, num. 9. ff. de verb. obligat. Cabed.
dec. 84. num. 7. par. 2. & adde Proſp. Pe-
tr. in add. ad Capic. dec. 49. litera B, vbi
allegat Sebaſt. de Medic. de regul. iur.
§. 2. reg. 6. ampl. 28. & D. Rouit. prag. 5.
de offi. iud. nu. 2.
74 Limita primo † concluſionem prę-
dictam non procedere ſi aliud Princi-
pi placeat, ita *Io. de Plat. in l. 2. & 3. C.*
de diuerſ. offi. lib. 12. Alciat. in Specul.
ſumm. Pontif. cap. 54. num. 8. An autẽ
75 hoc † caſu requiratur eadem ſollemni-
tas ſicut in electione, vide *Angel. conſi.*
280. & Canalc. deciſ. 15. nume. 37. p. 2.
licet deberet præcedere ſindicatus, ſe-
cundum *Natt. conſ.* 57. & ſeruari paſ-
ſim teſtatur *Coſt. de remed. ſubſi. remed.*
72. nu. 4. per tex. in l. neminem vbi Aret.

C. de

C.de ſuſcep.& arch. libro 10.ſed in Regno ſit ſindicatus in fine adminiſtrationis pro vtroq; anno.

76 Limita ſecundo,quando† aliud de conſuetudine ſeruaretur,vt dicit *text. in d.l.neminem,vbi gloſ.Purpurat.conſ. 137.nu.3.Laud. de official. quaſt.129. Gabr.de coſuetud.cõcl.1.n.41.Natt.cõſ. 58.nu.2. Alciat.vbi ſupra, Greg. Lop.l. 9.gloſ.5.tit.18.p.2.*

77 Limita tertio, quando † officialis, nouiter electus,nõ fuiſſet adeptus poſſeſſionem officij, nam, tunc in officio exiſtens, poteſt adminiſtrare vltra annum, *ad tex.in l.1.§.adminiſtrationem, C.vt om.iud.l.meminiſſe,ff.de offi.Proconſul. Guid.Pap.conſ.*168.*& dec.*501. *Carocc.de locat.tit.de Caſtell.q.4.nu.3. Marant.in Specul.diſt.5.nu.18.Auil.c. 5.Prat.* & videtur ſentire *prag.2.verſ. item ſtationes tit. de offic. Proreg.*ſecus tamen poſt adeptatã poſſeſſionẽ vt dixit *Coſt. de facti ſcien. veligno. centur. 1.diſtin.42.num.1.& ſeq.* qui ita intelligi debet, *Mar. Mut. ſuper cap.29.Regis Alfonſ.* vbi quod acta valent, & limitat in delegato,ad not. *per Bald. in l.meminiſſe ff.de offic.proconſ.verſ.extra quaro*,vel quando tempus eſſet determinatum, *Frecc.de ſubfeud.lib.2.fo.* 146. quinimo tenetur expectare, aliàs eſſet in pęna, *d.l.meminiſſe,ff.de offic. Proconſul. Vinc. de Franch. deciſ.*393. & debetur ſalarium pro illo tempore, vt dixi ſupra *cap.21. notab.12.* ſicut è contra nec admittere tenetur ante lapſum anni, ſecundum *Bald. in l. ſcire oportet qui conſequens in fin.ff.de excuſ. tutor. Auiles c.*55.*Prator.verb. del dia.*

78 Limita quarto in officialibus iuriſdictionem non habentibus, qui largo modo officiales dicũtur,vt dixit *And. & Affl. in cap.1.ver.poteſtas, num.67. Qua ſint regal. Carani.Rit.49.Vinc.de Frãch. deciſ.*407. hi jenim poſſunt eſſe perpetui,vt poſt alios tradit *Capibl. de Baron.prag.5.nu.84. de Põt. de Proreg. tit.de elect.official.§.5.num.26.*

79 Limita quinto in officijs tenui bus & parui momenti, propter quod non ita facile inueniuntur in illo loc o officiales habiles, nam tunc electio valet, etiam vltra annum,vt dixit *Sur d.conſ.*

80 261.*nu.*10.vbi ſubdit,quòd † p ropter huiuſmodi neceſſitatem eſt etia m permiſſum dupplex eodem tempo re officium exercere,imò,& in eadem Curia Iudicem, & Actuarium agere, *Luc.de Penn.in l.1.C.de Primicer.lib.*12.quem refert,& ſequitur *Sola in d.decret.1.gl. 1.num.6.Natt.conſ.*58.*nu.*3.& faciunt tradita per *Bonadil. lib.1.Polit.cap.12. num.29.Ioan.Baptiſt.Coſt.in tracta.de remed. ſubſidia.remed.78.nu.2. & ſeq.* vbi ampliat quod etiam in hoc caſu inuitus cogi poterit.

SVMMARIVM.

1 *Res magni animi eſt contemnere magna, & num.2.*

3 *Pittacus Mitilenus Magiſtratum renũtiauit, eiuſque dictum egregium.*

4 *P. Scipio Africanus, vt priuatam gereret vitam,publicarum rerum adminiſtrationem dereliquit.*

5 *Marius Valerius ſe Dictatura abdicauit.*

6 *Terentius, Varro, & Sylla Dictaturam depoſuère.*

7 *Io.Franciſcus de Ponte in Regno Neapolis de ſupremo Italia Conſilio, Magiſtratum refutauit.*

8 *Petr. Antonius Maſtrillus Preſes Regia Camera ſummaria officiũ recuſauit.*

9 *Rutilius Xirotta in Regno noſtro Praſes Regij Patrimonij, officio depoſito,religioſus efficitur.*

10 *Octauius Corſettus in Regno Sicilia Iudex M.R.C. iudicatum renuntiauit.*

11 *Officiorum renuntiatio non niſi in manibus Regis fieri debet,alias eſt nulla, & num.15.16.& 17. cum ſeqq. vſq; ad num.28.*

Reſi-

Reſignatio beneficiorum debet fieri corã ſuperiore, alias eſt nulla, ſub nu. 11. 12. 16. & 17. cum pluribus ſeqq. vſq; ad num. 28.

13 *Officialis non debet deſerere adminiſtrationem, & gubernationem Reipublica, & nu. 14.*

18 *Imperator non poteſt à ſe abdicare Imperium niſi in manibus eius à quo habuit.*

19 *Papa in eius manibus poteſt renuntiare Papatum, licet hoc ex ciuilitate coram Cardinalibus in Conſiſtorio facere debeat, & nu. 20.*

20 *Papa ſuperiorem non recognoſcit.*

21 *Officialis nondum acceptata renuntiatione in manibus Regis vel ſuperioris, poteſt continuare in officij adminiſtratione, & illius acquirit emolumenta, & nu. 22.*

28 *Officialis poſtquam renuntiauerit officium in manibus ſuperioris acceptantis, non poteſt illud adminiſtrare, nec datur amplius repetitio.*

29 *Officialis qui benè ſe geſſit in officio, ac in eo diù fideliter ſeruiuit, licet illud renuntiauerit, retinet tamen priuilegia priſtinæ dignitatis, & gaudet omnibus prærogatiuis officij & vti talis eſt honorandus in vita, & numero 30. & 31.*

32 *Officialis, qui renuntiauit officium ſolet aliquando ex gratia Principis habere ſalarium donec vixerit, & omnibus conſilijs interuenire.*

33 *Officium ſi ſit ſine iuriſdictione, cuius emolumenta locari ſolent, facta illius renuntiatione, reſoluitur locatio facta, & nu. 34.*

35 *Argumentum de feudo ad officium an valeat.*

36 *Feudum ſi fuerit renuntiatum, reſoluũtur pignora medio tempore contracta.*

37 *Rex eſt dominus officiorum & in eo remanet dominium.*

38 *Officium locatum an poſſit renuntiari, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De Officiorum Renuntiatione.

CAPVT XXIV.

NON defuerunt qui
Magiſtrat⁹ ſibi cõ-
miſſos poſt rectam
ꝑ plures annos eo-
rum adminiſtratio
nem, nõ ob leuita-
tẽ inanemq. iactã-
tiam, indignationẽ, odium, nimium-
que faſtum, ſed ob eminentem, tran-
quillum, maximeq. ſedatum animũ,
vel ob ſanctam religionis vitam aſſe-
quendam renuntiare, ac deſerere arbi-
trati ſunt, maximè perpenſis temporũ
condictionibus, ea enim, etſi homini-
bus pulcherrima, admirandaq. cenſe-
1 antur, magni † tamen (vt dixit *Ariſto. ad Alexãd. Macedon.*) res eſt animi cõ-
temnere magna, quod confirmat *D.
Ambroſ. in epiſt.* 27. & ſequitur erudi-
tiſſimus *Octauius Corſetus Iunior in
Problem. Polit. de magnanimit. fol. mihi*
2 71. ſubdens, quòd † ſi magnanimi eſt
ad ſumma cõtendere, atque illa ſum-
mo ſtudio pro meritis euehi, excelſi ni
hilominus, & omnia deſpicientis erit
viri, ſpõte cedere, ac renuntiare, iuxta
3 illud † *Pictaci Miteleni*, qui, cùm ſum-
ma ciuium beneuolẽtia per decenniũ
imperaſſet, animique ex conſtantia
Magiſtratũ abieciſſet, cauſam percon-
tantibus, dixit, *arduum eſſe mutato Pe-
riandro in probitate permanere*, Item P.
4 Scipio † Africanus, publicarum rerum
adminiſtrationem, vt priuatam age-
ret vitam, ſpõte dereliquit, atque Di-
ctaturam reſpuit, Marcus † item Vale-
rius Dictatura ſe abdicauit, vt legitur
apud *Liui. lib. 1. ab vrbe cõdita*, Corui-
nus Meſala pariter præfecturã renun-
tiauit,

tiauit, vt conſtat apud *interpretes Va-*
6 *lerij de moder. animi*, † Terentius, Var-
ro, & Sylla Dictaturam depoſuère, &
noſtris temporibus in Regno Neapo-
7 litano vidimus † Doctiſſimum Ioan.
Franciſ. de Pont. de ſupremo Italico
Cõſilio, & de collaterali eiuſdem Re-
gni, Marchionem Mutconi, nec non
8 † & Petrum Antonium Maſtrillum
patruum meũ Præſidem Regiæ Ca-
meræ ſummarię, viroſq; integerrimos
officia renuntiaſſe. Idem non ſemel
euenit in Regno noſtro, & præcipuè
9 in perſonam † Rutilij Xirotta Præſidis
Tribunalis Regij Patrimonij, qui pa-
riter, munere depoſito, ad Societatem
Ieſu ſe contulit, neq; omittendum ar-
bitror † Octauium Corſettum magnũ
10 Aduocatum, & Iudicem Magnæ R.
C. qui nedum à iudicatura, verũ etiã
ab aduocandi munere ſe exemit.

Hæc autem officiorum renuntiatio
11 † non niſi in manibus Regis concedẽ-
tis fieri debet, *text. eſt notab. in l. lega-
tus, quæ eſt pen. & ibi gl. ff. de offi. Præ-
ſid. vbi Barto. & cæteri Doctores*, ſicut
dicitur in beneficio, cuius reſignatio
coram ſuperiore facienda eſt, *ad text.
in cap. admonet, vbi Butr. in 3. notab. nu.
4. & cap. quod in dubijs, vbi etiam Zaba-
rell. & Butr. num. 10. de renunt. cap. de-
nique, 6. q. 3. & cap. Abbas, 28. q. 2. vbi
etiam gloſ. Abb. d. cap. admonet, per illũ
tex. nu. 8. 13. & ſeq. vbi etiam Bald. &
cæteri Canoniſtæ*, idemq; diſpoſitũ eſt
in Regno, *per Capit. Ferd. 100. Coraſ.
de benefic. cap. 5. num. 56. & cap. 8. nu.
14. Saru. de inſi. reſig. q. 18. col. 3. Caroc.
in reg. conceſſa, ampl. 4. nu. 5. de reg. iur.
in 6. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. re-
med. 1. num. 277. Chriſt. Roffin. de be-
nefic. cap. 14. in princ.* vbi teſtatur ita cõ-
* muniter * eſſe receptum, refert, & ſe-
quitur *Flamin. Pariſ. in tracta. de reſi-
gna. par. 1. lib. 7. quæſt. 1. num. 1. & ſeq.*
12 vbi ait, rationem eſſe, † quia intereſt
ſuperioris ne dimittatur beneficium
ſine eius licentia, *ad text. in c. ſignifica-
ſti de for. compet. cap. clericum, & c. non
liceat, 3. q. 6.* & propterea, vt ſcribit *Co-*
13 *lumella lib. 9. cap. 10.* Politicus † autho-
ritate à Deo munitur, nec deſerere
Rempub. debet, ſicut non licet Defen-
14 ſori † ciuitatis illam deſerere ſine licẽ-
tia ſub certa pœna, *d. l. legatus, ff. de
offic. Præt. & melior tex. in l. vlt. C. de
Defenſ. ciuit.* ibi, (*nulli defenſorum li-
cere decernimus, ſi de publica ſollicitu-
dine ſe liberare volueris, niſi diuinos af-
fatus intimaueris tuæ ſublimitatis iudi-
cio, &c.*) & ibi hoc dixerunt *Bar. & cæ-
teri, Bal. ĩ l. falſus, ſub n. 29. C. de furt.
idẽ Bar. ĩ l. 1. C. de honor. petit. ſubl. lib.
10. Greg. Lop. gl. 18. l. 1. tit. 2. p. 7. Affl. ĩ
c. 1. in ver. poteſtas, ſub n. 10. Quæ ſint
regal. Rom. ſing. 352. incip. an tabellio, et
ibi add. Flam. Pariſ. in loco relato, n. 32.
Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. nu.
20. Dom. Io. Franc. de Pont. dec. 28. nu.
1.* vbi ait ita practicatum fuiſſe, cũ de
eorum natura nõ detur illorum com-
mercium, *Georg. Cabed. dec. Luſit. 23. p.*
15 *2.* vbi ait, quòd † donatarijs nõ datur
poteſtas admittendi reſignationes of-
ficiorum tàm de iure cõmuni, quàm
de iure Regni illius ex particularib. or-
16 dinationibus, nã † reſignatio fieri de-
bet in manibus Regis, aut ſuperioris,
qui poteſt eam admittere, & prouiſio
fieri debet per habentem poteſtatem,
vt docet *Stafil. de liter. grat. tit. de var.
mod. vacat. §. modo pro declaratione, nu.
14. & 16. per tex. in cap. dudum, de præ-
bend. in 6.* & ita iudicatum fuiſſe teſta-
tur; in tantũ quòd † prouiſio, aliàs fa-
17 cta, eſſet nulla, ſicuti facta ſine conſen-
ſu eius, qui habet ius præſentandi, *ad
tex. in c. ex his, & cap. ex inſinuatione,
de iur. patron. Rot. dec. 2. & 4. de renũt.
Flam. Pariſ. in loco relato*, vbi alios cu-
18 mulat, & † ꝓpea Imperator non põt
à ſe abdicare Imperium, niſi in mani-
bus eius, à quo habuit, vt poſt *Signo-
rol. conſ. 26. tradit Caſtal. de Imperat. q.*
Q 103.

103. *num.* 11. *& quaſt.* 110. *caſ.* 279.
19 ſicut de Summo † Pontifice, in quo, licet ſpeciale ſit, quòd in eius manibus
20 renunciare poſſit Papatum, cùm † ſuperiorem non habeat, verũ tamen eſt quòd ſaltim ex ciuilitate in Conſiſtorio coram Cardinalibus hoc facere, & dicere debeat, vt poſt alios tradit *Flam. Pariſ. d.l.7. de reſignat. q.5. per*
21 *totam*, vnde † officialis, nondum acceptata renũtiatione in manibus Regis, vel ſuperioris creantis, poteſt continuare in officij adminiſtratione, tamquam non vacantis, *ad tex. in l. meminiſſe, ff. de offi. Præſid. per quem tex. ita tradit Rebuff. in prax. 3. p. tit. de ſimon. in reſignat. num. 29. Imol. in clement. 1. de renunt. Franc. Cald. conſ. 8. num. 7.*
22 8. *& ſeq.* vbi latè, & ſubdit, quòd † ẽt acquirit emolumenta officij, *ad tex. in §. fi. in Authent. de adminiſtr.* ibi, *deponit autem, Rebuff. in loco relato, Rot. Roman. dec. 1. & 3. in antiq. Biſignett. de renunt. Cabed. d. dec. 23. num. 5.* vbi etiã ponit, quando renunciatio à Rege nõ fuerit admiſſa, allegat *Gomez. in reg. de inf. reſigna. quaſt. 29.* & ampliat, quã-
23 do † à Rege fuiſſet alicui cõceſſa facultas creandi officialem, nam talis renũtiatio debet fieri in manibus Regis, &
24 nõ donatarij, & ideo † donec Rex approbet renunciationẽ factam, nõ valebit tenunciatio, facta in manibus do-
25 natatij, nec dicitur † officium vacare, illudque non poterit donatarius prouidere, qa non poteſt confetre niſi officia vacantia, quod ſecus eſt vbi reſignatio fiat in manibus Regis, quo caſu donatarius poterit offerre officium, ſeu ad illud præſentare, *Rot. d. dec. 1. de renunt. & deciſ. 4. in add. nume. 5.* vbi
26 ptobatur, quod † non inconuenit, quòd quis habeat poteſtatem admittendi reſignationem, & alius collationem, ſunt enim diuerſa, & ideo conceſſo vno, non cenſetur conceſſum aliud, niſi ſimul vtrumque concedatur, d. cap. dudum, *Rot. dec. 5. de renunt. & dec. 6.* Et quia in reſignantibus poſsũt euenire multa, in quibus factum teſignantis poſſit illum lædere, ad quem pertinet prouiſio, *Card. in clement. 1. q. 7. de rer. permut. Cabed. d. dec. 23. nu. 4. p. 2.* vbi *poſt Felyn. in cap. in noſtra, corrol. 34. de reſcript. & Rot. dec. 2. &*
27 4. ait quòd † ſi renunciatio aliter facta reperiatur, adeo nulla eſt, quòd ea nõ obſtante, tamquam inualida non repellitur renuncians poſtea ab agẽdo, cùm non ammiſerit ius proprietatis, *Iaſ. in l. 1. §. ſi vir vxori, num. 27. ff. de*
28 *acq. poſſeſſ.* ſicut e contra, nam † data tenunciatione in manu ſuperioris, & per eũ acceptata, non poterit amplius officialis adminiſtrare, nec pariter datur amplius repetitio, vt dixit *Tiraqu. de retract. Lign. §. 26. gl. 2. nu. 10. Alex. cõſ. 106. lib. 1. Canoniſtæ vbi præcipuè Abb. in c. de multa, de præbend.* quinimo poſſit compelli ad renunciandum, *c. quidam, de renunt. Rip. in c. ex parte, n. 23. de reſcript. Mar. Mut. ſuper Cap. Regni Siciliæ, 73. Alfonſ. num. 12. cum ſeq.*
29 licet † retineat talis renunciatio primę dignitatis priuilegia, & vti talis ab omnibus debet honorari, vt dixerunt *Io. de Plat. & Rebuff. in l. 1. C. de præpoſit. ſacr. cubicul. lib. 12. idem de Plat. in l. decurionibus, C. de ſilentiar. eod. lib. 12.* vbi ait, quòd depoſita adminiſtratione, iutiſdictionem nõ habebũt, ſed retinebunt nomen, honores, & priuilegia, *Cabed. d. dec. 212. n. 6. p. 1. idemque tradit D. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. official. §. 8. num. 9. cum*
* *ſeq. & n. 11.* vbi ait communem * opi-
30 nionẽ eſſe legum, & Doct. quòd † officialis, qui benè ſe geſſit, & longo tẽpore ſuo Regi inſeruiuit, gaudere habeat omnibus priuilegijs, ac prærogatiuis officij poſt depoſitam adminiſtrationem, præuia ſui Regis licentia, donec vixerit, in remunerationẽ, & memoriam eius ſeruitiorum, non enim

31 enim † præteriri debent incogniti, *ad*
tex.notab.in l.vnic.C.de quaſt.& magi-
ſtr.offic.lib.12.& l.2.& l.eam legem,
in fin.C.de Prapoſ.ſacr.cubicul.eod.lib.
12.ibi,(*& decus miniſteriÿ,quod militã-*
do videbãtur adepti,otiÿ tẽpore, & quie-
tis mictere non debent,) & ibi *gloſ.alleg.*
cõcord.l.eos,& l.maximarum,in fine,C.
de excuſat.muner.lib.10.vbi Bald. Bar.
in l.3.C.de ſilentiar. & decur. lib.12.l.
vnic.C.de Comit.qui prouint.reg.lib.12.
l.2.C.vt deguit.ord.eod.lib.l.eos.C.de
Fabricenſ. lib. 11.l.1.C. de mag.ſacr.
ſcrin.lib.12.vbi tex. cum gloſ.& ibi Io.
de Plat. notãt priuilegia durare etiam
poſt dignitatẽ finiram, *Feder. de Sen.*
cõſ.19.Imol.in clemẽt.1.de ſtat. monac.
Felin.in c.qua in eccleſiarum, nu.87.de
conſtit. Purpur.in l.1.nu.67.ff.de offi.
32 *eius*; & propterea † vidi pluries ſerua-
tum in Regno, quòd tales miniſtri ita
renuntiantes conſueuerunt habere ſa-
latium, donec vixerint, & ſi fuerint ex-
tra clauſtra, quòd poſſint interuenire
in omnibus conſilijs, & pariter ſerua-
tum fuiſſe in eius perſonã tradit *Dom.*
de Pont.in loco relato, num.15.

33 Eſt bene verum, quòd † ſi officium
ſit ſine iuriſdictione, vt sũt ſcriptotiæ,
actuarij, tabellionatus, & ſimilia
(quorum emolumenta conſueuerunt
locari, vt dixit *D.de Pont.in dec.28.per*
totum,& Canalc.deciſ.25.par.2.) facta
renuntiatione in manibus ſuperiotis,
& per eum acceptata, reſoluirur loca-
tio per prius facta, & extinguitur, ad
not. *per gloſ. in cap. fin. ne pralat. vic.*
ſuas,vbi Doctor.Caſtr.conſ.4.nu.4.vol.
1.Conarr.variar.reſolut.cap.15.in fin.
lib.2.Vinc.de Ann.alleg.92.vol.2.Ca-
ualc.d.deciſ.25.nu.38.part.2.Dom.de
Pont.d.deciſ.28.num.3. vbi rationem
34 eſſe ait, † quia, ſicut de natura benefi-
ciorum eſt reſignatio, ita etiam in of-
ficijs, quòd cum importet reſolutio-
nem, & extinctionem iuris poſſeſſoris,
orti à principio conceſſionis, meritò
ex cauſa antecedente, locationes, ac
etiam pignus, ſiue cenſus impoſiti,
penitus extinguuntur, *ad text. in l.*
lex vectigali, ff. de pignorib. ſicut di-
35 citur in feudo, † in quò valet argumen
tum de eo ad officium, *Boer. deci.350.*
num.4.Lup.in cap.per veſtras,in intro.
duct.Rubr.num.6.de donat.inter vir.&
36 *vx.* nam facta † renuntiatione feudi à
vaſſallo domino, extinguitur pignus
medio tempore conttactum, *ad tex.in*
cap.1.§.rurſus,el 1.Quib.mod.feud.
ammict. vbi *Bald.Prapoſit.Aluar.et ca-*
teri rationem eſſe dicunt, quia inerat
hæc facultas refutandi domino à prin
cipio infeudationis ex natuta rei, quæ
præuenit cauſam pignoris, & ſcire de-
bebat, qui cum feudatario contraxit,
ad tex.in cap.1.de vaſſall.qui cont. Con-
ſtit.Lothar.Dom. de Pont. vbi ſupra nu.
37 4.& 7. ſubdens, quòd † in officijs do-
minium omnẽ remanet penes Regẽ,
vt dixit *And. in cap. 1. de feud. March.*
Franc.de Amic.poſt alios in cap.1.de his
qui feud. dar. poſſ. in cap. incip. natura
38 *officÿ, fol. mihi 62.* & † an poſſit offi-
cium locatum renuntiari, vide *Caualc.*
vbi ſupra num.6.& 9.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non poteſt officium nondum vacatum alteri concedere, & numero 10.& 19. amplia. nume. 12. vſque ad numero 27. limit. nume. 20. 21. & 27.*

2 *Feudum non dum apertum, nec Regia Curia deuolutum, poteſt alteri concedi, amplia. nume. 4. limit. num.7. & 22.*

3 *Inueſtitura de caducitate ſucceſſionis vel in defectu iuris tertÿ, differt ab inueſtitura de futura ſucceſſione, & qua dicatur, & num.4.*

5 *Feudi conceſſio nondum aperti, nec Regia Curia deuoluti, per mortem, vel delictum conceſſionary expirat.*

6 *Feudum non dum apertum nec deuolutũ, alicui per Regem conceſſum, an poſſit per ſucceſſorem reuocari.*

7 *Diſpoſitio cõtra iuris communis regulas non trahitur ad caſus non expreſſos.*

8 *Rex non debet alicui cõcedere priuilegiũ de hereditate viuentis.*

9 *Conceſſio facta à Principe de futura ſucceſſione alicuius adhuc viuentis uidetur eſſe periculoſa, & ab ea Principes abſtinere debent, quia inducunt votum captanda mortis.*

10 *Feudorum conceſſio in caſu mortis alicuius differt ab ea qua eo modo fit de officijs, & beneficijs, qua ad haredes nõ tranſeunt.*

11 *Beneficij expectatiua conceſſio eſt prohibita, & .nu.21.*

Argumẽtum de beneficio ad officium an valeat, ſub nu.11.

Officij expectatiua conceſſio eſt prohibita, ſub nu.11.

12 *Officia vacatura non poſſunt concedi ab inferioribus à Principe, & ibi etiam amplia.*

13 *Decuriones an poſſint officium nondum vacatum alteri concedere.*

14 *Verba, in tempus regiminis, quid importent.*

15 *Officialis nõ ligat ſucceſſorem in officio.*

16 *Paria ſunt aliquid non poſſe fieri, uel fieri, & conferri in tempus inhabile.*

17 *Officiales temporanei praſentia tantum tractare debent, non autem futura, que poſt functum eius officium ſunt facienda.*

18 *Officiales, ſeu Rectores ciuitatum non debẽt vltima die ſui regiminis creare custodes caſtrorũ, vel ſimiles, quorũ creatio ad ſucceſſorẽ ſpectare deberet.*

19 *Prorex non poteſt prouidere officia vacatura poſt eius adminiſtrationem in praiudicium ſucceſſoris, limita numero 20.*

20 *Neminem licet immittere falcem in ſegetem & meſſem alienam.*

22 *Officialis ſi eligat aliquem ad officium vacaturum, & moriatur antequam officium vacauerit, conceſſio & electio eius morte dicitur expirare, nec ſucceſſor illam ſeruare tenetur, vbi etiam amplia in feudis, & beneficijs, limita niſi officium ex diuturno tempore poſſideretur. ibi.*

23 *Officij vacaturi promiſſio eſt nulla.*

24 *Conceſſione prohibita, cenſetur etiam prohibitum omne id, per quod ad eam peruenitur.*

25 *Officij vacaturi poſt mortem certa perſona, conceſſio Principis non valet, propter votum captanda mortis, niſi perſona ſit incerta ex certis. vbi de ratione.*

26 *Officij vacaturi conceſſio etiam quod ſit purè & ſimpliciter facta nulla eſſe dicitur, vbi ampl. in feudis, & limita niſi adeſſet conſenſus poſſeſſoris.*

27 *Princeps de poteſtate abſoluta poteſt officium vacaturum concedere ſecus de poteſtate ordinaria. ampl. etiam in beneficijs, num. 28.*

29 *Papa dicitur eſſe dominus beneficiorum.*

30 *Officium vacaturum ſi duobus conceſſum fuerit, quis ſit praferendus, vide remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Princeps an poſsit concedere officia vacatura poſt mortem alicuius.

CAPVT XXV.

VT diximus in principio huius libri, Princeps, ſeu in Regno noſtro Rex Catholicus Magiſtratũ, & officiales creat, quod tñ intelligẽdum venit lapſo anno in officialibus annualibus, vel poſt mortẽ in
1 officijs perpetuis, † ſed an poſſit Princeps

ceps officiũ nondum vacatũ concedere? Hęc quæſtio in materia feudorum eſt deciſa per *tex. in cap. moribus, ſi de feud. fuer. controu. inter Dom. & agna. & in cap. 1. Qui ſucceſſ. tene. & in cap. ſi quis inueſtierit, de feud. dat. in vim leg. commiſſ.* & vbique *And. & Docto-*
2 *res*, vbi firmant, quòd † conceſſio feudi nondũ aperti, nec Regiæ Curiæ deuoluti valeat, quia viuo illo, qui tenet feudum, non fit ei aliquod præiudiciũ per dictam inueſtituram, ſed Rex dat ius ſuum poſt mortem tenẽtis feudũ,
3 & dicitur † inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, & non de futura ſucceſſione, vt dixit *Bald. in d. c. moribus*, vbi allegat argumenta pro & contra, ſubdens quod dicitur inueſtitura in defectum iuris tertij, quæ habet in ſe iuris ordinem, *And. in d. cap. 1. Qui ſucc. ten. Afflict. deciſ. 292. nume. 3.* vbi ait ita ſeruatum fuiſſe tempore Roberti Regis Siciliæ, & Ferdinandi Catholici, & fuit caſus per eum deciſus, & ita pariter practicaſſe Fidericum Regem, nã propter tales conceſſiones alliciuntur militãtes ad expeditionem Reipublicæ, nec per hoc fit pręiuditium poſſidenti feudum, & ſi prauus ſequatur euentus, id euenit pręter intentionẽ, & voluntatem cõcedentis, & ſibi nõ imputandum, ſequitur *Petr. de Gregor. de*
4 *conceſſ. feud. p. 1. q. 3. per totã*, qui † ampliat etiam ſi facta fuerit non conſentiente illo, qui feudũ poſſidet de præſenti, *Iacob. de S. Georg. de feud. verſ. inueſtiuit talem, nu. 12.* poſt alios *Scrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 17.* quia huiuſmodi cõceſſio non dicitur de futura ſucceſſione viuentis, vt propter hoc inducat votũ captãdæ mortis alterius, *ad text. in l. fi. C. de pact. c. ne captãda, de cõceſſ. prabend. in 6.* niſi de eius voluntate, & cõſenſu fiat, ſed dicitur de caducitate
5 ſucceſſionis alterius, quæ † ſucceſſio per mortẽ, vel eius delictũ expirat, & Rex concedit ius ſibi cõpetens in feudo nõ purè, & ſimpliciter, vt ex nunc, ſed relictũ ad tẽpus habile, quo dicta cõceſſio vires ſuas, & effectũ ſortiri poteſt, *arg. l. in tẽpus, cum ſimil. Bald. Aluar. & Affl. in d. §. ſi quis inueſtierit, Stgnor. de Homod. cõſ. 60. Alex. conſ. 1. col. 9. verſ. nec obſtat, vol. 5. Clar. in § feudũ, q. 14.*
* vbi teſtatur hanc eſſe commun. * opin. *Canalc. de vſufr. mulier. num. 155. Gail obſeru. 155. lib. 2. Scrad. de feud. p. 3. c.*
6 *2. nume. 17. & 18.* vbi ait, quod † nec reuocare poſſit ſucceſſor, ſecundum *Andr. in d. cap. 1. num. 13.* & ibi, *Aluar. propoſ. num. 7. & Affl. num. 58. Qui ſuc ceſſ. tene.* niſi adeſſet aliqua iuſta cauſa, vt dixit *Petr. de Greg. in d. q. 3. Rol. conſ. 2. num. 44. cum ſeq. vol. 1. Menoch. conſ. 1. nu. 419. & ſeq. vol. 1.* vbi ait, ita com-
* muniter * teneri *Roſental. de feud. c. 4. concl. 9. num. 1.*

7 Prædicta tamen † concluſio, vt de ſe patet, moribus, & conſuetudine recepta eſt in feudis tantũ, ſecundum iura prędicta feudalia, & Doctores relatos, cum contrarium ſit de iure communi, *ad tex. ĩ l. ius ſingulare, ff. de leg. l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. obl. Iaſ. in l. iuris gentium, §. fin. ff. de pact. Bald. Affl. & Alij in d. c. 1. §. ſi quis inueſtierit, de feud. dat. ĩ vim leg. cõmiſſ. Scrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 16.* & dixit in ſpecie *Soc. ſen. cõſ. 53. vol. 3. & poſt eũ Roſental. vbi ſupra in add. lit. E. in fi.* ſubdens poſt *And. in d. c. 1. n. 13. Qui ſucc. ten. & ibi Aluar. n. 1. Vſemb. cõſ. 64. n. 1.* ꝙ tradita de feudis tamq̃ cõtra iuris cõis diſpoſitionẽ, *ex d. l. fi. C. de pact. vbi DD. cõs* ad caſus nõ expreſſos trahi nõ de-
8 bent, *c. odia, de reg. iur. in 6.* nõ enim † licet Regi cõcedere priuilegiũ de hæreditate viuentis propter votũ captãdæ mortis, *ad tex. ĩ d. l. fi. vbi Cagnol. et cæteri, & tex. in d. c. ne captãda, & c. 2. de*
9 *prabend. in 6. idẽ And. in d. c. 1. Qui ſucceſſ. tene.* vbi ait, † conſuetudinẽ prędictã periculoſam eſſe tenenti feudũ, & triſtiſſimos parare euentus, quinimo cor-

corruptelã,& vſum prauũ cenſeri,idẽ-
que tradit Bal.conſ.323.aliàs,190. in-
cip.proponitur,vol.1. Clar.in §.feudũ,
q.14. addens, ꝙ ab his conceſſionibus
debeant Principes abſtinere, ne indu-
cant votum captandæ mortis,vt aliàs
in Italia eueniſſe teſtatur.
10 Et propterea non ſic erit in officijs,
de quibus queritur,ca etenim,niſi va-
cata fuerint per mortem, vel alium ca
ſum,alteri concedi prohibenẽ propter
votum captandę mortis,ad tex. in d. l.
fi.C.de pact.in vltimis verbis,Soc.d.cõſ.
53.nu.4.Pet.de Greg.de conceſſ. feud.d.
q.3.nu.9.& 10. vbi ait, valde differre
feuda ab officijs & beneficijs, quæ ad
hæredes non ſunt tranſitoria,Cagnol.ĩ
in d.l.fi.num.58.Rebnſſ.tom.2. conſtit.
Franc.tit.vt beneficia ante vacat.glo.1.
nume.2. vbi rationem eſſe ait, qa Rex
ſæpius moleſtaretur propter importu
nitatem petentium,ad tex.in l.1.C.de
11 petit.bonor.ſublat.lib.10.& † ſicut con-
ceſſio expectatiuę beneficij eſt prohibi
ta, c.1. de conceſſ. prabẽd. ita & in offi-
cijs dicendum eſt,vt arguit Soc.d.conſ.
53.nu.4. & eſſe bonum argumentum,
in ſpecie tradit Rebuff.in loco relato, gl.
2.& in prax. benefic.nu.4.fol.260. vbi
allegat Bart.in l.2.§.data, ff.de option.
legat.Lu.de Pen.in l.annonas,C.de ero-
gat.mil.anno.lib.12.Imol. poſt Anchar.
in c.2.de conceſſ.prabend.vbi extẽdit ẽt
ſi perſona eſſet incerta, optime tradit
Cabed.dec.Luſit.20. nu.1.
12 Amplia † primo in inferiorib. à Prin
cipe, qbus nullatenus officia vacatura
cõcedere permittitur ad text. in c.2. de
conceſ. praben. & in Barone dixit And.
in d.c.moribus,ſi de feud.defunct.milit.
Affl.in c.1. Qua ſint regalia,n.68.& in
dec.292.nu.5. vbi Vrſill.nu.2.qui am-
pliat etiam in Legato à Latere,ſecun-
dum Card.in clem.fin.de reſcript.Vinc.
de Ann.alleg.45.nu.24.& ſing.64. vbi
Fabius filius in add.alios allegat, & in
magno Magiſtro Hieroſolimitanę Re
ligionis tradidit Barba. in c.cõſtitutus,
col.2.de reſcr.refert,& ſequitur Cagnol.
in d.l.fi.num.130. vbi ita iudicatũ eſſe
teſtatur Affl. in locis relatis.
13 Amplia † ſecundo in Decurionibus
temporaneis eligẽtibus, eo maximè ſi
electio collata eſſet in tẽpus, quo alij
in eodem officio tempore vacatio-
nis reperiantur,vt in ſpecie dixit gloſ.
vbi Iaſ.in l.eum qui,in verb. Magiſtra-
tum,ff.de iuriſd.om.iud. optimus tex.
ſi bene aduertatur, in c. fi.verſ. tempus
regiminis, ff.de iudic. vbi Butr. latè,&
14 Aret.in 6.notab.ibi,tempus † regiminis,
quid enim aliud indicant Doc:ores p
iſta verba,niſi quod dũ regiminis tp̃s
durat,ipſi creare poſſunt? quo elapſo,
quia illud tempus venit recuperabili-
ter, fiet quòd tunc nõ facto, caſus va-
cationis ſucceſſoribus præiudicare nõ
poſſit, idem dixit Bart. in l. 2. ff. de o-
ption.legat.Bal.in l.ſi cum dies,§.ſi con-
tra,ff. de recept. arbit. vbi ait hanc eſſe
* communem † oĩum ſententiã, & in l.
15 leges,C.de legi. qui dicit quòd † priores
non ligant ſucceſſorem in officio,Affl.
in d.§.moribus,& ĩ c.1.vbi etiam And.
n.18.Qui ſucc.tenean.n.61.62.& 94.
Soc.d.cõſ.53. ſub n.4. vol.3. ca etenim
prouiſio,ſeu ordinatio collata ĩ tp̃s in-
16 habile nõ valet,& paria † ſunt aliquid
non poſſe fieri,vel fieri, & conferri in
tp̃s inhabile,ad tex.ĩ l.quod ſpõſa,C.de
donat.ante nupt.l.ſi ſtichus ſeruus,ff.de
manum.teſta.Cagnol.ĩ d.l.fi.n.3. vbi ẽt
Sal.Affl. ĩ cõſt. Regni,officiũ Baiulorũ,
Capp.Tholoſ.dec.85.Rim.& Iacobin.in
17 d.l.eũ qui,idq; cõfirmatur, nã † officia-
les tẽporanei pręſentia tãtũ tractãt,vel
tractare debẽt,& nõ futura,ad tex.vbi
eſt tõ,in l.oĩum,ff.de procur.& in l.item
eorũ §.ſed ſi ita,ff.quod cuiuſq; vniuerſ.
nom.inde dicebat Iac.Butr.in d.l. eum
18 qui,ꝙ ille text.facit contra † Rectores,
qui vltima die ſui regiminis eligũt cu-
ſtodes caſtrorum,qui poſt finitũ regi-
men debent durare in eorum officio,
quod

qđ facere non poſſunt, *Vinc. de Frãch. deciſ. 393. num. 5.* vbi loquitur in Pro-
19 rege, † qui non poteſt prouidere officia vacatura poſt eius adminiſtrationem, allegat *Bald. in d. cap. 1. Qui ſucceſſ. tenean. & in l. emptorem, verſ. quæro quid*
20 *in ſucceſſore, C. locat.* vbi ait, quod † in ſegetem ſucceſſoris non potuit falcem immictere anteceſſor, niſi acceſſerit cõſenſus poſſidentis officium, *ad text. in d. l. fin. in fine*, vbi *Cagnol. in ſpecie, nu. 56. C. de pact. & tex. in d. cap. 1. Qui ſucceſſ. tenean. & ibi Andr. Afflict. & cæteri, idque prouiſum eſt in hoc Regno Siciliæ per cap. 30.* ſub Martino Rege, *cap. 73.* ſub Alfonſo, *cap. 13.* ſub Ferdinando, & *cap. 26.* ſub Imperatore Carolo,
21 in quibus expreſsè † prohibita eſt officiorum non vacantium conceſſio, niſi accedente conſenſu poſſeſſoris, tunc enim votum captandæ mortis nihil operatur, *ad tex. in d. l. fin. vbi Decius num. 4. & Salicet. nu. 10. in fine*, qui tenent ſufficere quòd conſenſus ex poſt facto interueniat, quod non credo verum, ex traditis per *Andr. & alios in d. cap. 1. Qui ſucceſſ. tenean.* concludẽtes, quòd cõſenſus debeat interuenire tẽpore conceſſionis, & operatur effectũ, vt ſucceſſor in dignitate teneatur illã electionem confirmare, vt dixit *Affl. ibi, & And. num. 5.* qui ad hoc allegant *tex. in §. ſi quis inueſtierit, de feud. dat. in vim leg. commiſſ.* & neminem diſſentire tradit *Roſentell. de feud. cap. 4. cõcl. 9. nu. 3. poſt alios ibi relatos, in lit. C.*

22 Amplia † tertio, ſi eligens ad officiũ vacaturum deceſſerit antequam officium vacaret, quia tunc conceſſio eius morte expirabit, nec ſucceſſor eam ſeruare teneretur, vt dixit *Affl. deci. 101.* qui loquitur in officio, & ſubdit ita fuiſſe iudicatum in Sacro Conſilio, & in feudis dixit *And. in d. cap. 1. Qui ſucceſſ. tenean. Petr. de Greg. d. quæſt. 3. nu. 12. & ſeq. Vincent. de Ann. d. allegat. 45. num. 2. & 3. Burſat. conſ. 29. & 30. vol. 1. Gabriel conſ. 83. vol. 1.* & in expectatiua canonicatus habetur per *gloſſ. & Doctores in cap. ſi eni, de præbend. lib. 6. Roſentell. de feud. d. cap. 4. concl. 9. nu. 5. & cap. 6. concl. 16. Scrad. latè de feud. d. par. 3. cap. 2. num. 23. cum ſeqq.* niſi ab antiquo officiũ poſſideretur, & ex diuturno tempore, quo caſu manutenendum eſſe etiam poſt mortẽ concedentis, dixit *Cenall. comm. contra commun. q. 425. num. 10. & 11.*

23 Amplia † quarto in promiſſione officij vacaturi, vt in pũcto dixit *Rebuff. in d. tom. 2. tit. vt benefic. ante vacat. gl. 2. verſ. imo nec, per tex. in cap. 2. de con-*
24 *ceſſ. præbend.* prohibita † enim conceſſione, cenſetur etiam prohibitum omne id, per quod ad eam peruenitur, *l. oratio, ff. de deſponſat. Petr. de Greg. d. q. 3. num. 17. Affl. d. deciſ. 292. num. 4.*

25 Amplia † quinto in conceſſione officij vacaturi poſt mortem certæ perſonæ, *ad text. in cap. 2. de præbend. in 6.* vbi Doctores, quia tũc abſque dubio militaret votum captãdæ mortis, *cap. conſtitutus, de conceſſ. præbend. Bart. in l. fi. C. de pact. & ibi Decius, num. 3.* vbi in hoc caſu procedere ait conſilium *Socc.* quem ſequitur *Cagnol. ibidem nu. 55. & ſeq. & Salicet. num. 11.* ſubdens
* eſſe concluſionem ab omnibus * receptam, quam limitant ſi Princeps concedat primum officium vacaturum in Senatu, & ſic in genere, vt expreſsè tradit *Cagnol. ibi, nume. 58. & 130.* poſt alios relatos, eſſet enim valde reſtringere poteſtatem Principis, ceſſante voto captandæ mortis ratione incertitudinis perſonę, vt dixerunt *Afflict. in d. cap. 1. num. 3. Qui ſucceſſ. tenean. Iacob. de Sanct. Georg. de feud. in verb. inueſtiui talem, num. 13. Mozz. de his qui feud. dar. tit. de ſubſtantial. nu. 55. Roſantell. de feud. d. cap. 4. concluſ. 9. nume. 4. Gail obſeru. 155. num. 6.*

26 Amplia † ſexto in conceſſione officij vacaturi purè facta, & non ſub conditione,

Digitized by Google

ctione, quando vacabit, &c. eo enim
caſu nullam eiſe conceſſionem, tradit
tex. in d.cap.1. Qui ſucceſſ. tenean. ibi,
*(nam ſi quis fuerit inueſtitus purè de
alieno feudo, non valet) & tex. in cap. ſi
quis, Quo temp. mil.* ibi, *pro nõ facta ha-
beatur*, vbi *Afflict. num.7.* & eſſe com-
* munem * opinionem feudiſtarum, re-
fert *Aluarot. in d. cap.1. num.2. Claud.
Seiſel. in d.l. fin. n.13. C. de pact. Signor.
de Homod. conſ.60. Roſental. dict. cap.4.
concl.9. num.1.* vbi plures allegat con-
cordãtes, & ſubdit, quòd nec huic for-
mæ renũtiari poſſit, *arg. l. nemo poteſt,
vbi Bar. Alex. & Iaſ. ff. de legat.1. Bal.
in d.cap.1. num.2. Laud. num.9. et Affl.
ibidem num.20.* niſi conſenſus poſſeſſo
ris adeſſet, *d.cap.1. in verb. eo pacto, &
ibi Andr. & cæteri, & in d. §. ſi quis in-
ueſtierit, Dec. conſ.144. num.2. Caualc.
in tract. de vſufr. mul. rel. n.155. Scrad.
de feud. d.c.2. nu.19.*
27 Prædicta † tamen intellige de pote-
ſtate ordinaria, ſecus autem in cõceſ-
ſione officij, facta per Principem de po
teſtate abſoluta, qui id facere nõ pro-
hibetur, vt dixerunt *Salyc. in d.l. fi. nu.
11. et Cagnol. ibidem, num.56. Affl. dec.*
28 *292. ſub nu.5.* & in † beneficij conceſ-
ſione, dixit *tex. in c.2. de præbend. in 6.*
29 *vbi Gemin. nu.3.* quia † Summus Pon-
tifex eſt dominus beneficiorũ, *ad tex.
in cap. propoſuit, §. licet, de conceſſ. præ-
bend.* quod cum difficultate fit, vt di-
xit *Gomeſ. in tract. de grat. expect. n.2.*
30 Sed inter duas prouiſiones ad offi-
cium vacaturum quis prẹferatur, vide
Aluar. Velaſc. dec. Luſit.72. par.1.

SVMMARIVM.

1 *Officium certæ perſonæ, poſt eius mortem vacandum, ſi alicui ſit conceſſum, & officium prædictum ex alio caſu vacauerit, quàm mortis, vt per renunciationem, uel remotionem, ſeu priuationem, aut ſimilia, tunc in ſupradictis caſibus cõceſſum nõ uidetur, ſed contraria opinio eſt verior, num.16. cum pluribus ſeqq.*

2 *Extenſio de caſu ad caſum quando fieri poſſit, & nume.3. cum pluribus ſeqq. & quaſi per totum, & præcipuè num. 11. & 37. vbi quid in officijs, feudis, beneficijs, aut ſimilibus.*

Beneficium ſi ſit conceſſum in caſu, quo vacabit per reſignationem, an intelligatur conceſſum in caſu, quo vacabit per mortem, ſub nu.2. & 3.

4 *Argumentũ de beneficio ad officium an valeat.*

5 *Rex ſi concedat Titio feudum Martini quem credebat eſſe mortuum, ſed uiuebat, ſi exinde moriatur, nõ debetur feudum, niſi conceſſeri feudum deuolutum & deuoluendum.*

6 *Feudum alienandi in Petrum licentia non extenditur in aliam perſonam.*

7 *Donatio cauſa mortis an veniat appellatione donationis.*

8 *Filij, & hæredes an cenſeantur nominati ſi in maioratu ſit vocatus pater.*

9 *Subſtitutus in vno caſu nõ cenſetur ſubſtitutus in alio.*

10 *Tutor datus in caſu ſecundarum nuptiarum vxoris teſtatoris, non cenſetur datus in caſu mortis eiuſdem.*

12 *Tutor datus in caſu mortis non cenſetur datus in caſu recuſationis.*

13 *Condictio (ſi ab officio fuerit remotus) non extenditur ad caſum mortis.*

14 *Condictio ſi deficit, diſpoſitio euaneſcit.*

15 *Conceſſum ſub vna condictione videtur ſub contraria denegatum.*

17 *Prælatus ſuccedit in locum alterius prælati mortui, vel renũtiantis, vel trãſlati in aliam eccleſiam.*

18 *Mandatum procuratoris ita expirat morte Epiſcopi, prout ex remotione, tranſlatione, ſeu renuntiatione.*

19 *Tutor datus in caſu mortis alterius cenſetur etiam datus in caſu accuſationis, vel remotionis illius, & numero 21.*

Tu-

20 *Tutor poſthumo datus poteſt adminiſtrare conato etiam viuente teſtatore.*

22 *Princeps eligens aliquem in officio vacaturo poſt mortem alicuius officialis nihil aliud facit niſi quod ſubſtituit illum in morte illius.*

Subſtitutus in officio poſt mortem officialis intelligitur etiam ſubſtitutus in omnem caſum adminiſtrationis finita quàm per mortem, ſub num. 22.

23 *Grauatus reſtituere hæreditatem ſi deceſſerit ſine liberis, cẽſetur etiam grauatus ſi ingrediatur religionem bonorum incapacem.*

24 *Profeſſionis monaci idem eſt effectus, qui eſt mortis ipſius.*

25 *Subſtitutio vulgaris expreſſa in caſum mortis extẽditur ad omnes caſus, quibus hæres à primo inſtitutionis gradu excludi poteſt, & nedum impotentia ſed etiã voluntatis, & nu. 26. & 37.*

27 *Feudum ſi alicui à Rege concedatur poſt mortẽ feudatarij qui non habet filios, nec agnatos, ſi alio modo quã per mortẽ curiæ ſit deuolutum, et apertum, tamen debetur concessionario, vbi de ratione.*

28 *Officialis ſubſtitutus in caſu mortis officium poſſidentis, intelligitur etiam ſubſtitutus in caſu priuationis, & officij finiti, & num. 35.*

29 *Officialis ſeu Iudex recuſatus vel remotus quò ad officium habetur pro mortuo, & num. 30. & 31. cum ſeqq. vbi de ratione.*

33 *Officium vacare intelligitur tam ſi per mortem, vel renuntiationem, aut per alium ſimilem modum vacauerit.*

34 *Verbum (vacare) reſpectu officij comprahendit quemcumque modum vacationis, ſiue per mortem, ſiue per renuntiationem vel per alium ſimilẽ modũ.*

36 *Officialis electus in caſu inhabilitatis alicuius intelligitur etiam electus in caſu mortis illius.*

39 *Priuilegia, & reſcripta Prĩcipis qualiter ſint interpratanda, & quid in beneficijs, num. 43.*

40 *Verba implicatiua an includant caſum mortis.*

41 *Tex. in cap. ſuſceptum, de reſcriptis, in 6. declaratur.*

42 *Beneficij conceſſio in caſu vacationis debet continere certũ modũ vacationis.*

44 *Clauſula (ex certa ſciẽtia, vel motu proprio) in conceſſionibus officiorum, & beneficiorum quid operetur.*

45 *Menoch. conſ. 243. declaratur.*

Burſat. conſ. 263. declaratur, ſub nu. 45.

46 *Caſus ſpecialis maximè odioſus ſtrictam patitur interpretationem.*

ARGVMENTVM.

Officio cõceſſo per mortem Titij an cenſeatur conceſſum ſi vacauerit per remotionẽ, vel alium modum.

CAPVT XXVI.

PRÆSVPPOSITO, quòd Princeps ex poteſtate abſoluta, vt in præcedenti quæſtione firmauimus, officium aliquod certæ perſonæ, poſt eius mortem vacandum, alteri cõceſſerit; & officium prædictum ex alio caſu vacauerit, vt puta per renuntiationẽ, de qua diximus ſupra *in c. 24.* vel per remotionem, ſeu priuationẽ, de qua *lib. 6. diſcutiemus,* vel forte per promotionem ad aliud
1 maius officium, an † in caſu cuiuſlibet
ipſorum cẽſeatur pariter conceſſum? Negatiuam opinionem videtur approbaſſe *textum in cap. ſuſceptum, de*
2 *reſcript. in 6.* vbi † mandatũ, vt conferatur beneficiũ in caſu quo vacet per reſignationẽ, non extenditur ad caſũ,

in quo vacet per mortem, & ibi Frãc.
& cæteri, Guid. Pap. deciſ. 547. Bero. cõſ.
156. uol. 3. Bal. in cap. ex parte, de offic.
3 delegat. vbi ait, quòd † differt vacatio
per mortẽ, & per trãſlationem, quem
ſequitur Gutter. Practicar. quaſ. cano.
4 lib. 2. cap. 15. nu. 60. & valet† argumen-
tum de beneficijs ad officia, vt in pro-
xima quęſt. deduximus, nu. 11. cũ non
fiat extentio de caſu ad caſum, nec de
perſona ad perſonã, vt dixit Aret. in l.
gallus, §. & quid ſi tãtum, ff. de liber. &
poſthum. Fab. Ann. cõſ. 14. nu. 7. & 8. &
13. qui ampliat in diſpoſitione homi-
nis, hinc dixit And. in cap. 1. §. moribus,
5 ſi de feud. defunct. milit. quòd † ſi Rex
concedat Titio feudũ Martini, credẽs
eũ mortuũ, qui viuebat, ſi poſtea mo-
riatᷣ Martin⁹, nõ debebitᷣ feudũ, niſi di-
xiſſet (deuolutũ, & deuoluẽdũ) idẽq.
ſequuti sũt Camerar. in c. imperialẽ nu.
3. fo. 56. de prohib. feud. alien. per Fider.
Lofred. d. §. moribus, Camill. Salern. in
add. ad cõſuet. Neapol. ſi cui militi, verſ.
vigeſimotertio concordat, fol. mihi 313.
Vinc. de Ann. alleg. 62. n. 15. & ſing. 64.
& in c. 1. de vaſſall. decrep. ætat. n. 264.
D. de Pont. conſ. 3. n. 12. Lanar. conſ. 18.
6 nu. 5. & ſeq. Idemq. † ſi fuerit cõceſſus
aſſenſus alienandi feudũ Petro, nõ ex-
tẽditur ad Franciſcũ, vt notat gl. in d.
c. imperialẽ, in ver. ſine permiſſione, vbi
And. nu. 4. & in c. 1. Qui ſucceſſ. tenean.
7 & † in aſſenſu donationis, qđ non ex-
tendatᷣ ad donationẽ cauſa mortis, do
cuit Bal. in eod. c. imperialẽ, nu. 18. Affl.
notab. 2. Præpoſit. nu. 4. & Capic. fol. 19.
col. 2. n. 2. Vinc. de Ann. alleg. 36. n. 3. &
alleg. 41. n. 26. Moli. de Primog. Hiſpan.
lib. 4. c. 5. n. 14. & 31. Carol. Tap. de cõſt.
Pricip. ĩ l. fi. c. 9. p. 2. n. 151. vbi ampliat
8 † in maioratu, ꝙ licentia data patri, nõ
trãſit ad filiũ, Greg. Lop. l. 6. tit. 11. p. 6. ĩ
ver. Que la pudieſſe vender, col. 9. verſ.
itẽ pone, licèt, quòd trãſeat ad hæredes
voluerit And. in d. c. imperialẽ, nu. 4. in
9 add. & in ſubſtitutionibus, ꝙ † ſubſti-
tutus in vno caſu, non cenſeatur ſub-
ſtitutus in alio, dixit tex. ĩ l. fi. vbi Bar.
C. de inſtit. & ſubſtit. Menoc. conſ. 243.
vol 3. & Burſat. cõſ. 263. vol. 3. Idem
10 † dicitur de tutore, q ſi ſit datus in caſu
ſecũdarũ nuptiarũ vxoris, nõ cẽſetur ĩ
caſu mortis eiuſdẽ, vt cõſuluit Fab. de
Ann. d. cõſ. 14. & conſ. 84. vbi latiſſimè
Vin. dec. 2. n. 18. ꝑ tex. in l. tutoribus ita
datis, ff. de teſt. tutel. nã per mortẽ ceſ-
ſare vrᷣ caſus a teſtatore prouiſus, &
euenerat alr⁹ ab eo nõ expreſſus, ĩ quo
11 † nõ fit extẽſio de perſona ad perſonã,
nec de re ad rẽ, maximè vbi ſtricta fieri
deberet interpretatio, ſecũdũ Bald. ĩ l.
Gallus, §. & qd ſi tantũ, ff. de liber. & po
ſth. Ang. ĩ l. 1. §. 1. & in l. pater filiũ, ff.
de vulg. et pupil. ſubſtit. Soc. iun. cõſ. 140.
12 col. fi. vol. 1. ſic è cõtra, ſi tutor † datus
fuerit in caſu mortis, nõ cẽſetur datus
ĩ caſu recuſationis, Mõta. de tutel. c. 10.
n. 4. Surd. dec. 207. n. 5. & melius dixe-
rat ĩ dec. 202. vbi iudicatũ fuiſſè refert
13 per Senatũ, ꝙ † cõditio in cõuentione
interpoſita, qđ ſi fuerit remotus à ſu-
periorib⁹, ad nihil teneatᷣ, extẽdi mini
me poterat ad casũ mortis, q a nõ fue-
rat à ſuperiorib⁹ remot⁹, ſed morte ꝑ-
14 uẽtus deceſſerit, & ſic† cõdictione defi
ciente, diſpoſitio pro non facta diceba
tur, ad tex. in l. qui hæredes, §. Plautius,
vbi Bart. & Soc. ff. de condiction. & de-
15 monſtra. & datum ſub vna condictio-
ne dicebatur ademptum ſub contra-
ria, l. ſi legatum purè, ff. de adimend. le-
gat. cum ſimilibus latiſſimè deductis
per Surd. d. dec. 202. ad confirmationẽ
prædictorum.

16 Contrariã† tamen opinionẽ in caſu
propoſitæ qõnis noſtræ, veriorem eſſe
arbitratus ſum, quia in iure caſus mor
tis, depoſitionis, vel remotionis ob ſu
ſpitionẽ, inhabilitatẽ, priuationẽ, vel
aliter, ad idem ſonant, quod proba-
tur, primo † in Prælato ſuccedente in
locum alterius prælati, vel renuntian-
tis, vel translati in aliam eccleſiam,

quia

quia non dicitur ſuccedere viuo, ſed
mortuo, ad tex. in cap. in apibus, §. ecce,
7. q. 1. clement. fin. vbi Card. num. 13. de
procurat. glo. in cap. ſi cui, in verb. morta-
tur de præbend. in 6. vbi æquiparat mot
tem prælati, & renuntiationem, in tã-
18 tum quod † mandatũ procuratoris ita
expirat morte Epiſcopi, prout ex re-
motione, trãſlatione, ſeu renuntiatio-
ne, gloſ. in verb. reuocari, de procurat. gl.
in cap. fin. Ne prælat. vic. ſu. Caſtr. conſ.
4. vol. 1. Rot. Roman. in nouis, deciſ. 376.
Iaſ. in l. nulla, C. de procurat. Aufrer. in
addict. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 265. Io.
Vinc. de Ann. alleg. 92. vbi refert ita iu-
dicaſse Rotam Auenionẽſem, & pariter
per ſacrum conſilium Neapolitanũ, Fab.
de Ann. conſ. 14. num. 12. Gabriel comm.
opinion. lib. 2. tit. de procurat. cõcl. 3. nu.
4. Mandoſ. ſuper Reg. Cancell. de veriſi-
mili notitia, q. 7. nu. 13. Io. Bapt. Aſin. in
l. 4. §. ſed nunc, num. 53 ff. de religioſ. &
ſumpt. funer. & dixi in dec. 6. nu. 16.
19 Secũdo idem probatur † in tutore,
qui ſi datus ſit in caſu mortis, cẽſetur
etiã datus in caſu recuſationis, ad tex.
in l. ſi quis ita, §. fin. ff. de teſtam. tutel.
20 vbi tutor † poſthumo datus, admini-
ſtrat eo nato viuente teſtatore, & latiſ
ſimè concludit Surd. deciſ. 207. nu. 13.
21 & per totã, ſubdens quòd † paria ſunt
nõ extare tutorem ob mortem, vel ob
remotionem, Socc. iun. conſ. 42. num. 2.
vol. 3. Rim. iun. conſ. 259. num. 11. Viui.
deciſ. 34. nu. 10. & 43. & fuiſſe iudica-
tum in Conſiſtorio retuli in d. deciſ. 6.
num. 21. in fin. vol. 1.
Tertio confirmantur prędicta, quia
22 † electio facta per Principem de aliquo
officio vacaturo per mortem alicuius
nihil aliud eſt, niſi ſubſtituere alterũ in
officio in caſu mortis alterius, qui qui-
dẽ mortis caſus licet ſit expreſſus, idẽ
tamen operatur in omnẽ alium caſum
adminiſtrationis finitæ, & extinctio-
nis officij in perſonã illius, ſiue defectu
mortis, ſeu alia quauis ratione impe-
ditus fuerit, ſemper enim ſubſtitutus
admictitur, ad tex. in l. iã hoc iure, ff. de
vulg. & pupil. d. l. Gallus, §. & qd ſi tan-
tũ, ff. de lib. & poſth. vbi oẽs, & p̃cipuè
23 Fortun. Garſ. nu. 72. vbi ait, quod † gra-
uatus reſtituere hæreditatem, ſi deceſ-
ſerit ſine liberis, cenſetur etiã grauatus
ſi ingrediatur religionẽ bonorũ inca-
24 pacem, nã † idem eſt effectus profeſſio
nis, qui eſt mortis, ſecundũ eum, & ea-
dẽ eſt ratio mẽtis coniecturãdæ in iſto
caſu, quæ eſt in illa conditione, ſi ſine
liberis deceſſerit, idemq. tradiderunt
Doctores in l. 1. & ibi ſcribẽſes maximè
* Rip. n. 89. qui teſtatur de * communi,
ff. de vulg. & pupil. Eman. Coſt. in cap. ſi
pater in 1. par. verſ. eidem filio, num. 47.
& in §. ſi vtrũque, nu. 11. ff. de teſtam.
25 qui dicit, qđ † ſubſtitutio vulgaris ex-
preſſa in caſũ mortis extẽditur ad oẽs
caſus, quib⁹ hæres à primo inſtitutio-
nis gradu excludi poteſt, Vaſq. de ſuc-
ceſſ. creat. lib. 2. §. 2. nu. 31. ſubdẽs, qđ
26 † ſubſtitutio facta, quãdocumq. inſti-
tutus deceſſerit, cõpræhendit quẽcũq.
caſũ, nedũ impotẽtiæ, ſed etiã volun-
tatis, & nõ reſtringitur ad caſũ expreſ-
ſum, vt ſiue hæres inſtitutus noluerit,
ſiue ex defectu conditionis, ſiue mor-
te præuẽtus, ſiue ſui incapacitate, ſiue
alia grauis impotentiæ ratione impe-
ditus fuerit, quo minus adeat, Decian.
conſ. 1. num. 78. & num. 85. cum ſeq. vol.
1. Pariſ. conſ. 19. nu. 174. & ſeq. vol. 2.
Simon. de Prat. de coniect. vltim. volunt.
lib. 3. interpret. 2. dub. 1. ſolut. 5. nu. 12.
& 31. Surd. conſ. 236. nu. 23. vol. 2.
Quarto cõprobatur ex traditis per
And. in d. c. 1. §. moribus, nu. 1. ſi de feud.
27 defunct. milit. vbi ait, qđ † feudatarius,
qui tenebat feudũ à domino, nõ habe-
bat filiũ maſculũ, nec deſcendẽtes, vel
ſi erat paternũ, nõ habebat agnatos, vi
uẽte tali feudatario dominus vult in-
ueſtire, & cõferre feudum poſt mortẽ
tenentis cuidã alteri, an pe ſſit? Dicit
qđ ſic, ſubdit inde And. qđ hæc inue-

ſtitura,& collatio tunc demũ locũ ha-
bebit, qñ erit mortuus hic tenens, vel
aliter feudo dño aperto; ecce ergo qđ
Andr. ęquiparat caſum vacationis per
mortem, vel per alium modũ, vt putà
per mortem ciuilem, vel ſimiles,& rõ-
nem eſſe ait, nam dominus nõ dat ius
tenẽtis, hoc eſt vaſſalli poſſeſſoris, ſed
ius futurũ ſuum, ſequitur *Menoc. conſ.*
535.*nu.*3.*&* 4.*vol.*6. vbi ſubdit, quòd
ius futurum domini ita eſt per mortẽ
ciuilem vaſſalli, quàm per naturalem,
& idẽ effectus ex hac ciuili prouenit,
vt ex illa naturali, ex quo nõ agnatus,
vel alius, quàm ipſe dominus eſt ad-
mittendus, & ita alias *dixi in add. ad
Pet. de Greg.p.*3.*q.*7. *in fin.* vbi multa
deduxi.

Poſtremo, vt ad caſum in ſpecie ac-
cedamus, ita decidit *tex. in l.* 1. *C. de*
28 *Primicer.lib.*12. dicitʳ † enim ibi, quòd
notarius Principis non poterat eſſe di
ſcuſſor, ſiue proſequutor, & ſi contra-
fecerat, erat priuatus ab illo officio
primicerij,& in eius locum alius crea-
tus, nã erat ſtatutus numerus primi-
ceriorum, & in caſu mortis alicuius,
alius decorabatur illa dignitate, quã
ſemper retinebat, etiam in ſenectute,
& tamen caſus priuationis dicitur ca-
ſus mortis, qa alius eligebatur, ſequi-
tur *gloſ.fi. ibi, in ver.corpus, Io.de Plat.
in appoſtill.nu.*6.*& Andr.de Barul. ibi-
dẽ, num.*4.*in vlt.notab.* ex quo *tex.* in-
fert argumentum *Andr.in c.*1.§.*ſed &
res, num.*7.*per quos fiat inueſtit.* quod
29 † Iudex recuſatus habetʳ pro mortuo,
*Aluar.et Bal.in c.*1.*Qui ſucc. tenean.il-
le num.*3.*iſte num.*2.*Vinc.de Ann.d.al-*
30 *leg.*92. *nu.*5. idem † enim eſt remoue-
ri ab officio, quod mori, *gl. in clem.*1.
*in ver.mori, vt lit.pend. gl. in c. ſi cui in
ver. moriatur, de prabend.in* 6. & paria
31 † ſunt non extare per mortem, vel re-
motionem, *Ruy. conſ.*87. *num.*2.*vol.*
2.*Rim.iun.conſ.*259.*num.*11. *Vin.dec.*
2.*nume.*10.*&* 43.*D.Carol.Tap. in l.fi.
ff.de conſt.Princ.p.*2.*c.*11.*nu.*80.*Surd.
d.dec.*202. *num.*1. *& ſeq.* vbi ait, quòd
32 † caſus mortis videtur includi ſub ca-
ſu remotionis, licet ex alijs contrariũ
determinauerit, *Cabed. dec.* 23.*nume.*
33 10.*p.*2. vbi tradit, quòd† donatarius,
cui eſt conceſſa data officiorũ, quan-
do vacauerint, poteſt etiam prouide-
re, quando vacant per renuntiationẽ,
34 nam illud † verbum (vacare) compre-
hendit quemcumque modum vaca-
tionis ſiue per obitum, ſiue per renun-
tiationem, vel alio modo, vt per *gl. in
c.cupientes, ĩ ver.vacationibus, de elect.
in*6. *c. ſi propter, de reſcriptis in* 6. *Rip.
Reſp.* 21.& ita ſeruari in Regno illo,&
fuiſſe iudicatum teſtatur, quod etiam
voluit idem *Fab.de Ann.d.conſ.*14.*nu.*
35 9. dicens, quòd † caſus mortis cõpre-
hendit caſum finiti officij; Hinc eſt ꝙ
36 officialis † electus in caſu inhabilitatis
alicuius cenſetur etiam electus in caſu
mortis, vt in puncto dixit *Florian.in l.
vetus, nu.*6.*ff.de vſufr. Couarr.in cap.
quamuis,*§.4. *nu.*5. *de teſtam.* vbi poſt
37 alios affirmat† ſubſtitutionem factam
in caſu volũtatis includere caſum im-
potentiæ, & ſequitur *Emanuel.Coſt.in
loco citato,* eo magis in caſu propoſito,
vbi militat eadem ratio, quia Rex cõ-
cedens nil aliud reſpexit niſi officium,
quod per Titium exercebatur, conce-
dere Meuio, & non habuit intentum
ad modum vacationis; in tantũ quod
38 † ex veriſimili mente cõcedentis fit ex-
tenſio de caſu ad caſum, & præſuppo-
nitur, qđ Princeps ideo mentionẽ fe-
cerit de morte, qa credidit officiũ per
mortẽ vacaturũ, ſicut vt plurimũ cõti-
gere cõſueuit, vt in ſpecie tradit *Caſtr.
in conſ.*287. *vol.*2. *Bero. optime d.conſ.*
156.*num.*11. *& ſeq.* refert, & ſequitur
*Surd.d.conſ.*236.*nu.*23. poſt infinitos,
quos allegat *Fab.de Ann. conſ.*84. *nu.*
7. adeo quòd ſi Rex interrogatus fuiſ-
ſet, ita facilè reſpondiſſet, eo magis in
39 priuilegio † Principis gratioſo, vbi la-
ta

ta fieti debet interpretatio, quidquid
ſit in odioſis, vt dixit *Molin. de primog.*
Hiſpan. lib. 1. c. 4. nu. 25. & 26. Doctores
in d. §. & quid ſi tantũ, Fab. de Ann. d.
conſ. 84. nu. 7. & in ſpecie *Felyn. in c. in*
noſtra, num. 38. verſ. quinto fallit, de re-
ſcrip. Menoch. de arbit. caſu 201. *n.* 108.
& ob id non dicitur fieti extenſio, ſed
dicitur vetus intellectus diſpoſitionis,
ſecundum *Bald. in Auth. quas actiones,*
col. 2. C. de ſacr. ſanct. eccl. Surd. d. dec.
202. poſt alios quos allegat *num. 1. &*
40 *melius nu.* 4. vbi ait, quòd † caſus mor-
tis videtur includi per verba implica-
tiua *Rot. deciſ.* 575. *num.* 4. *volum.* 1.
in nouiſſimis.
41 Neque obſtant in contrarium ad-
ducta, nam † tex. in d. cap. ſuſceptum
minimè poteſt in caſu propoſito ada-
ptari, quia loquitur de gratijs benefi-
cijs iam vacantis, non autem de expe-
ctatiuis, in quibus nõ eſt neceſſe, quòd
exprimatur vacationis modus, & vno
expreſſo, alter non excluditur, vt dixit
Menocch. de arbitr. iud. caſ. 201. *n.* 106.
& in d. conſ. 535. *num.* 6. vbi refert *Rot.*
in deciſ. 23. ſi expectãs, in fin. de reſcript.
& deciſ. 7. in nouiſ. Io. de Selu. in tract.
benefic. part. 3. quaeſt. 12. num. 76. Fel. in
cap. in noſtra, num. 8. verſ. fallit tertio,
de reſcript. in quibus terminis loquuti
ſunt *Andr. in d. cap. moribus num. 2. &*
Afflict. ibidem, Vinc. de Ann. Bal. & ca-
42 *teri in princ. relati,* debet † enim in be-
neficijs verus modus vacationis expri
mi, & propterea cauſa & dolo dona-
tum eſſe videtur, vt dixit ibidem *And.*
& ſequitur ibi *Liparul. & Loffred. in d.*
§. moribus, vbi allegant multas deci-
43 ſiones Rotæ, in tantum quod † illa cõ-
ceſſio vti ambitioſa eſt reſtringẽda, vt
tradit *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 11. nu.*
6. Iacobin. de feud. in verb. inueſtiuit, in
fi. & conſiderat, *d. dec. Rot. 4. num. 3. &*
4. de reſcrip. Menoch. d. caſu 209. *n.* 103.
quæ tamẽ locum habere non poſſunt
in officio, ſeu beneficio vacaturo, cum
impetrans diuinare nequeat, quomo-
do ſit vacaturum, eoque fortius præ-
44 dicta procederent, † ſi in priuilegio of-
ficij vacaturi adeſſet clauſula (ex certa
ſcientia, vel motu proprio) quæ in hu-
iuſmodi officiorum, ſiue beneficiorũ
conceſſionibus apponi conſueuit, quę
ceſſare facit diſpoſitionẽ *d. c. ſuſceptũ,*
ſi alio modo vacaret, q̃ fuerit expreſsũ
vt dixit *Galiaul. in d. §. & quid ſi tantũ,*
num. 13. Menoch. d. conſ. 535. nu. 9. Lof-
fred. conſ. 45. num. 22. Ann. allegat. 62.
num. 15. Iacobin. de S. Georg. de feud. in
verb. inueſtiuit, & ex prædictis patet
reſponſio ad tradita de aſſenſu, quia
45 vera ſunt in caſibus ſuis.
Nec pariter obſtare videntur tradi-
ta per *Menoc. in d. conſ. 243. & Burſat.*
conſ. 263. nam procedunt in cõdictio-
ne volũtaria, ſi nupſerit, ſec⁹ ĩ cõditio-
ne neceſſaria, prout eſt caſus propoſi-
tus; Item ibi agitur in ſubſtitutione
compendioſa, hìc in priuilegio fauo-
rabili: Eodem modo ceſſant ea, quæ
de tutore dicta ſunt, vt latiſſimè dedu-
46 xi *in deciſ.* 6. & eſt caſus † ſpecialis, vt
tradit *Fab. de Ann. d. conſ.* 84. in quo
ſtricta fit interpretatio, cum ſimus in
odioſis, vt per eum, *Surd. deciſ.* 207.
num. 9. vſque ad finem, & dec. 202. qui
concluſionem noſtram confirmat, ſi
rectè conſiderẽtur eius argumenta, &
licet cõtrariũ decidat, illud eſt ex diuer
ſitate caſus, nam ibi cõuentio erat in-
ter contrahentes facta in illo caſu ex-
preſsè, & vt ex verbis eiuſdem conuẽ-
tionis eliciebatur, omnes alij caſus ex-
cludebantur, vt per eum. Item ex re-
motione facienda arguebatur dolus,
hìc non; Tertio *Surdus* habuit caſum
pro dubio *ibi in fine*, & nihilominus in
dec. 207. noſtrã opinionem cõprobat.
Ex quibus remanet vera conclu-
ſio, quòd cõceſſo officio vacaturo per
mortem, cenſetur conceſſum ſi vaca-
uerit per renuntiationem, promotio-
nẽ, inhabilitatẽ, & oẽm aliũ ſimilẽ ca-
ſum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officialis à Principe gratis & voluntariè conſtitutus ſiue perpetuus ſit, ſiue temporalis poteſt ab eo ad nutum remoueri, ſuoque officio priuari. ampl. num. 11. 12. & 14. ſed contraria opinio eſt verior, de qua num. 16. & eam amplia num. 26. cum ſequentib. vſque ad finem.*

2 *Officia conferendi poteſtatẽ habens, illa ſicut placet etiam tollere poteſt.*

3 *Officium dicitur eſſe arbitrariũ quò ad ſuperiorem concedentem.*

4 *Iuriſdictionales conceſſiones poteſt ſemper Princeps concedẽs illas reuocare, vbi de ratione, & nu. 7. & 10.*

5 *Procurator licet perpetuus conſtituatur tamen poteſt à conſtituente reuocari.*

6 *Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua ſibi non liceat recedere, & nu. 7.*

8 *Officia ſunt de iure ciuili.*

9 *Precarij contractus natura qua ſit.*

12 *Papa in beneficijs habet voluntatem pro ratione, & ideo poteſt arbitrio ſuo clericum à beneficio remouere, & numero 13.*

13 *Vicarius poteſt ad nutum ſuperioris reuocari non obſtante iuramento, & numero 14.*

15 *Pecuniam qui dat pro officio, vel beneficio dicitur habere titulum lucratiuũ.*

16 *Princeps licet poſſit officialem ab officio remouere, id tamen niſi ex iuſta cauſa facere debet, vbi de ratione, & nume. 20. 22. & 23. Amplia à num. 26. cum ſeqq. vſque ad finem.*

17 *Iuſtitia neminem permittit officio, aut beneficio decipi. ſed potius iuuari.*

18 *Officialium mutatio vergit in maximũ Reipublica damnum.*

19 *Officialis remotus dicitur paſſus iniuriam & honore priuatus, quia de eo malè præſumitur.*

21 *Officialis non debet à Principe remoueri quandiu fidelitatem & iuramentum ſeruat.*

23 *Approbatus non poteſt abſque cauſa reprobari.*

24 *Officialis ſi fuerit remotus ſine cauſa cognitione poteſt ille qui remouet condemnari, & ibi exemplum refertur de quodam qui fuit condemnatus pro tali cauſa.*

25 *Officialis qui benè adminiſtrat officium debet per Principem ad maius officiũ promoueri.*

27 *Officialis dicitur perpetuus, licet à Principe ſit creatus ad eius beneplacitum.*

28 *Officialis non eſt neceſſe vt confirmetur adueniente nouo Principe.*

29 *Officialis conſtitutus ad beneplacitum an morte cõſtituentis reuocari poſſit.*

30 *Officium conceſſum à Principe propter benemerita & ſeruitia præſtita non poteſt ab illo ſine cauſa reuocari, & an ſeruitia exprimi, & probari debeant, num. 31.*

32 *Officialis in maiori officio conſtitus non debet compelli ad ſuſcipiendam minorem dignitatem.*

33 *Officialis abſque cauſa reuocatus an poſſit intẽtare remedium ſpoliatoriũ.*

34 *Officialis ex officij conceſſione nullum conſequitur ius in re, nec poſſeſſionẽ in iuriſdictione, ſed nudum tantum exercitium, & adminiſtrationem.*

35 *Officialis emens officium à Rege non poteſt ſine iuſta cauſa priuari, vbi de ratione, cum num. ſequ. ampl. nume. 37. & 38.*

36 *Princeps ligatur ex contractu, eumq; infringere non poteſt, & nu. 37.*

38 *Princeps priuans officialem, qui ab eo emerat officium, tenetur illi reſtituere pretium, damnum, & intereſſe, & numero 42. limit. numero 39. & numero 40.*

41 *Officialis non poteſt priuari ab inferiore à Principe.*

43 *Officialis electus ſub nomine dignitatis an poſſit reuocari.*

44 *Officialium electores inferiores, qui aliquos*

quos ex ciuibus eligere ſolent, an poſ-
ſint facta electione, & publicatione
ſcrutinij, illam variare & mutare, &
numero 45.

45 Electione facta ius acqritur officiali ele-
cto, licet non requiratur exercitiũ of-
ficij ante confirmationem.

ARGVMENTVM.

Rex, ſeu Princeps quando poſ-
ſit officialem creatum reuo-
care.

CAPVT XXVII.

1 OFFICIALES † à
Principe gratis, & volũ-
tatiè conſtituti, ſiue per-
petui ſint, ſiue tempora-
les poſſunt ad nutum re-
uocari, ſuiſque officijs priuari, cum
apud concedentem ad nutum amo-
uibilia ſint, ex ſententia Io. Fabr. in §.
cum autem, inſtitu. Quib. mod. ius patr.
2 poteſt. ſol. poteſt † enim qui habet po-
teſtatem officia conferendi, tollere, &
dare officia ſicut vult, nec tertio pręiu-
dicat, quia vtitur iure ſuo, l. iniuria, §.
1. ff. de iniurijs, l. iudicium ſoluitur, ff.
de iudic. & l. quiſquis, C. ſi cert. pet.
3 vbi Bald. poſt Cyn. dixit, † quòd quã-
tum ad ſuperiorem concedentem offi
cium eſt arbitrariũ, facit optimè text.
in c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. gl. in cle-
men. 2. in ver. electione, eod. tit. & eſt gl.
celebris ĩ l. iuriſperitos, in princ. ff. de ex-
cuſat. tut. ibi, cum honor delatus infra
certũ tẽpus & locũ non haberet, dicit gl.
quia neſcimus, quantum tenebit eum,
idemque Bal. in l. qui ſe patris, ſub nu-
me. 34. verſ. item in conceſſis, C. vnd. li-
4 ber. qui † voluit in iuriſdictionalibus
conceſſionibus conceſſione non ob-
ſtante poſſe reuocare, nam in eis ſem-
per authoritas ſuperioris reſeruatur, &
niſi eius authoritate non poteſt exer-
ceri, cùm in eo reſideat ſuprema pote-
ſtas inſeparabilis, & in l. reſcripta, nu-
me. 12. verſ. quarto quaritur, C. de præ-
cib. Imperat. offer. & conſ. 233. nume. 2.
vol. 3. per tex. ĩ l. 1. ff. de conſtit. Princip.
Andr. in conſt. ea qua ad decus, vbi etiã
Affl. in princ. & in cap. 1. Quæ ſit regal.
in verb. poteſtas, nume. 1. vbi ex Innoc.
& Abb. in c. edoceri, de reſcript. dixit,
5 quòd † quis non põt conſtituere pro-
curatorem perpetuũ, quò minus ſibi li
ceat reuocare, & tradit Bart. in l. cum
6 præcario, ff. de procurat. dum † notauit,
quòd nemo ſibi poteſt legem impo-
nere, à qua ſibi non liceat recedere, l.
7 ſi quis, in princ. ff. de leg. 3. & † magis in
iuriſdictionalibus, quæ tamquam de
iure poſitiuo poſſunt arbitrio Princi-
pis ad ſui libitum reuocari, ſecũdum
Innoc. in c. qua in eccleſiarum, de cõſtit.
Card. Zabar. in c. perpendimus, de ſent.
excommu. Abb. in c. nouit, de iud. Bal. in
l. aliquãdo, ff. de off. conſul. & legat. ĩ 9.
& 10. q. & in d. l. reſcripta, q. 4. dicẽs,
8 quòd † omnia officia Magiſtratus ſunt
de iure ciuili, ſecundum gl. inſtit. de ob-
lig. in ver. neceſſitate, & ideo pro libi-
to auferre poteſt, Luc. de Penn. in l. fi. n.
100. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Affl. ĩ
d. verb. poteſtas, num. 1. nec per talem
reuocationem conquæri valent, natu-
9 ra contractus præcarij † ita ſuadente,
vt vtendum concedatur tandiu quan
diu concedens patitur, ad tex. in l. 1. ff.
de præcar. d. c. ſi gratioſè, de reſcript. in
10 6. Dec. conſ. 271. non enim † aliud cõ-
ceditur, niſi exercitium meri, & mixti
Imperij, & ideo non mirum ſi ad libi-
tum ſit reuocabile, ad text. in l. 2. C. de
agricol. & cenſit. lib. 11. Andr. in d. con-
ſtitu. Ea, qua ad decus, Io. Vinc. de Ann.
alleg. 103. n. 4. & alleg. 144. Do. Carol.
Tap. de conſt. Princip. l. fi. c. 9. n. 74. ver.
* aliud contrarium, par. 2. de cõi* Pincl. in
rubr. C. de reſcind. vend. c. 2. nu. 31. p. 1.
Bellug. in Specul. Princip. rubr. 22. §. &
quia

*quia,n.*31.ſubdens,quòd de dicto *Bal.*
in d.l.qui ſe patris, faciũt magnũ feſtũ
Conſiliarij,qui ſciunt de patrimonia-
libus,*& in rubr.*23.§.*ſed pone,n.*13.di
cẽs *Bald.* loqui ſingulariter, & melius
*in Rubr.*26.*in* §.*Princeps,n.*4.*&* 5. vbi
11 †ampliat etiam ſi cõceſſio in vim con-
tractus pecunia mediante tranſierit,
ſecundum *Aret.in c.nouit,col.*3. *de iu-*
*dit.Natt.conſ.*636.*n.*54.*vol.*3.*Mantic.*
*lib.*3.*de cõiectur.tit.*1.*n.*32.*Roder.Sua-*
*rez alleg.*7.*n.*8.*& alleg.*12.*n.*52.*Affl.*
*in d.conſtit.ea qua ad decus,n.*5.*Solon.*
*de Paſſ.conſ.*21.*Boſſ.de rega.n.*34.*ver.*
ſcias ne erres, qui omnes ita intelligũt
*Bal.in d.l.qui ſe patris,n.*34. & nouiſ-
ſime declarat *Ludo.Caſan.cõſ.*43.*n.*43.
cum ſeqq. idque maximè procedet in
officijs domus Regiæ, vt eleganter di-
xit *Cald.Perer.conſ.*8.*nu.*74.
12 Idem dicitur † in beneficialibus, in
quibus Pontifex habet voluntatẽ pro
ratione, vt dixit *gloſ.in d.c.ſi gratioſè,*
in verb. Romana,Gigans de penſionib.q.
6.*nu.*7.*Rebuff.tom.*3.*conſt.tit.de citat.*
*num.*38. & propterea põt arbitrio ſuo
remouere clericum à beneficio,*gloſ. in*
*c.per principalem,*9.*q.*3.*Imol. & Card.*
*in clem.*1.*vt lit.pendent.Doct.in c.*1.vbi
præcipuè *Fely.n.*48.*de conſtit. Gigans*
*vbi ſupra nu.*10.*Luc.de Penn.in d.l.fi.*
*n.*100.*Sarn. in reg.Cancell.de non tol-*
13 *len.q.p.nu.*7. idemq; † traditur de Vi-
cario, qui poteſt ad nutum ſuperioris
reuocari,non obſtante iuramento, ſe-
cundum *Gemin.in c.*1.*de offi.Vicar.lib.*
6.*Io.And.in c.pen. in fi.de offi. vicar.*
*Franc.Marc.dec.*796.*nu.*1. vbi allegat
concordantes,*Gugl.de Bened.in d.ver.*
14 *duas habens,nu.*44. & maximè † ſi pro
tali officio obtinendo data fuiſſet pe-
cunia, quia tunc etiam ſine cauſa põt
ab ipſo auferri,& reuocari, ſecundum
Bart. in l. licet pro hærede, ff. ſi quis o-
15 *miſſ. cauſ.teſtam.* vbi vult,quòd † ille,
qui dat pro officio, aut præbenda pe-
cuniam,cum det malo animo, titulũ
dicitur habere lucratiuum,licet gràtis
officium illud non habuerit, ſequitur
*Gugl.de Bened.in loco relato,nu.*58. ad-
dens, quòd cũ titulus ei onerosus non
cenſeatur, indubitanter reuocari pote
rit,*& tradit D.Carol.Tap.d.c.*9.*n.*75.
16 Prędicta † tamen & ſi vera ſint, id ta
mẽ minime facere debẽt Principes, ni
ſi ex vrgenti,& iuſta cauſa, ſecundum
Bald.in l.iuriſperitos.ff.de excuſ.tut.&
*ĩ c.*1.*Qui ſucc.tenean.And. & poſt eum*
*Affl.in d.c.*1.*in ver.poteſtas,nu.*2.*Quæ*
*ſit regal.Boer.dec.*149.*n.*11.*Gugl.de Be-*
*ned.in loco nuper allegato,n.*40. vbi ra-
tionem eſſe ait, quia decet à Principe
conceſſum beneficiũ eſſe manſurum,
*c.decet,de reg.iur.lib.*6.aliter enim ſi of
ficia à Rege conceſſa,vel ab alio domi
no eſſent manualia,ſeu reuocabilia, fo
rent vtique deriſoria, & in detrimentũ
ſubditorum conuerterentur cõtra om
17 nem iuſtitiæ ęquitatem,quæ † neminẽ
permittit beneficio decipi; ſed potius
iuuari,*ad tex.ĩ l.in commodato,*§.*ſicut,*
*in fine, ff. commodat. cap.*1.*de offic. vi-*
18 *car. in* 6. eo magis, nam † vt aliàs di-
ximus, officialium mutatio vergit in
publicum Reipublicæ damnũ, quini-
19 mo † eũ reuocando intelligitur auferre
honorem, & facere iniuriã, cùm præ-
ſumatur ab officio remotus ob deli-
ctum,culpam, & malam adminiſtra-
tionem, id quod maximum eſſet de-
decus, & pęna, remoueri ab officio,
quaſi de eo dominus non confidat, vt
notat *gloſ.in l.teſtamento centurio,ff.de*
manumiſſ. teſtam. ibi, *minuitur exiſti-*
matio quando quis ordine mouetur, & l.
fin. in fine, ff. de offic. procurat. Caſar.
*Plat.in l.iudices,nu.*3.*in fine,C.de ann.*
*& tribut.lib.*10.*& in l.quicumque,C.de*
*diuerſ.offic.lib.*12.*& in l.*1.*C. de his qui*
*non impl.ſtip.lib.*10.quæ omnia aliena
à Principe eſſe debent, vt notabiliter
tradit *And.in cap.*1.§.*item ſi clericus, in*
*addict.num.*29.*de Cap.qui cur.vẽd.Ca-*
*pic.deciſ.*121.*Roman.conſ.*236.*num.*1.

D.Ca-

D.Carol. Tap.in d.l. fin.cap.9.num.77.
cum ſeqq.Cabed.dec.Luſitan. 20.*nu.*1.
*& ſeq.p.*2.*D.de Pont.in tract.de poteſt.*
*Proreg.tit. de elect.offic.in princ.nu.*5.
20 qui ait,† quod ex cauſa poſſunt officia
tolli;nõ autem ad nutum,& ratio eſſe
poteſt, quia dolus futurus non remi-
ctitur,*ad tex.in l.iuriſgentium,*§.*illud,*
ff.de pact. Gugl.de Bened. in loco citato,
21 *num.*44.*& ſeqq.* vbi addit,quòd † ius
penitendi non hẽt Rex, quandiu of-
ficium tenens, fidelitatem & iuramen
tum ſeruat, *ad tex. in Auth. iuſiurand.*
*quod praſtat.coll.*2.*Bald.ſingulariter in*
c.peruenit. il 2. *ĩ* 2. *notab.* quem ibi ſe-
quitur *Fely.in fin. de iur.iurand.* & ita
fuiſſe iudicatum teſtatur, & eſſe ſtatu-
tum in Regno Galliæ tempore Ludo-
22 uici Regis,vt † non niſi ex cauſa cogni
ta ipſis auditis in parlamento poſſunt
Magiſtratus reuocari, vt, poſt *Gugl.*
*vbi ſupra,*dixit *Rebuf.de nominat.q.*12.
*num.*36. *Franc.Marc.dec.*19.*vol.*2. *D.*
*Carol.Tap.in loco zelato,n.*77.ſubdens,
23 quòd†ſemel approbatus, abſque cau-
ſa reprobari non poteſt, vt in puncto
eãdem ſententiam approbando dixe-
runt *Capic.dec.*121. *num.*5.*Tiraq.de no*
*bilit.c.*37.*nu.*58.*Pinell.de reſcind.vẽd.*
*p.*1.*c.*2.*num.*20.*Surg.de Neap. illuſtr.*
*nume.*36. *fol.*344.*Cabed.dec.Luſit.*20.
*num.*1.*p.*2.*& poſt alios Bouad.lib.*1. *po*
*lit.c.*16.*num.*28. *idem Tap.in loco cita-*
*to,num.*86. *&* 88.vbi refert ita fuiſſe
iudicatũ in Collaterali Conſilio Nea-
24 politano. E pariter † apud Hiſpanos
condemnatum fuiſſe quemdam ma-
gnatem, qui reuocauerat tabelliona-
tus officium,ad eius reſtitutionẽ, vnà
cum fructibus,& emolumentis, vt te-
ſtatur *Molin.lib.*1.*de Hiſpan.primog.c.*
25.*num.*17.*poſt Greg.Lopez in l.* 2. *tit.*
10.*ver.manteuerle en el, & tit.*15.*p.*2.
*in verb.ſyno el hyco mayor,col.*5.*ver. &*
*nota quod ſucceſſor,Cabed.dec.*20.*num.*
1.*p.*2.*Ceuall.comm.contr.comm.q.*425.
*num.*27.*Guttier.de iuram.confir.p.*1.*c.*
18.*num.*15.*&* 16.*& cap.*30. *num.*19.
*& lib.*3.*pract. quaſt.*11.*num.*9. *Greg.*
*Lopez l.*2.*titu.*15.*par.*2. *gloſ.ſino el hyio*
maior, vbi ita apud Hiſpanos ſeruari
teſtatur, *Palaez de Maiorat.lib.*4.*q.*10.
*num.*7.*Fontanell.de pact. clauſ.*4.*gloſſ.*
10. *cap.*1. *num.*144. *Cald.Perser.cõſil.*
8.*num.*65.vbi ait ita Luſitaniæ recep-
25 tum eſſe, quinimo † ſi ſe benè gerat
officialis in officio, debet per Princi-
pẽ ad maius officiũ promoueri, *Greg.*
*Lop.gloſ.*2 *d.l.*2.*tit.*1.*p.*3.
26 Amplia primo† concluſionem præ-
dictam etiam ſi officij conceſſio facta
fuerit ad beneplacitum, & cum clau-
ſula(quo ad placuerit)nam abſque iu-
ſta cauſa minime poterit reuocari, *d.*
*c.ſi gratioſè,de reſcript.lib.*6.*cum ibi no*
tat. per gloſ.& Doctores,& in cap.ſi de-
*legatus,de offi.deleg.lib.*6.*Franc.Marc.*
27 *dec.*795.*n.*2.cum†ex prædicta clauſu-
la dicantur perpetui, vt ſupra dixi *in*
*cap.*16.*in fi.Gugl.de Benedict. in d. cap.*
*Raynutius in verb.duas habens,nu.*37.
*Burg.de Paz.conſ.*21.*nume.*4.*&* 5.*Ce-*
*uall.comm.contr.comm.q.*425.*num.*16.
*Guttier.pract.quaſt.*3.*q.*11.*num.*2.*cũ*
*ſeq. Greg.Lopez in l.*2.*tit.*10.*p.*2. *verſ.*
manteuerle en el, Anton.Padill.in l.cum
*quis, nume.*34. *C.de iur.& fact.ignor.*
*Cald. d. conſ.*8. *num.* 67. *Boer. d.deciſ.*
149. *nume.*11. *& in tract. de authorit.*
28 *magn. conſil.nu.*154. qui dicit, † quòd
neq; neceſſe habent aliqua confirma-
tione, nouo adueniente Principe, fm
Ludou. Bologni. in d.l. iuriſperitos, Fon-
*tanell.num.*145.*& ſeq. fol.*157. *a tergo*
*Bouadill.lib.*1.*polit.cap.*16.*num.*28.*lit.*
H. licet Salyc.in l.iubemus, C.de aduo-
29 *cat.diuerſ. iud.* officiales † ad benepla-
citum conſtitutos morte inſtituentis
reuocari poſſe, aſſeruerit, de quo vide
*Marcell.Maur.alleg.*40.*vol.*2
30 Amplia ſecundo†in conceſſione of-
ficij,facta ob benemerita, & ſeruitia
præſtita,quæ tranſit in vim cõtractus,
& ob id non poteſt abſque cauſa reuo-

cari, *Andr. in d.conſtit. ea qua ad decus,*
ſequitur *Afflict.in deciſ.*128.*num.*10.
*& in d.ver. poteſtas,nu.*2.dicens,quòd
dictum *And.* eſt notabile, & menti te-
nendum,quod tamen verum putat, ſi
ſeruitia, & merita expreſſa ſint in ipſa
cõceſſione, ſecus ſi in genere exprimã-
tur,ſecũdum *Bald.in l.illud,C. de ſacr.
ſanct. Eccleſ.* cum illa ex quadam con-
ſuetudine hodie apponãtur in omni-
bus priuilegijs, & ideo nõ debent mu-
tare priuilegium, vt ſcilicet efficiatur
contractus,ad notat.per *Bart.in l.*1.*in*
7.*q.ff.de iur.codicill.*quod tamen parũ
refert ex prædictis,vbi nõ niſi ex cauſa
poteſt reuocari,& in vtroque caſu pro
31 cedit,nec eſt † verum, quòd in Princi-
pe requiritur ſeruitiorum probatio, vt
dixit *Clar. in* §. *Donatio.quaſ.*3.*Ceſal.
conſ.*167.*num.*42.*vol.*2.*Velaſc.d.deciſ.*
72.*num.*5.*Cald.d. conſ.*8.*num.*46.*cum
ſeq.* vbi latè declarat, quam eamdem
opinionem tenuit *Franc. Marc. deciſ.*
796.*num.*1.*poſt alios relatos,Capic.dec.*
121.*num.*15.*& ſeq. Guttier. in l. nemo
poteſt,nu.*176.*& ſeq.ff.de leg.*1.*Velaſc.
d.deciſ.*72.*nu.*5.*Cald.d.conſ.*8.*nu.*73.
*Pinell.vbi ſupra,poſt num.*31.
32 Amplia tertio † vt non ſolum reuo-
cari non poſſit abſque iuſta cauſa offi-
cij conceſſio, ſed etiam nec minui, vt
poſt *And.de Barul. notat. Io.de Plat.in
l.præcipit,num.*7.*C.de canon. largit.lib.*
10.*D.Carol.Tap.d.cap.*9.*num.*94. vbi
ait,quòd nec ad minorem dignitatem
ſuſcipiendam compelli poſſit, *l. maio-
ribus,vbi Odoffred. & Io.de Plat.not.C.
Quamadmod.ciuil.mun.indi. lib.*10.
33 Amplia quatto, † vt abſque cauſa
reuocatus officialis ſuccurratur reme-
medijs poſſeſſorijs,*cap.ex tenore,de re-
ſtitu. ſpoliat.Gugl.de Benedict.in d.ver.
duas habens filias,Franc.Marc.d.deciſ.*
795.*nume.*3.*& dec.ſeq. nume.*2.*Capic.
deciſ.*121.*num.*26.*Cenall. comm.contr.
comm.q.*425.*num.*19.*Anna alleg.*103.
*D.Carol.Tap.d.cap.*9.*nu.*74. licet ſub-
dat ex quodam authore damnatum,
34 quod † cùm ex officij conceſſione nul-
lum transferatur ius in re, aut poſſeſ-
ſio in iuriſdictione,ſed nudum exerci-
tium, & adminiſtratio, quòd non
poſſunt habere locum remedia poſ-
ſeſſoria, idque cogitandum relinquo.
35 Amplia quinto † in officio a Re-
ge vendito, quo caſu non poteſt ſine
iuſta cauſa auferri, *ad text. expreſſum
in cap.*1.*de nat. feud.& tex.in* §.*fi.Qui
feud. dar. poſſ.* quia tunc ex contractu
ſunt obnoxij ad verbum ſuum non fa-
ciendum irritum, *Gugl.de Bened. in d.
ver. duas habens filias,num.*36.*Afflict.
deciſ.*128.*nu.*10. *Palat.Rub. de donat.
inter vir.& vx.*§.10.*num.*5. *Cabed. d.
deciſ.*20.*nume.*2.*par.*2. *Iacob.Anto. de
Maur.alleg.*19.*num.*1.*& ſeq.* eſt enim
36 Princeps† ligatus ex contractu, quem
infringere non poteſt,*ex Innoc.in cap.
nouit,de iud. Abb. Fely. & cæteris,quos
alleg. Pinell.in d. Rubr. de reſcind. vẽd.
Guttier.in l.nemo poteſt; num.*177.*ff.de
leg.*1.*Velaſc.dec.*72.*num.*5. *Cald. d.cõ-
ſil.*8.*num.*73.*Camill.Borell. in add. ad
Bellug.rubr.*1. *nume.*12. *verſ. naturam
contractus, Menoch. conſ.*264.*num.*23.
37 idque † procedit etiam in iuriſdictio-
nalibus,vt dicũt *Doctores relati,*& tra-
dunt etiam *Gugl. de Peru. conſil.*16. *in
fine,Foll.de cenſib.ver. & ſubmiſſionis,
num.*4. *&* 15. *vſq; ad fin. Affl.in d. con-
ſtitut.ea qua ad decus ,num.*1. *cum ſeq.
Cravett.conſ.*592. *Menoch.d.conſ.*264.
*Ferd.Mendoz.de pact. lib.*1.*cap.*5. *n.*51.
38 Eſt benè verũ, quòd † Princeps ſi abſ-
que cauſa auferat officium, ita pretio
emptum abſq; culpa officialis, ſed ob
priuatam cauſam, vel publicam vtili-
tatem legem condendo,vel aliàs ex iu
ſta cauſa,tenetur pretium reſtituere,
vt dixit *Bellug.in d.ver.Princeps,num.*
4.*Pinell.in l.*1.*nume.*62.*p.*3.*illat.*16.
C.de bon.matern.& in 1.*p. cap.*2. *C.de
reſcind. vend.num.*14.*Cald.d. conſil.*8.
*num.*68.*& ſeq. Affl. in cap.*1. §. *ſimili-
liter,*

Digitized by Google

*liter, num.*24. *de Cap. qui cur. vend.* ſecus † autem ſi ex culpa officialis auferret, & reuocaret officium, quo caſu nõ teneretur ad ſatisfactionem, vt diſtinguendo tradit *Cabed. dict. deciſio.* 20.
39
40 *nume.* 4. *part.* 2. vel ſi † eſſet inhabilis *Bellug. in Specul. Rub.* 26. *ver. princeps, nume.* 9.

41 Amplia ſexto † in inferiore à Principe, qui officialem ſuum reuocare non poteſt *ad tex. in l. ſolet, ff. de offic. Proconſ. & in Authent. iuſiurandum, de defenſ. ciuitat. D. Carol. Tap. in d. cap.* 9. *nu.* 77. & 82. & in Epiſcopo, *Boer. dec.* 149. *num.* 23. & 24. vbi refert ita iudicatum *Gugl. de benedict. in d. verb. duas*
42 *habens filias, n.* 45. ſubdens, quòd † hoc caſu ſi reuocaret teneretur ad omnia præparamenta, intereſſe, & damna, tã in foro cõſcientiæ, quàm in foro contentioſo, ſicut non poteſt expoliare *Auna alleg.* 103. *ſub num.* 4. *vbi Fab. in addict.* & in Barone dixit *Bonad. lib.* 1. *polit. cap.* 16. *num.* 10. 28. & *ſeqq.* & *lib.* 2. *cap.* 16. *fall.* 43.

43 Amplia ſeptimo † quando electio officialis facta non fuiſſet ſub nomine dignitatis, *Bald. in conſ.* 359. *vol.* 1. qui loquitur in ſucceſſore per electionem, quòd non poſſit reuocare electionem officij ſub nomine dignitatis factam, ſequitur *Capic. dec.* 121. *num.* 4. & *ſeq.* & optimè poſt infinitos alios ponit *Cald. Perier. dict. conſil.* 8. *num.* 52. *cum ſequentibus.*

44 Amplia octauo † in electoribus inferioribus, quia, facta electione, non poſſunt mutare propoſitum, eam reuocando, & aliam de nouo faciendo, *ad text. in cap. cum inter, vbi gloſſ. in verb. ſubſcriptam, de electio.* dum ait, quòd facta publicatione ſcrutinij etiã ante perfectam electionem, & collationem ſuffragiorum, nequeunt electores variare, *per text. in capit. publicato, & in capit. in cauſis, de electiou.* & ſubdit, quòd in hoc caſu electus poteſt adire ſuperiorem, refert, & ſequitur *Cabed. deciſio.* 84. *nume.* 11. *part.* 2.
45 dicens rationem eſſe, quia † per electionem ius acquiritur electo, licèt nõ acquiratur exercitium, vt eſt *gloſſ. in cap. quanto,* 63. *diſtinct.* quam ſingularẽ dixit *Abb. in cap. ſacro ſancta, de elect. Petr. Abiax. in direct. electton. cap.* 8. *part.* 1. & *capit.* 34. *part.* 3. *Ioan. Baptiſt. Coſt. de remed. ſuaſidia. remed.* 78. *num.* 9. *Surd. cõſ.* 264. *num.* 33. *vol.* 2. maximè vbi electio eſſet confirmata à Principe, *ad text. in l.* & *quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 25. *nume.* 10. *Aug. conſ.* 220. *num.* 5. & *per totum, Cabed. d. deciſ.* 84. *num.* 14. *vbi latè.*

SVMMARIVM.

1 *Officia non ſolum certa perſona à Principe conceduntur ſed etiam in eius filios, & hæredes ampliari ſolent, quod Proregi prohibitum eſt in Regno, ibidem remiſſiuè.*

2 *Filij Doctorum, & Aduocatorum maximè officialium potius eligendi ſunt ad officia, quam alij extranei, idque per plures Reges, & Reſpublicas obſeruatum aſſeritur, & nu.* 3. & 4. *cum pluribus ſeqq. limit. num.* 10. 11. & 12.

5 *Romani filios Senatorum vnà cum patribus ad curiam admittebant.*

6 *Longobardi in morte officialiũ filios eorum eligebant.*

8 *Officia Regni vendibilia prius cõcedi ſolent à D. Prorege filijs officialium ẽt pro minori pretio, quàm alijs concurrentibus, ſed hodie contra.*

12 *Officiorum continuatio inter patrem, & filium an de iure ſit prohibita.*

13 *Officium ſi patri, & filio concedatur, & exinde pater delinquat ob quod officio priuatur, tunc etiam filius illud perdit, & num.* 15. *ſed contraria opinio eſt verior, num.* 16. *amplia num.* 17. & 18.

14 *Feudum ſi quis acquirat pro ſe, & filijs quod exinde ob delictum ammittat, an etiam filij illud perdere videantur, & num. 15.*

18 *Priuilegium conceſſum alicui, & eius filijs, ſi exinde illi adimatur, an etiam filijs videatur ademptum, & num. 19.*

19 *Patris delictum in dignitatibus, & honoribus nõ nocet filijs, diſtingue vt n. 34.*

20 *Electus ab officiali, qui eligendi poteſtatem habebat à ſuperiore, tunc à ipſo ſuperiore electus videtur, & nu. 36.*

21 *Vſusfructus, cum ſit perſonalis, ad hæredes non tranſmittitur, & nume. 23. 24. & 32.*

Officia regulariter non tranſmittuntur ad hæredes, cum ſint perſonalia, ſub n. 21. 23. 30. & 32.

22 *Argumentum de officio ad vſumfructum valet.*

24 *Vſusfructus ampliatus in perſonam hæredis, vel alterius, poſt tempus finitum dicitur nouus vſusfructus.*

25 *Officium ampliatum in perſonam hæredis vel alterius, finito tempore dicitur nouum officium.*

26 *Vſusfructus ſi ſit legatus Titio, & hæredibus, & Titius ſit capite diminutus, an extinctum videatur, ẽt quò ad hæredes, & num. 27.*

27 *Feudatarius ſi committat felloniam, vnde feudo ſit priuãdus, an etiam hæres excludatur, & num. 29. & 33.*

28 *Emphiteuſis ſi ſit conceſſa pro ſe, & filijs, exinde, filij mortuo patre, illam à domino, & non à patre acquirere dicuntur.*

29 *Argumentum à feudis ad officia an valeat.*

31 *Feuda de ſui natura tranſmittuntur ad hæredes.*

35 *Officium ſi alicui concedatur pro ſe, & filio à ſe nominando, & eligendo, ſi pater delinquat, ob quod veniat officio priuandus, an delictum noceat filio nominando, & numero 38. vbi optima diſtinctio.*

37 *Electione facta an poſſit eligẽs illam mutare & variare.*

38 *Officio principali reuocato, omnia acceſſoria etiam reuocata videntur, & numero 39.*

40 *Eligendi, ſeu nominandi ſucceſſorem in officio poteſtatem habens, quando filium nominaſſe dicatur.*

41 *Officium ſi alicui concedatur cum poteſtate eligendi, ſeu nominandi, ſi certam perſonam nominauerit, ſed res effectum non habuit, poteſt iterum nominare, & num. 42. vbi de ratione, amplia etiam in feudis, num. 43. ſed quid ſi nominauit indignum, vide ſub d. num. 41.*

44 *Officium ſi alicui ſit conceſſum cum poteſtate nominandi in caſu mortis, an ſi nominetur et mors ſequatur ciuilis, officium habere poſſit, & nu. 45.*

45 *Mortis appellatione in ſucceſſione officij in caſu mortis, an veniat mors ciuilis*

46 *Officium ſi alicui concedatur cum poteſtate nominandi certam perſonam, an nominatio, ſeu electio ſucceſſoris in officio facienda, poſſit fieri per ipſum nominantem, ſi eſt exul vel deportatus, contumax, vel bannitus, & numero 47. 48. & 49.*

50 *Officium ſi alicui cõceſſum cum poteſtate nominandi filium, vel generum, aut alium hæredem, an ſi fiat nominatio de hærede qui non ſit filius, valeat.*

51 *Officium ſi alicui concedatur cum poteſtate nominandi, & eligendi certam perſonam, an nominatio poſſit fieri in contractu, tam inter viuos, quàm in teſtamento, vel coram teſtibus, & nume. 52.*

53 *Officium ſi alicui ſit conceſſum cum poteſtate nominandi, ſi neminem nominauerit, quis ſuccedat in officio.*

54 *Officium ſi alicui cõcedatur cũ poteſtate nominãdi vnũ ex hæredibus, an poſſit nominare hæredem extraneum.*

55 *Officium ſi alicui ſit conceſſum cum facultate illud transferendi in hæredes, ſi*

ſi plures ſint hæredes, an officium diuidatur, maxime ſi iuriſdictio diuiſionem nõ patiatur, uel ſit diuidẽdũ per regiones & tempora, an vero ponere debeãt vnum Vicarium, qui pro omnibus adminiſtret, & quid ſi vnus hæredum eſt inhabilis, vel impeditus, & nu.56.57.58. & 59.

60 *Officium ſi alicui cõcedatur cũ poteſtate nominãdi, nõ poteſt feminã nominare, ampl.nu.61.lim.nu.62.*

63 *Officium ſi alicui ſit conceſſum cum poteſtate nominandi non poteſt nominare mediante pretio, vendendo officium, & de ratione nu.64.*

65 *Officij ampliatio facta poſt mortem alicuius non procedit ab inteſtato, ſi ille fuerit foriudicatus. vbi de ratione.*

Foriudicatus non dicitur mori ab inteſtato, ſub num. 65.

66 *Officia ex parentũ ſubſtantia peruenientia & à Rege confirmata, an ſint imputanda, & conferenda, vide remiſſiue.*

67 *Officium ampliatum an ſit idem officiũ. vide remiſſiue.*

68 *Officij ampliatio ſi à Rege concedatur, habetur ac ſi tempus ampliationis fuiſſet appoſitum à principio.*

69 *Officium ſi alicui concedatur cõ poteſtate nominandi vnum ex hæredibus, an ſufficiat illũ eſſe hæredẽ particularẽ, vel particularem ſucceſſorẽ in officio.*

ARGVMENTVM.

De officiorum Ampliatione.

CAPVT XXVIII.

1 OFFICIA † à Principe
nedum certę perſonę cõ
ceduntur, verum etiam
& illa in hæredes am-
pliari cõſueuerũt, quod
Principi permiſſum eſt, vt dixit *Ioan.*
And. in c. ſi. col. penult. extr. de iud. per
text. in l.2. §. nouiſſime ff. de orig. iur.
cap. venerabile, de elect. & idem tenuit
Andr. in cap. 1. §. cæteri vero Quis di-
cat. dux. idq. generaliter fuit de anno
1574. mandatum per literas Regias
in officijs iuriſdictionem non haben-
tibus, vt ea ampliari potuiſſent ad
vnam vitam ſoluto certo pretio, qui
ordo duraret per annum rãtum, licet
hodie adſit ordo in cõtrarium, vt mi-
nimè tales ampliationes fieri poſſint
per Proreges, vt infra dicam lib.6.
Huiuſmodi autem ampliatio vt plu
rimũ in filios ſeruari videmus, *ad tex.*
notab. in l. iubemus, §. pro ſportulis, ver.
& filios Aduocatorũ, C. de aduoc. diuerſ.
2 *iud.* vbi † ſi Aduocati perpetuò electi
in Reipublicę patrocinium decedant,
eorum filij ſuperſtites, ac Doctores po
tius eligi debent ab ipſa Republica,
quàm alij extranei, & ex hoc refert *Pe-*
tr. de Gregor. in tract. de conceſſ. feudi,
part. 1. quæſt. 4. num. 18. quòd Ca-
3 tholicus † Rex noſter Ferdinandus
(ęternę) memorię vt plurimum officia
Siculis conceſſa ad vitam, & inde va-
cantia in hoc Regno propter mortem
officialium poſſidentium, cęteris pari-
bus hæredi ęquè idoneo defuncti offi-
cialis concedere, & eius perſonam be-
nigna gratificatione cæteris concur-
rentibus anteferre conſueuit, idem-
que ſeruatum fuiſſe per Reges Portu-
galliæ teſtatur *Aluar. Velaſc. in deciſ.*
Luſitan.129.num.13. ibique tranſijſſe
ĩ quaſi obligationẽ, & debitum ipſius
Regis, *ad not. per Bart. in l.1. §. permit*
titur, ff. de aqu. quotid. & æſt. vbi ait,
practicam hanc inoleuiſſe ex *text. in l.*
1. C. de fil. offic. milit. lib.12. cuius ver-
ba ſunt, *hij qui ex officialibus quorum-*
cumque officiorum geniti ſunt, ſiue eo-
rumdem parentes adhuc ſacramento te-
nentur, ſiue iam dimiſſi ſunt, in pa-
rentum militiam vocentur, & ibi hoc
notant *Luc. de Penn. Plat. & alij*, eam-
que extẽdit ipſe *Velaſc.* generaliter ad
oẽs filios officialiũ in pace, & pariter
ſerua-

Digitized by Google

ſeruari per Catholicũ Regem noſtrũ
tradit *Dom. de Pont. in deciſ.* 27. hinc
5 eſt, quòd † Romani Senatorum fi-
lios vnà cum patribus in curiam ad-
mittebant, vt negotijs aſſiſterent, exẽ-
plo parentis terminandis, vt refert *ex
Gell. & Alijs Petr. de Gregor. Tholoſ.
ſyntagm. iur. par. 3. lib. 47. c. 9. ſub nu-
me. 23. verſic. benè conſultum*, & pa-
6 riter Populi † Lombardiæ in morte
dominorum, ac gubernatorum eli-
gebant filios, etiam infantes in guber
natores militum veteranorum, vt di-
xit *Bald. in l. fina. in fine, C. de teſtam.
milit. Felyn. in cap. cum vigeſimum, de
7 offic. delegat.* & † propterea, dixit *Pa-
tricius in ſua Republica*, quòd in adipi-
ſcendis Patriæ honoribus, qui paren-
tes, auos, maioresque ſuos publicis
honoribus honeſtatos habuerunt, hij
quaſi hæreditario quodam iure Rei-
publicæ curam accipiebant, in eam-
que amplificandam neruos omnes in-
tendebant, idemque tradit *Breſius lib.
1. de Reipubl.* quem refert *Simanc. in
ſimili tracta. lib. 3. capit.* 5. quod vidi-
8 mus † pluries practicatũ per Illuſtriſ-
ſimos & Eccellentiſſimos Proreges,
& Tribunal Regij Patrimonij in offi-
cijs venditioni expoſitis, quòd filij,
& cõſanguinei officialium pro eodem
pretio, & aliquando minori alijs prę-
ferri faciunt, & ſi hodie ex mandato
S. Cath. Maieſtatis ſit expreſsè prohi-
9 bitum, inde eſt, quod † in pleriſque
locis mortuo Poteſtate ſubrogatur fi-
lius eius in officio pro illo t pe, quo du
rat officiũ, *Caccial. in d. l. diem functo, q.
21. vbi et Iac. de Negr. n. 41. ff. de offic.
aſſeſſ. Bal. in l. aliquando, n. 5. ff. de offi.
procõſul. et legat. Do. Marius Mut. ſuper
cap. 35. Reg. Iacobi, nume. 92. & ſeq.*
10 ſi † tamen eaſdem virtutes paternas,
& dignitatem habere videatur, ad la-
tiſſimè tradita per *Matthienſ. in Dia-
log. relat. 3. capit. 5. nume. 5. cum ſequ.*
11 ſecus ſi † eſſet inhabilis, *Bellug. in Spe-
cul. rubr. 26. verſic. Princeps, nume. 9.*
quo caſu, ſi ſibi pariter fuerat officium
conceſſum, erit eidem de conſimili be
neficio prouidendum, ad not. per *glo.
in cap. vnic. in feud. An mut. vel Surd.*
12 licet † non ommittam dicere, quòd
iſta officiorum continuatio inter pa-
trem & filium ſit de iure prohibita,
*ad tex. in l. 1. & ibi Io. de Plat. C. de
muner. & honorib. non cont. lib. 10. A-
uend. de exequend. mand. c. 19. ſub nu.
16. verſ. ſeptimus caſus eſt.*
13 Quæro modo, † officium eſt con-
ceſſum patri, & filio nominato, quod
per Principem fieri non prohibetur,
*ad tex. in cap. præſentium, cap. ex tua,
& pen. de fil. presb. vbi Canoniſt. omnes*,
quid ſi pater delinquat, ob quod ve-
niat officio priuandus, an eius delictũ
noceat filio? videtur quòd ſic, vt per
*Alex. & alios in l. filiusfamilias, §. Di-
ni, ff. de leg. 2. colum. 3. Bart. in l. eum
qui, ff. de interd. & relegat.* ſicut † di-
14 citur in feudo acquiſito pro ſe, & fi-
lijs, nam ſi delinquendo ammittit feu
dum, perdunt etiam & filij, ſecun-
dum *gloſ. vbi Bald. in §. hoc quoque,
de ſucceſſ. feud. Barto. in d. l. eum qui,
Andr. in cap. primo, de alienat. feud. pa-
ter. Bald. in l. emancipatum, §. 1. ff. de
Senat. Capic. deciſ.* 121. & poſt plures
*Roſental. cap. 7. concluſ. 22. nu. 4. vbi
addict. in lit. D.* maximè quòd dicere-
tur priuilegium patris, & eius intuitu
acquiſitum, & non filij, *Bald. in l. non
plures, C. de ſacr. Sanct. Eccleſ. Duenn.
15 Regul.* 345. *nume.* 9. & ſicut † poterat
pater priuare filium officio in contra-
hendo, ita delinquendo, vt dixit
*Bald. in d. l. emancipatum, §. fina. Al-
nar. in c. 1. §. denique, Quæ fuit prim.
cauſ. benef. ammitt. Curt. de feud. par-
te quinta, titu. an & quando in feud.
delict. patr. noc. fil. per totum*, & cla-
rum eſt, quòd filius non poterat ha-
bere officium citra ius, & nomen
hæredis, *capit. primo, An cogna. cum*

ſua

ſuo materia, l. cum à matre, C. de rei uẽd. Aret. in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. & in l. apud Iulianum, §. ſi quid alicui, ff. de legat. 1. & per delictum videtur pater abſtuliſſe officium à filio, *per text. in l. ſi ſeruus, §. ſi oliuam, ff. ad leg. Aquil. iuncta l. rem legatam, ff. de adimend. legat. arg. l. Imperatores, ff. de iur. fiſc. Dueun. d. Regul.* 345. *num.* 10.

16 Contrarium tamen eſt verius, quia † delictũ patris non nocet filio, ad *tex. in l. 2. §. nullum patris delictum innocenti filio pena. ff. de decurionib. l. emancipatio, §. fin. ff. de ſenat. l. 3. ff. de interd. & relegat. Couarr. variar. reſolu. lib. 2. cap.* 8. *cum concordant. relatis per Farina. de delictis, & pœnis, quæſ.* 24. *num.* 25. maximè ſi non vti hęres patris, ſed ex perſona propria, & concedentis ſuccedit *Bald. Salicet. & alij in l. 2. C. de libert. & eorum liber. & eſt tex. in l. emancipatũ, §. 1. & ibi gl. ff. de ſenator.* optimè *Bar. in d. l. eum qui ff. de interd. & releg.* vbi ita diſtinguit, eiuſque diſtinctionem ſequuti ſunt omnes, vt dixit *Iacob. de Sãct. Georg. de feud. in verb. dictiq. vaſſalli promiſerunt, num.* 60. *in fin. Alex. conſ.* 19. *num.* 15. *lib.* 5. vbi refert magis communem* opinionem, *Roland. conſ.* 28. *num.* 11. *lib.* 3. *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.* 3. *quæſt.* 7. *in princ. Mar. Mut. ſuper cap.* 45. *Reg. Iacobi, num.* 72. *vbi addictionem meam ad Petr. de Greg. in loco relato commemorat, Dueun. poſt alios Regul.* 346. *nu.* 5. *verſ. quinto limita*, idque oſtenditur, ſi in conceſſione

17 † officij filius eſſet expreſsè nominat*, tunc enim dicitur conceſſio facta contẽplatione patris, & filiorum, vt poſt *And. & alios, voluit Menoch. conſ.* 261. *nu.* 36. *& ſeq. vol.* 2. *& lib.* 3. *præſumpt.* 28. *per totam*, & in ſpecie *Salicet. in l. nõ plures, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* vbi quæ-

18 rit, quid † ſi alicui eſt conceſſum priuilegium, vt ipſe poſſit eſſe de cõſilio, & etiam filij, & poſtea ei adimatur priuilegium, an videatur etiam filijs ademptum? primo loco arguit cõtra filios, vt eis etiam videatur ademptum, quibus propter patrem fuit cõceſſum, ſed

19 in contrarium determinat, quia † in dignitatibus, & honoribus delictum patris non nocet filijs, idemq. tradit *Bal. in l. cum antiquioribus, num.* 18. *verſic. tertio arguo, C. de iur. deliberand.* quia non ab eo immediatè proueniunt, ſed ab alio, hoc eſt à Rege, licet propter eum, *d. l. emancipatum, Imol. per illum textũ, in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, ff. de lega.* 2. *& eſt tex. in l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſq. vni-*

20 *uerſ. nom.* vbi † electus à Duumuiris, quibus ius eligendi à populo conceſſũ erat, ab ipſo populo electus videtur, non aũt ab eligentibus, *l. municipibus, ff. de condict. & demonſtr. Molin. de primog. Hiſp. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 5. 10. *et ſeq. Cancer. variar. reſolu. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 31. *& ſeq.*

21 Confirmantur prædicta, nam, † ſicut vſusfructus ad heredes non tranſmittitur, cùm ſit merè perſonalis, ita pariter dicẽdum eſt in officijs, in qui-

22 bus † de vno ad aliud licitum eſt arguere, *ad tex. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc.* dixit *Bart. in l. qui mihi vſumfructum, ff. de vſufr. le-*

23 *gat.* & † propterea, ſi ad vitam concedantur ſunt perſonalia, & morte extinguuntur, nec ad hæredes tranſmittunrur, *ad text. in l.* 1. *& ibi Iacob. de Aren. & Bart. ff. de fideiuſſ. tut. & l. cuius bonis, vbi Bart. & Bald. ff. de curat. furioſ.* quem peregrinum eſſe dixerũt *Bart. & Bald. in l. tutela, ff. de tutel.* niſi expreſsè hæredibus concedantur, *idẽ Bald. ibidem, & in l. idem Iulianus, §. ſi quis alicui ff. de legat.* 1. *Aretin. in l. mariti, n.* 4. *ff. ſolu. matr. Andr. in c.* 1. *in fi. De feud. March. & ĩ c.* 1. *de feud. guard. Frec. de ſubfeu. lib.* 2. *q.* 50. *Alex. in l. qa tale, vbi etiam Barboſ. num.* 78. *ff. ſolut. matrim. Soc. ſen. conſ.* 146. *lib.* 1. *Affl. in conſtit. Ea quæ ad decus, nu.* 11. *D. Tap.*

de

de conſtitut. Princip. p.2.c.3.nume.24.
24 ſicut etiam dicimus in vſufructu,† qui
licet morte extinguatur, *ad text. in §. finitur, inſtitut. de vſufruct.* tamen ſi
concedatur hæredi, tunc in perſona
hæredis erit nouus vſufructus, ſecundum *Bald. & Salyc. in l. antiquitas, C. de vſufruct. Alex. conſ.23. vol.1. Bart. in l. dies cautionis, ff. de damn. infect.* lo-
25 quens de officijs, quod † officium, ampliatum poſt tempus finitum in perſona vnius, eſt nouum officium, & tamen *Bart.* loquitur reſpectu eiuſdem perſonæ, eo magis erit, & fortius reſpectu diuerſæ perſonæ, *Natt. conſ.57. nu. 2. vol.1.* ſi ergo nouum erit officium in perſona filij, quomodo poteſt dici qđ debeat officio proprio priuari propter delictum patris? & hoc eſt quòd dicũt *Bald. & Salyc.* in loco proxime relato
26 per iſta formalia verba,† *Si eſt legatus vſusfructus Titio, & hæredibus, & Titius eſt capite diminutus, numquid vſusfructus finiatur quò ad eum & hæredes?*
27 *videtur quòd ſic, ſicut in feudo,† quia ſi acquirens feudum committat felloniam, propter hoc excluditur & eius hæres; cõtrarium dico, quia ipſe benè excluditur, & eo viuente conſolidatur proprietati, ſed eo mortuo habebit hæres, arg. l. Diui fratres ff. de iur. patron.* & ſubdit ibi *Salyc. non credas, quòd vſusfructus non finiatur, nam finitur, ſed renouatur in perſona ſecũdi, & duo ſunt vſufructuarij,* hinc dixit *Bart. in l. mortis cauſa, ff. de donat. cauſ. mort. per illum tex. quem refert Petrus de Gregor. de conceſſ. feud.*
28 *part.3.d.quæſt.7.num.30.* quòd † ſi eſt
cõceſſa emphiteuſis pro ſe, & filijs, iſti filij, qui poſt mortem patris debẽt habere emphiteuſim, dicuntur capere illam à domino cauſa mortis patris, nõ autem ab ipſo patre, & tamen ab ipſo patre fuerat acquiſita emphiteuſis, ſequitur *Iaſ. in l.2. colum. vlt. C. de iur. emphiteot.*

Non obſtant contraria, quia procedunt vbi filius ex perſona patris, tãquam hęres ſuccederet in officio, ſecus in caſu propoſito, vbi ex perſona cõcedẽtis officium acquiritur ex prædictis.
29 Item procederet in feudalibus, † vbi
delictũ patris nocet filio, *ad notat. per Capic. in d. deciſ.121. & alios ſupra relatos per Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par.8. quæſt.15.* & ibi *ſcripſi,* quę tamẽ diuerſam habent naturam ab officijs, & non valet arguere, vt dixi *ſupra in cap.25. ex notat. per Andr. & cæteros in cap.1. §. morsbus, ſi de feud. defunct. mil.*
30 nã † officia non ſunt ad hæredes tranſ-
31 miſſibilia, feuda verò de ſui natura † ad
hæredes tranſmictuntur, imo debent venire cum qualitate hæreditaria, *ad tex. in cap.1. An agnat. vbi Andr. & omnes,* quod non eſt in officijs, aut digni-
32 tatibus, vel vſufructu, † quæ omnia
morte extinguuntur, & ideo non bene arguit *Capic.* de feudis ad officia, quia confunditur eius opinio *per dec. Bald. & Salyc. in d. l. antiquitas,* quinimo, vt benè aduertit *Bald. in cap.1. §. ſi vaſſallus, ſi de feud. fuerit contr. inter dom. &*
33 *agnat.* ſpeciale † eſt in feudo, quòd delictum patris noceat filio propter feloniam, vt colligitur expreſsè *per Saly. in d. l.2. C. de libert. & eorum liber.* vbi
34 mouens † quæſtionem, an delictũ pa-
tris noceat filijs, diſtinguit iſto modo, aut ſumus ĩ dignitatibus, & honorib⁹, & tũc dic vt *in l. emãcipatũ, C. de ſenat.* aut in emphiteuſi, & feudis, & tunc facit aliam diſtinctionem, vt ibi *per eũ,* ad quã ingredi non oportet, quia non tangit materiam noſtram, ecce ergo qualiter *Salyc.* loquẽs an delictum patris noceat filio, diuidit dignitates, & honores, ac feuda diuerſimode decidendo, & firmando ſemper quòd in honoribus, & dignitatibus non noceat, quia in perſona filij eſt alia dignitas, *ad text. in d. l. emancipatum,* & tradita per eumdem *Salyc. & Bald. in d. l. antiquitas.*

Quæro

35 Quæro ſecundo, † quid dicendum
ſi conceſſio ſit ſacta pro ſe & filio no-
minando, an delictum patris noceat
filio? videtur dicendum quod non,
quia eligens, ſeu nominans pater non
habet electionem iure proprio, ſed a-
lieno iure, conceſſio ſiquidem, & ver-
ba reſpiciunt nominatum, vel electũ,
vt optimè diſtinguendo tradit *Bar. in
l. 2. §. 1. ff. de option. legat.* cũ quo tran-
* ſeunt *ibi communiter * Doctores*, idem
*Bartol. & Imol. in l. abſenti, ff. de donat.
Roman. conſ. 116. incip. viſis*, vbi ait,
36 quòd † eligens authoritate ſuperioris
non ipſe eligit, ſed ſuperior concedẽs,
37 in tantum, quòd † facta electione, ta-
lis eligens, vel nominans, cũ non ha-
beat electionem iure proprio, non po-
terit vlterius mutare dictam electio-
nem, ſeu nominationem, eo q eligen-
do functus fuit officio ſuo, *ad tex. in
cap. publicato, & ibi notant omnes, ex-
tra de elect. in 6. & l. Index poſteaquã,
ff. de re iud. Bart. poſt Cuman. & cate-
ros in l. ſerui electione, ff. de legat. 1. & l.
vnũ ex familia, vbi Bart. Bal. & Caſtr.
ff. de legat. 2.* quod tamen intellige, vbi
ſubſequuta eſſet ſuperioris confirma-
tio, vt dixit *Bar. in d. l. 2. §. 1. ff. de optio.
legat. Bal. conſ. 451. volum. 4.* nam aliàs
poſſet iterũ nominare, & variando re-
nocare, *ad tex. in d. l. cum pater, §. à fi-
lia, vbi gloſ. in verb. non eſſe electionem,
& in verſ. nam in eum, ff. de legat. 2. &
tex. in d. l. vnum ex familia, in prin.* ibi,
*an quandiu poteſt mutari voluntas, An-
gel. in l. ſtipulatio iſta, §. inter, nume. 1.
ff. de verb. oblig.* & ibidem *Alex. Anto.
Padill. in d. l. vnum ex familia, nu. 11.*
vbi multa ponit in materia, & opti-
mè *Molin. in d. cap. 4. num. 22. & ſequ.*
maximè ſi poſt nominationem non
fuiſſet tradita poſſeſſio officij, vt tra-
dit idem *Padill. in loco relato*.
38 Prædicta † tamen intellige niſi no-
minatio facta fuiſſet poſt delictum, &
condemnationem priuationis officij
inde ſequutam, quia tunc ſicut per pri
uationem officium reuerſum fuit ad
Principem concedẽtem, ita & omnes
acceſſiones, electiones, potentiæ, arbi-
tria, & poteſtas eligendi tanquam ap
pendices, ſecundum *Bald. & Affl. in
cap. 1. §. rurſus, de controu. inueſt.* & re-
39 uocato † officio principali fuit extin-
cta, & reuocata acceſſio, *ad tex. in l. 1.
& 2. ff. de pen. legat. §. ſi quis ancillas,
inſtit. de legat.* & propterea recurrendũ
erit ad Principem pro nominatione,
cum ex prædictis acquiſitum ſit ius in
officio per nominandum, nec delictũ
40 nocet, ſed † quando pater poteſtatem
habens nominandi ſucceſſorẽ in of-
ficio dicatur nominaſſe filium, vide
nouiſſimè *Iac. Manr. alleg. 75. num. 1.
cum ſeq.* poſt hæc ſcripta viſum.
41 Quæro tertio † quid ſi poteſtatem
habens nominandi, certam perſonam
nominauerit, quæ nominatio effectũ
inde non habuerit, ob mortem perſo-
næ nominatę, vel aliam ſimilem cau-
ſam, an poſſit iterum nominare? reſpõ
deo, quòd ſic, donec nominatio ſuum
ſortiatur effectum, *ad tex. in cap. ſi ele-
ctio, de elect. in 6. vbi etiam gloſ. & Do-
ctores l. hac conditio, la prima, ff. de cõd.
& demonſtr. vbi Alber. in ſpecie, & tex.
in l. 2. ibi data igitur optime, ff. de optio.
lega.* cum ſimilibus traditis per *Tiraq.
in l. boue, §. hoc ſermone, ff. de verb.
ſignifi. limit. 1. num. 1. cum ſeqq. Peralt.
in l. cum quidam, nume. 2. & ſeq. ff. de
legat. 2. Molin. d. c. 4. n. 38. & 39. Surd.
cõſ. 264. n. 7.* nã cũ hęc † ptãs nominã-
di ſit facultas, non expirat facta nomi
natione, niſi ſequuto effectu, *Innoc. in
c. in cauſis, de elect. Dec. in cap. in literis
42 col. 2. ibi Quinta concluſio, de offi. deleg.
& conſ. 541. & 542.* & in ſpecie *Vinc.
de Ann. alleg. 139. nume. 27. cum ſeqq.*
vbi *addict.* allegat concordantes. Idq;
43 † procedit etiam in feudis, *Andr. in c.
1. col. 2. ſi vaſſall. feud. priuet.* & ſequi-
tur *idem Capic. d. dec. 121. num. 31. Iac.*

Maur. d. alleg.75. num.5.

Et quid ſi nominauerit indignum, an poſſit iterum nominare? vide Fontanel.de pact.nuptial.clauſula 4.gloſ.10. p.1.num.42. cum ſeq.

44 Quæro quarto † an filius, ſiue hæres expreſsè nominatus habebit officium ſtatim ſequuta condemnatione patris,& ſic morte ciuili,dic quod ſic, ex doctrina Andr.in cap.1. §. moribus, ſi de feud. defunct. milit. & in c.1. §. ſi. qua fuit prim. cauſ.benefic.amitt. Bald. in c.1. per illum tex. ſi vaſſal.feud.priu.
45 ſemper enim† quòd mors ciuilis eumdem operatur effectũ quem mors naturalis, tunc appellatione mortis naturalis venit & ciuilis,ſecundum Bar. in l.ex ea parte, §.in inſulam, cum aliis adductis per Ceſal.in conſ.395.nu.32. & Menoch.conſ.575.nu.3.vol.6.Cenal. comm.contr. comm.q.63.

46 Quæro quinto †an talis nominatio fieri poſſit etiam ſi nominãs eſſet exul, vel deportatus, Reſpondeo affirmatiuè, per tex.in l. cum pater, §. hæreditatem,ibi,deportato eligendi facultatẽ non eſſe pœna peremptam, et l.ex facto,§.ſed quis rogatus,il 2. ff. ad Trebell. Padill. in d.l. vnum ex familia, num.9. pœna
47 † etenim exilij, vel deportationis non priuat eum poteſtate nominandi, & eligendi ſibi ſucceſſorem in officio ex conceſſione Principis ſibi tributa,
48 quia† non habet, nec verſatur in hac nominatione, niſi nudum miniſteriũ
49 facti. Et† in bannito, ſeu contumace, quòd durante banno poſſit nominare,tradit D. de Pont. in tract.de poteſta. Proreg. titu. de prouiſ. fie. ſoli. cap. 1.nume.7. uſque ad fin. vbi refert ita iudicatum.

50 Quæro ſexto,†quid ſi conceſſio ampliationis officij facta fuerit pro filio, vel genero,aut alio hærede, an nominatio facta de hærede, qui non ſit filius neq; gener ſit valida, quaſi quod ſit neceſſarium quòd hæres ſit filius, vel gener, Io. Vinc. de Ann. alleg.32. refert valere, & ita iudicatum extitiſſe in Collateral. conſil. per tex.in l. quæſitum,§.fi.ff.de fund.inſtruct. & gloſſ. in l.cum ſeruo,ff.de contrah. empt. nam licèt poteſtas ſit data ad vnum hæredem, filium,vel generum, Rex voluit cuicumque ampliare, & in quemcũque habilem tenet ampliatio.

51 Quæro ſeptimo†an nominatio fieri poſſit tàm in contractibus inter viuos, quàm in teſtamento? dicas quod ſic, per text. in dict. l. vnum ex familia,quem ad hoc adducit ibi Auto.Padill. nume.9. & ante eum dixit Caſtr. ibidem allegans tex.in d.l. ex facto,§. ſi
52 quis rogatus fuerit, ff. ad Trebell.† & ſubdit, quòd fieri poteſt corã duobus teſtibus,nam & ſi nominatio ſit faciẽda, vt locum habeat poſt eius mortẽ, hoc eius fauorem reſpicit, cui grauatus poteſt ad ſui libitum renũtiare, & tradit etiam Molin.in d.c.4.n.32.

53 Quæro octauo, † quid ſi neminem nominauerit,qs ſuccedat? Dic,quòd hæres ab inteſtato, ad text. in l. ſecundum reſponſum, C. de committ. ſtipulat. Bald.in l. cum poſt, §. gener, in lect. antiq.ff.de iur. dotium, Vinc. de Ann. poſt alios per eum relatos ſing. 391. vbi Fabius filius in add. allegat Vinc. de Fráchb. dec.45. num.2. Frec. de ſubfeud.lib.2.q.
54 42. Iacob. Maur. alleg.43. vbi an†poſſit nominari extraneus hæres. Soc. iun. conſ.83. num.7.lib.4. Natt. conſ.226. num.9.& 10. Menoch.conſ.210. nume. 50.lib.3.& de præſumpt.lib.2.præſump.
55 27.Theſaur.dec.97.&†quid ſi ſint plures hæredes an diuidatur, videtur qđ non, ex quo officia diuiſionem non patiuntur ad tex. in l.Imperator Titius ff. ad municip. maxime ſi iuriſdictionẽ habeant annexam, quę in ſui ſubſtantia eſt indiuiſibilis, cum pro parte expediri non poſſit ad text. in l. in hoc iudicio ff. famil. ereiſ. cum ſimil. ſed con-
56 trariũ eſt verius, quia † iuriſdictio pòt

per

per plures adminiſtrari, ad not. p Bal.
in l.1.col.2.verſ.ſeptimo quaro,ff. de of-
fic.Conſul. & ſequitur Iacob.Maur. al-
leg.19. nu.6. ſubdens ex Gugl. de Cun.
& alijs in eadem l. 1. quod iuriſdictio,
57 †mortuo patre, eſt penes quēlibet hę-
redum inſolidum, licet penes omnes
ſimul ſit exercitium iuriſdictionis, &
debēt omnes ponere vnum vicarium
qui adminiſtret ad tex. in c. omnes filij,
ſi de feud.fuer. contro. inter dom. & a-
gna. vbi Bal. idēq. tradit Barto. in l. ſi
vni,col.2.ver.quinto quaro ff.de re iud.
& cōſ.184. incip.primo quaritur colum.
2. Abb. ī c.prudentia colum.3. ver.exem
plum in pluribus haredibus de offi.deleg.
Menoch. poſt alios cōſ. 298. n.9. & ſeq.
Mandel.conſ.111.nu.2.vol.1.& elegan
ter docuit Cancer.variar.reſolu. lib. 3.
cap.13. nume. 303. vbi allegat etiam
Brun. conſ. 102. & Caſſan. conſil. 44.
num.4. latiſſimè explicant Peguer. dec.
10. num.5. & per totam, & Fontanell.
de pact.nuptial.clau.4.glo.9.p.2. nume.
58 20.cum plur.ſequen. vel poſſet † diuidi
per Regiones aut tempora diuerſa, ſe-
cundum Bald. in c. Imperialem §. pra-
terea ducatus col.1.& 2.de prohib.feud.
alie. per Federic. idem Iacbo. Maur.
in loco citato poſt alios, quos cumulat.
59 Et† q̄d ſi vnus ex hæredibus eſſet in-
habilis ad iuriſdictionem exercen-
dā, vt puta ſit femina, ex traditis infr.
c.4. in fi. lib.2. vel aliàs eſſet impedi-
tus? videtur quod poſſit per vnū admi
niſtrari,& fructus per omnes diuidan-
tur, ad tex. in l. communi diuidundo, in
princip. ff. commu. diuid. quem ad hoc
allegat Padil. in l.cum quidam num.24.
ff.de leg.2.& in l.vnum ex familia n.8.
eod.tit. vide not. apud Surd. conſ.369.
& cogita; q̄ multa hinc inde dici poſ
ſent, quæ pro nunc non reſoluo, ſed in
alio loco dicturus ſum.
60 Quærò nono † an habens poteſtatē
nominandi in officio poſſit nominare
fęminam? Dic quod nō, quia ad ea nō
admictitur, vt dicam infra lib.2.d.cap.
4. & in ſpecie tenet Bald. in cap. ad au-
dientiam, de reſcript. ad fin. Frecc.de ſub
feud. lib.2.quaſ.53.& ſeq. in nouiſſim.
impreſſ. vbi latiſſimè quaſtionem decla-
rat, Velaſc. deciſ.Luſitan.129.num.12.
Cabed. deciſ. Luſit.23. nume.11. in fin.
parte 2. Dom.de Pont. in tract. de poteſt.
Proreg. tit.de diuerſ.prouiſ.rubr.de pote-
61 ſtate ſubſtituendi, n.4. vbi † ampliat etiā
ſi fuiſſet conceſſum (pro ſe, & hæredi-
bus quibuſcumque) Dom. Carol. Tap.
de conſtit. Princip.par.2.cap.3.num.54.
62 vbi † limitat ſi ab initio cōceſſum fuiſ-
ſet fæminæ.
63 Quęro decimo, † an poſſit nomina-
re alium mediante prætio, ſcilicèt ven-
64 dendo officium? dic quid non, quia † li-
centia nominandi intelligenda eſt ſe-
cundùm naturam officiorum, quæ nō
ſunt vendibilia ſecundum Regias Pra
gmaticas, quidquid ſit in Principe, vt
dixi ſupra cap.20.verſ.quinto intellige.
65 Quæro vndecimo † an officij am-
pliatio facta poſt mortem alicuius ab
inteſtato procedat ſi ille fuerit foriudi-
catus, Dic quòd non, ſecundum Vinc.
de Ann. allegat.135.nume.2. cum ſeqq.
quia foriudicatus non moritur ab in-
teſtato.
66 Quæro duodecimo, † an iſta officia
ex parentum ſubſtantia peruenientia,
& à Rege confirmata ſint imputāda,
vide Cald. in titul. inſtitut. de inoffic.te-
ſtam.cap.2.nu.7. cum multis ſeqq. Gām.
deciſ. Luſit.29.num.1. & ſeqn. & deciſ.
114.num.1.
Quæro decimotertio † an officium
67 ampliatum ſit idem officium, vide di-
ſtinctionem Bart. in l. dies cautioni, ff.
de damn. infect. vbi Bald. cum Alex. &
cateris, idem Bald. qui diſtinguit inter
nouam electionem, & prorogationem
in l.Titius, de ſubſtitut. tutor. cum ſimi-
libus tradditis per D. de Pont. in loco re-
68 lato, nu.6.& 7. vbi ſubdit, quòd † quā-
do eſt conceſſa à Rege officij amplia-

tio, habetur ac ſi tempus ampliationis fuiſſet appoſitum à principio, ſecundũ *Caſtr. notab. in d. l. dies cautioni, num. 2. verſic. & aduertendum, Bero. conſ. 156. num. 1. & ſeq. vol. 3.*

69 Quęro decimoquarto † an ſi nominatio fieri debeat pro vno hęrede, ſufficiat illum eſſe hæredem particulariter inſtitutum, vel particularẽ ſucceſſorem in officio, intelligendo nomen hæredis prout de iure Romanorum intelligitur, dic quod ſic, vt tradit *Pet. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 4. quaſt. 15. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales omnes perſonaliter ſeruire tenentur, non autem per ſubſtitutum, et num. 3. & 4. cum pluribus ſeqq. vſque ad nu. 20. limita vſque ad nu. 21.*

2 *Officiales ſeruiẽtes per ſubſtitutum abſque licentia puniuntur pæna publicationis bonorum.*

4 *Induſtria perſona quando intelligatur electa, & nu. 7.*

5 *Delegatus non poteſt ſubdelegare.*

6 *Officialis nõ poteſt ſine licẽtia à loco adminiſtrationis recedere.*

7 *Iudices M. R. C. in officio ſubſtituere nõ poſſunt, & nu. 14.*

9 *Secretarij Regij ſubſtituere non valẽt.*

10 *Algozirij Regij in officio ſubſtituere non debent.*

11 *Officiales Patrimoniales ſubſtituere prohibentur.*

12 *Officiales habentes ſalarium à Rege vltra vntias duodecim ſubſtituendi in officio poteſtatem non habent.*

13 *Officiales portuum, & carricatoriorum ſubſtituere vetantur.*

14 *Capitanei facultatem ſubſtituendi minime habere videntur.*

15 *Magiſter Notarius, vel Actuarius in officio non ſubſtituit.*

16 *Magiſter Iuſtitiarius ſubſtitutum creare in officio prohibitionem habet.*

17 *Locumtenẽtes alios ſubſtituere ſunt prohibiti.*

18 *Inquiſitores hæretica prauitatis debent per ſe non autem per ſubſtitutos deſeruire.*

19 *Collegium Decurionum an poſſit loco ſui alium ſubſtituere & nominare.*

21 *Conſuetudo ſubſtituendi in officio excuſat officialem à ſindicatu maxime ſtante facto prædeceſſoris, & nu. 22. Intellige, vt in nu. 23.*

24 *Officialis abſque licentia Principis poteſt in anno per menſem in officio ſubſtituere.*

25 *Officialis infirmus an & quando poſſit in officio ſubſtituere, & numero 26. & 27.*

27 *Lex multum præſumit pro iudice.*

28 *Officialis abſens pro ſeruitio Regio poteſt in officio alium ſubſtituere, & vide num. 26.*

30 *Officium continens ſeruitium perſonale ſi alicui inhabili concedatur qui tale ſeruitium præſtare non valet tunc intelligitur data facultas illud exercere per ſubſtitutum.*

31 *Officialis ſi poſt quam ſubſtituerit in officio moriatur, poteſt ſubſtitutus in illo continuare vſque ad nona creationem & aduentum ſucceſſoris & quo vſque per illum fuerunt litere præſentate, & num. 32.*

32 *Subſtitutus in officio quod de nouo ſit conferendũ debet alijs præferri ſi virtuoſus appareat.*

33 *Subſtitutus in officio dicitur officialis ordinarius & tenet eumdem locum in ordine, & gaudet eiſdem priuilegijs immunitatis prout ipſe conſtituens tenebat, & nu. 34. & 35.*

35 *Officialis appellatione venit ſubſtitutus etiam in materia ſtatuti, & numeri 36.*

37 *Conſiliarius ſubſtitutus poteſt etiam portare Togam, & idẽ honor illi debetur.*

38 *Officialis ſi poſt quam ſubſtituerit in officio deliquerit & puniatur in banno*

vel

*vel fuerit excõmunicatus poteſt ſub-
ſtitutus in illo continuare & nu. 39.
& de ratione, vide nu. 40.*
41 *Officialis ſubſtituens in officio, debet
ſubſtituere perſonas idoneas & ha-
biles, & illas D. Proregi prius no-
minare.*
42 *Officialis ſubſtituens quando teneatur
de culpis & defectibus ſubſtituti, vi-
de remiſſiuè.*
43 *Subſtitutus in officio debet eſſe Regni-
cula ſicut ipſe officialis ſubſtituens.*
44 *Officialis ſi ſubſtituat aliquem in of-
ficio quotieſcumque abeſſe contige-
rit & eueniet caſus quod vna die ſit
abſens, & alia die præſens tamen acta
facta valebunt, vbi de ratione.*

ARGVMENTVM.

De officiorum ſubſtitutione.

CAPVT XXIX.

1 OFFICIALES † omnes
perſonaliter ſeruire tenē-
tur, non autem per ſub-
ſtitutum, vt expreſsè pro
uiſum eſt in Regno *in
Prag. 3. tit. 35. de offic. reg. perſ. tom. 2.*
quæ eſt dupplicata *in tom. 1. pragm. 3.
de Capitan.* quod antea *ex cõſtit. Regni*
mandatum fuerat *in conſtit. diram, &*
2 *duram, & conſtit. officia,* vbi † ponitur
pæna publicationis bonorum, idemq.
ad petitionem torius Regni obtẽtum
ab Alfonſo Rege in *Capit. 28. 29. &*
419. Item adſunt literæ Regales, idem
expreſsè ſtatuentes, datæ Madrid. die
9. Octobris. 1568. exeq. Panor. die 3.
Martij 12. Ind. 1569. quæ omnia con-
cordant cum diſpoſirione iuris cõmu-
nis, *ad text. in Authent. vt null. iud. in
Rub. & tex. in l. inter artifices, vbi Bart.
ff. de ſolut. & text. in l. nullus, la 3. C. de
decurion. lib. 10. vbi gloſ. in verb. decora-
tus, allegat alia iura,* de quibus per *Ca-*
3 *pic. deciſ. 151. num. 1.* dũ ait, quod † ma-
giſtratus ab Imperatore creati nõ poſ-
sũt regulariter ſibi cõſtituere vicarios,
*Abb. in cap. fi. §. is autem, de offic. deleg.
Foller. in pract. criminal. titul. de offic.
eius qui vicem, nu. 26. fol. mihi 364. Ma-
rant. in pract. part. 4. diſtinct. 5. num. 19.
Azeued. lib. 3. recopilat. tit. 9. l. 4. num. 1.
Oroſc. in Rubr. ff. de offic. eius nume. 7.*
4 eiuſq. ratio eſt, nam † in officijs, quæ
adminiſtrationem annexam habent,
cum intelligatur electa induſtria perſo
næ, id alteri demandari, eſſet contra
mentem eligentis, *ad text. in d. l. inter
artifices & cap. fin. §. is autem, de offic.
& poteſtat. iud. delegat. vbi nu. 2. & Fel.
col. 3. cum fallentijs ibi adductis, D. Bo-
rell. ad Bellug. Rub. 10. num. 16. liter. G.
Capic. deciſ. 151. num. 6.* vbi ait, quòd
5 nec † etiam in iſto caſu poſſet ſubdele-
gare, vt not. *Iaſ. in l. 1. ff. de offic. eius,
cum ſimilib. Cephal. conſ. 1. num. 31.* &
per electionem induſtriæ adimitur po-
teſtas ſeruiendi per ſubſtitutũ, *ad tex.
& ibi Doctores in dict. l. inter artifices,
Azeued. l. 6. tit. 5. lib. 3. num. 4. Anẽd. in
cap. 4. Prætor. num. 43. lib. 1.* in tantum
6 quod † nec etiam a loco adminiſtratio-
nis recedere poſſint, ad notat. *per Bald.
in l. illud, ff. de offi. præſid. Pariſ. de Put.
de ſindicat. in verb. licentia officijs,* idq.
ſeruatur de conſuetudine in pluribus
Regni partibus, quando † autem cen-
ſetur electa induſtria perſonæ, vide *Ca-
pic. in d. deciſ. 151. Menoch. lib. 2. præ-
ſumpt. 21. & de Arbitrar. caſu 68. nu. 8.
cum ſeq. D. Carol. Tap. in d. conſtit. offi-*
8 *cia, num. 6.* & † propterea Iudices M.
R. C. in Regno non poſſunt ſubſtitue-
re, vt expreſsè cautum eſt *in d. cap. ſub
9 Alfonſo, 419. & 502.* † idemq. ibi tra-
ditur de Regijs ſecretarijs, & idem di-
10 citur de Regijs † Algozirijs, quod etiã
prohibetur in oĩbus magiſtratibus pa-
11 trimonialibus, † *ex prag. 2. tit. 35. tom.
2.* vbi etiam idem ſtatuitur de haben-
ribus

12 tibus † ſalarium à Rege vltra vntias
duodecim,& adde *pragmat.6. de offic.*
13 *Theſaur.tom.2.* Item † omnes officiales
portuum,& carricatoriorũ,ex *cap.* 28.
14 *Alfonſ.& capit.29.* vbi de † cæteris ca-
pitaneis,iudicibus, & alijs officialibus
15 idem confirmatur,& † de actuarijs tra-
didit *Carouit.Rit.3.num.16.*& de Ma-
16 giſtro † Iuſtitiario dixit *tex.in d. conſt.*
17 *officia*, & quòd locumtenentes † non
poſſint alios ſubſtituere, tradit *Azene.*
in loco nuper citato, Aned.cap.3. Prætor.
nume.1. ad finem; Auiles cap.4. Prætor.
num.7. ver. iuſtitia, eodemque modo
18 Inquiſitores † Hereticæ Prauitatis per
ſe,non autem per ſubſtitutos deſerui-
19 re poſſunt,ſecundũ *Simanc.de inſtitut.*
cathol. tit.41. num. 35. & de † collegio
Decurionum, an poſſit loco ſui alium
nominare, tradit *Alexan.in l. more,nu.*
45. ff.de iuriſd.om.iud.

20 Limita primo † concluſionem præ-
dictã ſi conſuetudine contrarium fuiſ-
ſet in loco receptum, vt quia officiales
ſubſtituere conſueuerint, *Bart.in l.ne-*
mo eſt qui neſciat, ff. de duob. reis, idem
Bart.& Bald.in l. obſeruare.ff. de offic.
Proconſul.& legat. Carocc. de locat.q.2.
tit. de merced.omiſſ.num. 19.fol.7. Iaſ.
in l.certi conditio,§. ſi nummos,num.12.
ff. ſi cert. petat. Afflict. deciſ.22. Mar.
Mut. ſuper d.cap.29. Alfonſ.nu.13. Ca-
rouita. Rit.3. ſub num.20. Capic.d.dec.
21 *151.num.2.* quæ † conſuetudo excuſat
eos à pena in ſindicatu, maximè ſtante
22 facto † prędeceſſoris,ſecundũ *Anchar.*
in capit. cum venerabilis, de conſuetud.
Alex. conſ.8.num.9.lib.5. & conſ.233.
num.13.lib.6.Cumia de ſindicat.cap.17.
num.66.Nepit.ſuper conſuetud.Catina,
23 *tit.2.centur.1.num.61.* vbi hoc † intel-
ligit in abſentibus infirmis, ſecus in
præſentibus,& benè ſe valentibus.

24 Limita ſecundo † in Regno ad mẽ-
ſem per totum annum vt *in cap.Alfon-*
ſi,29. & facit *conſuetudo Panormit. 68.*
idque abſque licentia Principis,vt in-
nuunt clariſſimè verba *tex.* & ita paſ-
ſim practicatur.

25 Limita tertio † in caſu infirmitatis,
quia poterit tunc per ſubſtitutum de-
ſeruire, vt diſpoſuit idem *text. in cap.*
29. Alfonſ. ibi, *aut infirmitate detempti*
ſint,& de iure communi voluit *tex. in*
l.2. C. de offic. eius qui vic. ger. l.1. ff.
de offic.eius, vbi Alex. Angel.in authen.
vt cler. apud prop. epiſc. coll.6. Azened.
l.4. lib.3. tit.9.num.5. Dom.Mar.Mut.
26 *ſuper d. cap. 29. num.16.* qui hoc † in-
telligit de prima infirmitate, nam pro
ſecunda, & alijs, ſi fortè obueniant,
recurrendum eſſet ad licentiam Prin-
cipis; quam quidem limitationem in
caſu abſentię libenter admitterem, vbi
colluſio, & fraus concurrere poſſent,
at in caſu infirmitatis non video quo-
modo *tex.* poſſit ita reſtringi, cùm ſit
caſus neceſſarius, & ita practicatur in
Regno, quinimo & eo quidẽ caſu ſtã-
dum eſt aſſertioni ipſius officialis ſub-
ſtituentis, ad notat. *per gloſ. in cap. pa-*
ſtoralis,in princ. in verb. exonerare, de
offic. delegat. Bald. in cap. de cauſis, eo.
tit. & in l.Imperium,ſub nu.9. ff.de iu-
riſd. omn.ind. Alex. in l.1.nume.55. &
ibidem Dec. num.66. vbi refert commu-
nem, *ff.de offic.eius, Menoch. de arbitr.*
lib.1. q.76. num.2. Roger.conſ.15. nu.
41. & ſeq. vbi poſt alios, eam eſſe ra-
27 tionem aiunt,quia † lex multum præ-
ſumit pro iudice, vt dixit *Bald.in rub.*
de offic. delegat. Iaſ. in l. donatione,
in fin. C. de collat. quo loci notandum
eſſe ſubdit.

28 Limita quarto, † ſi pro ſeruitio Re-
gio eſt receſſurus, nam durante abſen
tia poteſt alium ſubſtituere, ita dixit
idem tex. cap. ſub Alfonſ. 29. ibi, *aut ſi*
Regij ſeruitij cauſa officiales abfuerint,
tunc enim abſentia neceſſaria dicitur,
ad text.in l.2. C.de offic. eius, Carouit.
d.tit.3. ſub nu.20.

29 Limita quinto † ſi habeat poteſta-
tẽ à Principe in eius priuilegio, *ad tex.*

in

*in l.nullus,C.de decurio.lib.*10.vel licẽ-
tiam expreſſam à Prorege, *d.capit. Al-
fonſ.*29.& eſt *text.in l.*1*.C.de præpoſit.
agent.in reb.lib.*12.*Andr.in* §. *firmiter,
num.*33*.de prohib. feud.alienat.per Fi-
deric.* vel ex lege, vt dixit *Auiles d.c.*4*.
Pretor.ver.iuſtitia num.*1*.cum ſeq.*

Ex prędicta concluſione ſic firmata
cum ſuis limitationibus infero ptimo,
30 quòd † ſi officium, ſeruitium perſonale
continens, alicui inhabili concedatur,
qui huiuſmodi ſeruitium pręſtare non
valeat, tunc intelligitur data poteſtas
illud exercẽdi per ſubſtitutum, vt poſt
*Andr.in cap. qui clericus, ſi de feud. de-
funct.mil. & in alijs locis dixit Dom. de
Pont.in tract.de poteſt. Proreg.tit.de di-
uerſ. pouiſ.* §.*de poteſt. ſubſtitut. nu-
me.*3. vbi etiam refert *Capic. deciſ.* 31*.
num.*3.& facit quod dixi ſupr.*in c.*20*.
de offi.vendit.*

31 Secundo infero, quòd † ſi facta ſub-
ſtitutione moriatur ſubſtituẽs, officiũ
cõtinuari poteſt per ſubſtitutum, vſq.
ad nouam creationem, & aduentum
ſucceſſoris, *ad tex. in l.curatorem ff. de
tutor. & curat. dat. ab his Alberic. in l.
quæſitum, per illum tex. ff. de tutel.* dixit
*Boer.deciſ.*149*.nu.*14*.&* 15. ne ciuitas
rectore careat, *ad tex. in l.meminiſſe ff.
de offic. proconſul. Marant. in Specul.*5*.
diſtinct.Princeps,nu.*18*.Roman.ſingul.*
390. *Mar.Mut. ſuper d.c.Regis Alfonſ.*
29*. nume.*18*. Molin. de primoge. Hiſp.
lib.*1*.c.*25*.nu.*6*.Nepit. ſuper conſuetud.*
32 *ciuitatis Catinæ,nu.*66*.tit.*2. vbi † am-
pliat vſque quo per nouum officialem
præſentẽtur literæ commutationis of-
ficij, ſecundum *Pariſ.de Put. de ſindic.
in verb. ſequitur de modo, Bertaz. conſ.
crimin.*71*.num.*58*.vol.*1*.Auguſt.Morla
in empor.titu.*2*.p.*1*.q.*27. quidquid ſit
in vicario, vt ibi ꝑ eum; hæc tamen (vt
dixit *Luc.de Pẽn.in l.agentes in fi. C.de
agent.in reb. lib.*12.) ſunt in Principis
poteſtate *ad tex. in l.*3*.C.de Conſul.lib.*
10. & ſatisfacere vĩ ſi ſubſtitutũ alijs

præferat dum tamen eius virtutes me-
reantur, quod notandum eſſe ait *Auil.
d. loco num.*3*.&* 15.
33 Tertio infero, † vt talis ſubſtitutus
dicatur ordinarius officialis, & tenet
eumdem locum in ordine, prout ipſe
ſubſtituens tenebat *Bart. in l. comperi-
mus, in fine, C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.*12*.
Io.And.in cap.qui ſentit, de reg. iuris, in*
6*.& in cap.fi. de verbor.ſignificat.in* 6*.
Felin.in cap.cum olim magiſter, de offic.
delegat, Alexan.conſ.*178*.col.*2*.lib.*2*.re-
fert, & ſequitur Natt.conſ.*638*.num.*8*.
vol.*3*.Auiles vbi ſupra num.*3.5*. & ſeq.*
34 ſubdens quòd † gaudet eiſdem immu-
35 nitatibus ibi, *num.*8*.&* 9. is enim † of-
ficialis appellatur, & ſub eius nomine
compræhenditur, vt dixit *Pute. de ſin-
dicat. in verb. ſubſtitutus magiſtratus,*
36 *Paſſett.conſ.*59*.num.*11. & in † ſtatuto
dixerunt *Bart. & Bald.in l.ex facto, ff.
de negot.geſt. Cumia ſuper Ritu* 92*.nu.*
37 21. & † propterea in Regno in ſubſti-
tutis loco conſiliariorum fuit conceſſa
Togę delatio, cum debeatur idem ho-
nor, *Iaſ. in l. ſed ſi hac,* §.*prætor ait nu.*
6*.ff. de in ius vocand. Auendag. de exe-
quend.mandat.cap.*3*.verſ.decimo dedu-
citur, Auiles, num.*10.
38 Quarto infero, † quòd ſubſtitutus
ante delictum officialis ſubſtituentis,
eo bannito, poteſt officium continua-
re, *Bart. in l.more maiorum, nu.*15*.ff. de
iuriſd. omn.iud.& ibi Socc.num.*61. qui
39 † loquuntur in excõmunicato, *Marſil.
de bannit. in cap. mortui, num.*38*. idem
Socc. in cap. ſacrum, num.*281*. cum ſeq.*
40 *de ſentent. excommunicat.* quia † iuriſ-
dictionis exercitium recipit propriam
iuriſdictionem exercentis, qui eſt ſub-
ſtitutus, & inhabilitas delegantis non
egreditur ipſius perſonã, vt dixit *Socc.
ibi,* & ita aliàs fuit practicatum.
41 Quinto infero, † quòd officialis ſub-
ſtituẽs debet ſubſtituere perſonas ido-
neas, & eiuſdem peritiæ, & doctrinæ,
vt dixit *Bart.per illum tex. in l.*1*. C. de
præ-*

prapoſit. agent. in reb. lib. 12. Felin. in cap. 1. num. 4. de ſumm. Trinit. verſ. & aduerte, Azened. l. 4. lib. 3. tit. 9. nu. 13. Caronit. Rit. 3. num. 21. Bonadill. lib. 1. polit. cap. 12. num. 2. hinc emanauit in Regno *d. Regia Prag. 3. titul. 35. tom. 2.* vbi etiam *Anton. de Ball. lib. 5.* quòd illi, in quos fieri debeat ſubſtitutio, ſint habiles, & ſufficiẽtes, & nominari prius debeant Illuſtriſs. ac Eccellentiſſimo Protegi, vt admictat, vel nõ, & in hoc

42 caſu, quando † ſubſtituens teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti, vide *Mut. ſuper d. cap. 29. Alfonſ. nu. 21. Gutier. quaſt. ciuil. 34. Conrad. templ. iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 3. ver. vigeſimoquinto num. 1. & 2.*

43 Sexto infero, quòd † debet ſubſtitutus eſſe Regnicola prout ipſe principalis eſſe debet, vt latè *infra dicemus lib. 2. cap. 7.*

44 Septimo infero quod † ſubſtitutione facta, quoties eum abeſſe contingerit, & eueniat caſus qđ Iudex vna die ſit abſens, & alia die præſens, valent geſta per eum, ne ex variatione litigãtes decipiantur, ſecundum *Caſtr. in l. ſed et ſi pupillus §. conditione ff. de inſti.* vbi dicit quod eſt pulchra inductio, & eſſe valde notandum *Dect. in cap. quoniam Abb. col. 2. ver. eſt tamen ſingulariter de off. deleg. Boer. deciſ. 149. num. 15.* vbi refert ita iudicatum, *Auiles d. c. 4. ver. iuſtitia num. 16.*

S V M M A R I V M.

1 *Officia petere à Prĩcipe nõ eſt prohibitũ.*

2 *Officia petentibus concedere non conuenit, ſed à Principe ſunt repellendi.*

3 *Praſumptio eſt, aliquem ſe extimare ad officiorum adminiſtrationem idoneũ & ſufficientem.*

4 *Praſumptio eſt filia ſuperbia.*

5 *Officia immoderate, & indecenter appetens mortaliter peccat & nume. 7. limita ſi decenter appetat, dignum ſe reputans, inſpectis bonis & natura gratijs ſibi à Deo collatis, ſed indignum eius defectibus humiliter conſideratis, ac iuſtitiã diuino fretus auxilio adminiſtrare proponat, numero 6. & 8.*

9 *Officium ſeu magiſtratus virum oſtẽdit.*

10 *Officia ambigens & honores appetens eſt reprehendus, vbi de ratione, & nu. 12.*

11 *Ambitioſus quos malos effectus operetur*

13 *Officia & Magiſtratus non poſſunt recuſari, & nu. 35.*
Officia recuſare & illa renuntiare differunt, ſub nu. 13.

14 *Officium non ſolum vnum, ſed & plura ſimul, gentes ambire non pudet.*

15 *Officia & Magiſtratus recuſaſſe multi Principes & viri illuſtres ex ordine referuntur, plurimos etiam ob trãquillitatem ac quietum viuere illa renuntiaſſe dignoſcitur, & nume. 45. 46. 47. & 48.*

16 *Caſar Auguſtus, populo Romano illi Dictaturam offerente, deprecans nudo pectore refutauit.*

17 *Q. Fabius vltimum Conſulatum ſibi cõceſſum gerere denegauit.*

18 *Terentius Varro Dictaturam ſibi delatam adminiſtrare minime voluit.*

19 *Diocletianus Imperator potius in otio viuere, quàm Reipublica Romana adminiſtrationem ſubire deliberauit.*

20 *Africanus ſuperior perpetuum Conſulatum, ac continuam Dictaturam ſpernere non recuſauit.*

21 *Res difficilis eſt alijs benè praeſſe opuſq; magnum et orduũ cateris Imperare.*

22 *Homo inter omnia animalia & moribus varius, & voluntate diuerſus eſſe dicitur, ac in Rectorem ſuũ magis quã aliud inſurgit.*

23 *Magiſtratus, Officiales, ac Principes licet magnis colantur honoribus, multis tamẽ incommodis agitantur, & n. 25. 26. 27. & 28. & vſque ad nume. 35. & vbiq; egregia dicta referũtur.*

24 *Magiſtratuũ, & Officialium non tantũ reſ-*

res publicè adminiſtrata, ſed etiam
propria, ac omnia, quæ operantur
ſingulaq́ eorum verba ab omnibus cu-
rioſius notari ſolent.

26 Officia & Magiſtratus onus potius quã
beneficia nuncupantur.

28 Plutarcus cum iudex eligeretur officium
refutando, dixit nolle iudicare, ex
quo ab alijs ſtatim erat iudicaturus.

29 Rex quidam, cum ipſi diadema por-
rigeretur quid prudẽter ſuis loquut°.

30 Demoſtenes adoleſcentes ſuadendo ne
ad Rempublicam, & Magiſtratum
ſe conferrẽt, quod exemplum illis de-
derit, & num. 31.

32 Temiſtocles circa Magiſtratus, & Tri-
bunalia, quid audacter affirmauerit.

33 Antiſtenes interrogatus, quomodo ad
Rempublicam ſit accedendum, quid
reſpondiſſe fertur.

34 Magiſtratum & officium gerere aliquẽ
cogi, ſeruile, & illiberale videtur, vbi
de ratione.

36 Magiſtratus & officiales in Ciuitate
ſunt neceſſarij, quæ ſine illis eſſe
non poteſt, quodque ad rectum or-
dinem ſpectat adminiſtrari non va-
let, & nu. 37. 38. 39. & 40.

41 Homines prudentes potius quieſcere &
obedire, quàm imperare alijs malunt.

42 Vtilitas publica ſemper eſt præferenda
priuatæ.

43 Homo non ſibi ſoli naſcitur, ſed etiam pa
triæ ſuæ commodis viuere debet, & nu
mero 52. & 53.

44 Ciues prudentes pro ſalute patriæ omne
periculum ſubire deberent.

48 Vita eorum, qui Magiſtratus & offi-
cia ob quietum viuere recuſant, eſt tu
tior & minus grauis; illorum autem
qui ſe Reipublicæ adiuuandæ accom-
modauerunt fructuoſior eſſe dicitur.

49 Officia et Magiſtratus quibus eſſent cõ-
ferenda.

50 Officia ſpernentes ſe à temporalibus ſe-
gregantes ac nihil humanæ ſocietati
proficientes an contra iuſtitiam face-
re videantur, & nu. 51.

52 Ciuis non debet tantum ſe ſuum eſtima-
re, ſed omnes ciuitatis ſe eſſe exiſti-
met quia illius particula quiſq; ciuis
eſſe dicitur, & nu. 53.

54 Officia ſi boni, & prudentes refutaue-
rint, illa praui & ſtolidi conſequũtur.

55 Officium gubernandæ patriæ ſi iuſtum
eſt, voluntarium, & neceſſarium ci-
uibus eſſe debet, & de ratione nu. 56.

57 Deus officia & Magiſtratus inſtituit,
& ibi de ratione.

58 Magiſtratus ſi non adeſſet, populus de-
ſtrueretur.

59 Magiſtratus ſi deficiat, leges ad nihi-
lum valent.

60 Officia & Magiſtratus honorem aſſerre
dicuntur.

61 Magiſtratus licet odium & inuidiam
aliaque incommoda patiatur non pro-
pterea Rempublicam deſerere habet.

62 Deus Magiſtratus et officiales defende-
re dicitur.

63 Officia adminiſtrare nolentes remedijs
illa agnoſcere coguntur, quibus tuto-
res ipſi tenerentur.

64 Officia acceptare denegantes, alijs il-
la ſubeuntibus, qua pœna puniantur.

65 Officia ſubire recuſantes, quæ per alios
adminiſtrari non poſſunt, crimen com
mittere dicuntur.

66 Officia exercere nolentes poſſunt carce-
rari, & banniri, ac etiam à domo ex-
trahi & nume. 67. ſed an pro illis poſ-
ſit aliquis comparere, & munera ſu-
bire, vide num. 68.

69 Athenienſes officia recuſantes capite pu-
niebant.

70 Romani officia recuſantes libertate pri-
uabant.

71 Sparti officia recuſantes à patria rele-
gabant.

72 Sophonetus, Dux declaratus munuſq; re
cuſans, decem minis mulctatus eſt.

73 Officia & Magiſtratus lucro & honore
ſubire nolentes, mulcta acceptare com
pelluntur.

74 *Ambaſciator electus ſi munus acceptare noluit, poteſt cogi illud ſubire.*

Legatus ſi legationem recuſat, illam acceptare cogitur, ſub nu. 74.

75 *Ambaſciator, an quando cum negotijs à Ciuitate mittitur, etiam alia ſua poſſit tractare.*

76 *Officium, ſeu munus publicum eſt iudicare & Magiſtratum gerere.*

77 *Aduocatus cogitur eſſe officialis Conſiliarius, nec poteſt ſe aliquo modo excuſari.*

78 *Aduocatus poteſt cogi patrocinium ſuſcipere.*

79 *Aduocatus an cogatur conſulere ſub pœnis, & mulctis, & nume. 80. & an ſeruetur in Regno, nume. 81. & vide numero 98.*

82 *Procurator Fiſcalis inuitus cogitur officium ſuſcipere.*

83 *Notarius cogitur inuitus officium exercere.*

84 *Carnifex pro executione iuſtitiæ cogitur inuitus tale officium exercere.*

85 *Tutores & Curatores ad litem inuiti coguntur adminiſtrare.*

86 *Collector pecuniarum publicarum cogitur inuitus officium exercere.*

87 *Officium, quod eſt vtilitate, aut authoritate publicum tamquã neceſſarium nõ poteſt recuſari.*

88 *Sindicus vniuerſitatum maximè in ciuitate parua cogitur inuitus munus ſubire, nec excuſatio admittitur, quod alij in loco reperiantur, & numero 89.*

90 *Officiales qui tenentur ſatiſdare, licet coacti officium ſuſceperint tamen tenentur etiam dare ſolitas fideiuſſiones, & nu. 91.*

92 *Officium exercere excuſantur infirmi.*

93 *Officialis, licet ſit infirmus debet habere ſalarium etiam temporis infirmitatis.*

94 *T. Mallius Torquatus Conſul declaratus, propter oculorum infirmitatem ſe excuſando, q̃d egregiè ſit loquutus.*

95 *Officiũ exercere excuſantur ſenes, quod intellige, vt num. 96. 97. & 98.*

Senectus eſt infirmitas, ſub nu. 95.

98 *Nemo excuſatur à conſulendo Republica.*

99 *Officium vile nobiles exercere non tenentur, ſed illius excuſationem habent, maximè Titulati vt Duces, Comites, & ſimiles.*

100 *Officium alibi adminiſtrantes aliud ſubire excuſantur.*

101 *Officium adminiſtrare cogi non poſſunt illi qui à Principe priuilegium habent ne ad officia eligantur.*

102 *Officium ſubire excuſantur habẽtes duodecim filios, ampl. nu. 103.*

104 *Officium exercere pauperes excuſantur ſi minus idonei ſunt, & iniuncto muneri ſupplere non poſſunt.*

105 *Officium ſubire excuſantur conductores principales gabellarum fiſci, ſeu vniuerſitatis, & quid in ſubconductoribus, vide nu. 106.*

107 *Officia minora adminiſtrare an excuſentur illi qui maiora officia exercuerunt.*

108 *Officium exercere excuſantur perſonæ inhabiles ſi excuſatio non eſt procurata.*

109 *Officium adminiſtrare excuſantur originarij alibi habitãtes, ſi tamen alij ſint idonei, aliàs ſecus.*

110 *Officium ſubire excuſantur in Regno noſtro nonnulli ex particulari gratia Regis Iacobi, vt in capitulo 11. eiſdem.*

111 *Officium exercere aliqui inſuper excuſantur, imo nec volentes admittũtur, veluti mulieres, condemnati, debitores Reipublicæ, vel cum ea litigantes, & alij de quibus remiſſiuè.*

112 *Officiorum adminiſtrationis excuſatio arbitrio Principis remittitur.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Officia appeti an poſſint, & an
officialis creatus poſsit inui-
tus cogi ad acceptandum of-
ficium, & quando excuſetur.

CAPVT XXX.

1 OFFICIA † petere, &
Magiſtratus à Principe,
oblatis præcibus licitum
eſſe, ait *text. in l.1. ff. ad
leg.iul.de Ambit. Auth. de
defenſo.ciuit.§. nos igitur colla.3. auth.
vt iud. ſine quoq. ſuffrag.§. illud vide-
licet coll.2.* & tradit diſtinguẽdo *Bart.
in l.Barbarius,nu.2.ff.de offic. Prætor.
Abb. in cap. tuam, de ætat. & qualitat.
Auenda. de exeq. mand. cap.1. Couarr.
pract.quæſt.lib.1.cap.1.Caldas de inoff.
teſtam.cap.2.num.11.* cum in eo ceſſet
Ambitus,ex notatis ſupra *in capit.21.*
2 licet † cõcedi non cõueniat, *Matthien.
dialog.relat.4.cap.10.num.12. ad text.
in l.2.in fin.ff.de orig. iur.* quinimo re-
pellendum eſſe ſubdat, cum ita de ſe
præſumat, *ad tex.in d.l.1.& l.meminiſ
ſe,ff.de offic.procõſul.Guglıel.de Bened.
in cap. Raınutius, in verb. duas habens
filias, nu.60.* dicens † extimare ſe ido-
3 neum, & ſufficientem ad magiſtratus
adminiſtrationem eſſe pręſumptionẽ,
quæ † filia eſt ſuperbiæ, *vt ibi per eum,
4 Luc.de Penn.& Io.de Plat.in l.neminẽ,
C.de ſuſcept.lib.10.* varijſque exemplis
exornat *Melch. inn. quæſt. polit.q.11.*
5 & mortaliter † peccaret, vt docuit *D.
Thomas 2. 2. q. 131. art. 1.* ibidemq.
Caietan. vbi id procedere aiunt in his,
qui honores,& magiſtratus ambiunt,
& immoderatè appeterent, licèt ſe eſ-
ſe dignos exiſtiment, nam ratione al-
terius dignioris efficiuntur indigni, vt
optimè docuerũt *Caietan.ibi, Archiep.
Florent.in tractat. de interrogat.cap.de
ſuperbia,& in ſpecul. conſcientiæ,lib.1.
cap.12.ad fin.Nauarr.in Manual.conf.
cap.23.n.14.refert D.Scip.Rouit.ſuper
Pragm.tit.de official.& quæ his probib.
num.2.cum ſeq. Menoch.de arbitr. iud.
caſu 401.Graff.deciſ.caſ.conſcient.par.
1.lib.1.cap.15.num.10.* Quod ſi quis
6 † magiſtratũ, vel officium non eo mo-
do,ſed decẽter appetat, quia ſe dignũ
reputat inſpectis bonis naturæ,& gra-
tijs ſibi à domino collatis,ſcientiæ,vi-
delicet,prudentiæ, iuſtitiæ, & patien-
tiæ, cum ſimilibus, quãuis ſe indignũ
reputet, humiliter eius cõſiderans de-
fectus, ſed diuino ſemper nixus ſuffra-
gio,ęquè, & iuxta iuris diſpoſitionem
adminiſtrare proponat, vt ſic ad vir-
tutum perfectionem peruenire poſſit,
id *D. Thomas, & cæteri relati* non ne-
garunt,idemq. *D.Thomas confirmauit
quæſt.129. artic.1. & 2.* vbi virtutem
hanc eſſe cõſiderat, quam opinionem
è noſtratibus tenuerunt *Oldrad.in d.l.
Barbarius,ff.de offic.præt.Salic.in l.1.
C.ad l. iul. de Ambitu, & Caſſan. in ca-
thalogo gloriæ mund. part.1. conſid.60.*
dum dicunt permiſſum eſſe magiſtra-
tus appetere ſolùm moribus, & virtu-
tibus, quæ in deſiderante operantur,
*ad tex.in l.2.C.de offic. Rect.prouint.&
tex. in l.contra publicã, vbi Luc.de Pen.
in fine,C. de re milit.in fine,lib.12. Ar-
chid.in cap.1.48.diſtinct.Dec.in cap.cũ
in cunctis,in princ. nu.20.extr.de elect.
Abb.in cap.venerabilem,col.7.eod.titul.*
vnde *D. Auguſt. de ciuit.Dei* ait,ꝙ ſu-
7 perior,& † ſi adminiſtrator vt decet ſit
indecẽter tamen appetitur, & voluit
Ariſtotel. lib.5. politic.cap.9. quem ſe-
quitur *Matthienſ.d.dialog.relat.4.cap.
8 13.num.5.& 6.* vbi ait, quòd † non de-
bet eſſe puſillanimus, qui licet bona
mereatur, his tamẽ ſe ipſe priuat, qui-
bus eſt dignus, atq. malum quoddam
habet, quia bonis ſe dignum non cen-
ſet, & ſe ignorat, appeteret enim ea,

V 2 qui-

quibus eſt dignus,cum ſint bona, adnotata per *Ariſt.4.ethic.cap.3. ad finẽ*, quid enim proximis ſuis (ſecundum *Plutar. in pracep. Republica gerenda*) proderit donum iuſtitiæ, ſcientiæ, & pacientiæ ſibi à domino datum, ſi caruerit magiſtratu, & officio, aut alio inſtrumento, quibus illa ad eorũ Reipublicæ commodum exercere valeat, & quo pacto virtutis perfectionẽ expetere diceretur, ſi inſtrumentum, aut munus conſequi non expeteret, quo illam patribus, proximiſq. ſuis communicare poſſit? hinc ortũ illud Ada-
9 gium, Magiſtratus † virum oſtendit, de quo per *Ariſtot. lib. 5. Polit. cap. 1. Auil. cap. 1. prator. gloſ. fyel, num. 25. Amad. de ſindicat. in prohem. num. 2.* &
10 proptetea † repræhendimus, (inquit idem *Feloſoph. in loco relato cap. 4.*) ambitioſum hominem atq. honoris appetitioni vacantem, illum, quia plus quàm oportet, & vnde non oportet honorem appetit, hunc quia ne ob res quidẽ honeſtas honoribus affici vult, in quibus (vt ait paulo poſt) nimium eſt atq. parum, in his eſt, & medium, ad honores magis quàm oportet affectantur, & minus, fit ergo vt affectentur, vt oportet, nam, vt dixit *Innoc. de vtilitate cõdictionis humana*, ambitio-
11 ſus † ſemper eſt pauidus, ſemper attentus, ne dicat, quod diſpliceat, humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur, & obſequitur, cunctos honorat, vniuerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, & amplexatur, applaudit, & adulatur; vnde nouit iſtud Poeticum, *Et ſi nullus erit puluis, tamen excute nullũ*, eo maxime ſi ab alio officia adminiſtrãtur, vt poſt *Plutar. in politicis*, ait *Simãc. de Repub. lib. 1. c. 13.* ꝙ decet
12 † priuatum hominem Principum, & magiſtratum gerẽtium res, & munus paulò curioſius diſquirere, & ſcrutari & hoc nomine adminiſtratione alijs ritè traditam ad ſe conari transferre.

13 Sed quod è contra, an † liceat officia, & magiſtratus recuſare? hæc quidẽ concluſio dupplici modo accipienda venit, poſt creationem videlicet, ceptamq. adminiſtrationẽ, & illa dicitur officij renuntiatio, de qua diſſeruimus ſupra *cap. 23.* qđ ſi quęram⁹ de ea, q̃ fit ſtatim facta electione à Principe, vel ab alio poteſtatem prędictam habẽte, & eſt quęſtio modo diſcutienda, quam, licèt ommictere facilè lice-
14 ret, maximè † hodiernis his temporibus, vbi nedum vnicum officium, ſiue magiſtratũ, ſed & plures ſimul ambire non puderet, attamen, vt dixit *Bonadill. in lib. 5. Polit. cap. 15.* ſi forte tẽpora hæc mutarẽtur, infraſcripta breuiter ſubijciẽda arbitrati ſumus; notũ enim eſt, (vt refert *Melch. iun.* Author quidem eruditiſſimus *quaſt. polit. p. 1.*
15 *quaſt. 7.*) plurimos † fuiſſe viros, qui delatos ſibi honores, & magiſtratus reſpuerunt, aut diu ſaltim multumq. ſe excuſarũt, id enim, (poſt Gedeonẽ, Virgineum Romanum, Germanicũ, Veſpaſianum, Gordianum ſeniorem, Iouianum, Tacitum Imperatorem, Ladiſlaum Vngarię Regem, Ludouicum Thoringię, Langrauium, Fidericum Saxoniorũ electorem, & Alios,)
16 feciſſe Auguſtũ † Cæſarẽ teſtatur, qui populo Romano Dictaturã offerente nudo pectore depræcatus eſt, vt refert
17 *Suet. in Auguſt.* idemque † Quintum Fabium, qui vltimum gerere Cõſulatum noluit, quòd nec tẽporis, nec animi idem, qui ante vigor eſſet, ſecundũ *Plutarc. in eius vita, & Pontan. lib. 2. de*
18 *magnanimitate*, idẽ † de Terentio Varrone, qui delatam ſibi Dictaturam renuit, vt ſcribit *Valerius titul. de verecũ-*
19 *dia*, & pariter † de Diocletiano vt apud *Criu. legitur lib. 13. cap. 8.* qui maluit apud Solonas in otio viuere, quã Reipublicè Romanæ adminiſtrationem ſubi-

20 ſubire, & de † Africano ſuperiore, qui
perpetuum Cõſulatum, & perpetuam
Dictaturam ſpreuit, refert idem *Vale-
rius titul. de animi moderatione*, & alia
huiuſmodi exempla adduci poſſent,
quæ conſultò ommictimus, nil enim
21 † difficilius eſt quàm alijs benè præeſ-
ſe, opuſque magnum, & ardum im-
perare, vt ait *Plat. in epiſt. 7. Auerr.
in eius libro de Reipubl. tracta. 2. & Cor-
nel. Tacit. lib. 1.* eamque inter omnes
artes viuendi, & regendi ampliorem,
& ſuperiorem eſſe dixerunt *D. Thomas
lib. 2. de regimin. Princip. cap. 15. Grego.
Nazianz. in Apologet. & D. Chriſoſtom.
in poſteriorem apiſtol. ad Corint. ſer. 15.*
22 vnde inter omnia animalia, † homo
maximè, & moribus varius, & volun-
tare diuerſus in rectores ſuos magis q̃
pecus vllũ in paſtorẽ ſuũ inſurgit, ad
tradita ꝑ *Honofon. lib. 1. de prad. Cyri,
Vida. lib. 1. de Reipubl. dignit. Patric. in
probem. de Regno, Simanc. lib. 9. de Rei-
publ. cap. 1. & optimè Lucius Dur. lib. 1.
de optim. Reipublic. gubernat. cap. 1.* ibi,
*Sapientes exiſtimant valde præclarum
eſſe vrbem condere, multo preclarius cõ-
ditam inſtituere, longè verò præclariſſi-
mum inſtitutam rectè gubernari*, in tã-
23 tũ quòd † licet magnis colarur hono-
ribus Magiſtratus, multis tamen ma-
lis, & incommodis agitatur, gaudium
furunculi inſtar habet, larenti inflam-
matione micans, nec liberum, & tran-
quillum ſpiritum ducit, vt docuit idẽ
Plato in Axioc. mulraq. horrenda aſpe
ctu videre, mulra tãgere, ex alienis mi-
ſerijs moleſtias capere cogitur, ſecun-
dùm *Plutarc. in Problem. & in præcept.*
24 *regend. Reipubl.* addens, quòd † nedum
res ipſę tanrùm publicè adminiſtratę,
ſed, & ſingula Magiſtratuũ verba no-
tãtur, victus quoque, ioci, domus, ipſa
familia, vxor, cubile curioſius inquiri
25 ſolet; inde † *Cicero in orat. pro P. Sextio,
num. 85.* poſtquam curas, onera, labo-
reſque non paucos Principum, & Ma-
giſtratuum enarraſſet, demũ ſubdit,
*Hanc ego viam, Iudices, ſi aut aſperam,
atque arduam, aut plenam eſſe periculo-
rum, atque inſidiarum negem, mentiar;
præſertim, cum id non modo intellexerim
ſemper, ſed etiam preter cæteros ſenſerim*
& idem *Cicero pro Flacco*, ibi O, *con-
ditiones miſeras adminiſtrandarum ci-
uitatum, & prouintiarum, in quibus di-
ligentia plena ſimultatum eſt, negligen-
tia vituperationum, vbi ſeueritas peri-
culoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſi
dioſus, aſſentatio pernicioſa, frõs omniũ
familiaris, multorum animus iratus, ira
cundia occulta, blanditia aperta, venien-
tes Prætores expectãt, præſentibus inſer-
uiunt, abeuntes deſerunt.* Hinc in iure
26 noſtro † officia, & magiſtratus onus
quidem, non autem beneficium nun-
cupantur, *ad tex. in l. munerũ, in verb.
iudicandi quoque, ff. de muner. & hono-
rib. Authent. iuſiurand. quod præſtat. ab
hijs in princ. l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de
collat. bonor. l. continet, §. 1. & ibi gloſ.
ff. quod met. cauſ. cap. qui epiſcopatum.
8. quæſt. 1. Lonuall. in l. Imperium, ff. de
iuriſd. omn. iud. Menoch. de arbitrar. lib.
1. quæſt. 41. num. 3. Segur. in decret. iud.
par. 1. cap. 14. num. 36. verſ. præterea, &
Cornelius Tacitus lib. 1. annall.* ibi, *Tibe-
rius valde diſſerebat de magnitudine Im
perij ſolam diui Auguſti mentem tantæ
molis capacem ſe in partem curarum ab
illo vocatum experiendo didiciſſe quam
arduum, quam ſubiectum fortunæ, regẽ-
di cuncta onus, Matthienſ. dialog. relat.
4. cap. 12. ſub num. 5.* vbi (*teſte D. Gre-
gorio in Paſtorali*) ait maximũ affer-
27 re † oneris, & laboris magiſtrarum, cũ
aliud non ſit, niſi tempeſtas mẽtis, in-
qua cogitationũ procellis ſemper na-
uis cordis quatitur, huc, & illuc inceſ-
ſanter impellitur, vt per repẽtinos ex-
ceſſus oris, & operis, quaſi ꝑ obuian-
tia ſaxa frangatur, & quod hic eminet
omne, plus męroribus afficit, quã ho-
noribus gaudet, iuxta *text. in cap. ner-*

nus,

ni,13.*diſtinct.* & ſuccedens in honore
ſuccedit etiam in onere, *ad tex. in cap.*
28 *aduerſus,de Immunit.eccl.*Vnde † Plu-
tarcus,cũ Iudex eligeretur renuit, di-
cens, quare ipſe iudicabo, qui ſtatim
ſim ab alijs iudicãdus, & vt ipſe idem
29 refert *lib.1.Apophte.* Regem † quemdã
cum ipſi porrigerur diadema, retenro
ipſo aliquãdiu in manu dixiſſe, o, no-
bilem magis quàm felicem damnum,
quem ſi quis penitus cognoſcat quàm
multis periculis, ſollicitudinibus, ac
miſerijs ſit refertus, ne humi quidem
iacẽtẽ rollere dignetur, cuius *Apoph-
te* meminit *Matthienſ. vbi ſupra,nu.6.
Bouadill.lib.1.politic.cap.15.num.27.
lit.G. Vaſq. controu. illuſtr. perſon. in
præfat.nu.*100. Sed quid de Rege,non
ne pariter de Magiſtratibus,& Tribu-
30 nalibus dixit idem *Plutarcus* de † De-
moſtene,qui adoleſcentes ſe adeuntes
monere ſolebat, ne ad Rempublicam
ſe conferrent, affirmans, ſi duæ eſſent
viæ ab initio poſitę,vna quę ad Rem-
publicam, altera, quæ ad interitum
aperrè ferret,eſſentque manifeſta, illa
quæ gerẽtes Reſpublicas ſubire opor-
tet,formidines,inuidias,odia,calum-
nias,ſimulationes, contentiones, cer-
tamina, illam porius electuros eſſe ho
minum,quæ ad interitum ferret,nam
31 † ſi malè adminiſtrauero, Deos,ſi be-
nè,ciues habebo iratos, idemque tra-
32 dit *Helianus de Temiſtocle* † *var. Hiſt.
lib.9.*vbi ſi quis ſibi duas vias mõſtra-
ret,quarum vna ad infernũ, altera ad
Tribunal renderet, electurum vtique,
& multò libentius ingreſſurum ſe illã,
quæ ad infernum, quàm quæ ad Tri-
33 bunal duceret, & ob id Antiſtenes† in-
terrogatus quomodo ad Rempubli-
cam accedendum ſit, reſpõdit vt ad
ignem,neq.nimis propè ne vraris, ne-
que longius ne frigeas *ſecundum Sto-
beum ſermone de potentibus*, ſeruile igi-
34 tur ac† illiberale videtur,cogi aliquem
ad magiſtratum gerendum,qui ſi bo-
nus extiterit, patriæ amãs, vltrò ei in-
ſeruire cupit, ſin malus ne petendum
quidem ab illo, vt rẽpublicam regat,
tum neq. quiſquam benè,ac diu iſtud
facit inuitus,ac coactus quod facit.

Eam tamen ſententiam amplecti-
35 mur vt † magiſtratus acceptari,geriq.
debeat, nam, (vt aliàs dicebã *in princ.
huius libri ex Ariſtotel.lib.4. Polit.cap.*
36 4.*& lib.6.c.*8. Ciuitas † abſque magi-
37 ſtratibus eſſe non poteſt, nec † rectè ſi-
ne ijs,quæ pertinent ad rectum ordinẽ
& ornatum adminiſtrari,& *Cicer.3.de
38 leg.* ait q Magiſtratibus † opus eſt,ſine
quorũ prudẽtia ac diligẽtia ciuitas eſſe
nõ poteſt, quorũ deſcriptione omnis
Reipub.moderatio cõtinetur,idemq.
tradiderũt *Dioniſ.Halicarnaſ.lib.6. &
Ecphantes Pytagoricus lib.de Regno.*qđ
39 † citra conſtitutionem Magiſtratuum
40 nulla Ciuitas habitari poſſet,eget † e-
nim, ſemperq. egebit imperita multi-
tudo prudentibus Ducibus, itidem q.
præeſſe poſſunt, & rebus conſcribere,
opus habent aliquibus qui parere ve-
lint, idq. non rationibus tantum, ve-
rum etiam quotidianis experimentis
diſcimus; neceſſariũ ergo eſt,qui ma-
giſtratus gerere munuſque hoc ſuffer-
re valeant, *Petr.de Greg.Tholoſ. de Rei-
41 public. lib.4. cap.5. num.4.* & ſi † enim
bonorum ac prudẽtum ea ſit natura,
& conditio,quòd quieſcere, & obedi-
re potius, quàm imperare alijs malũt,
nec honorũ cupidine flagrant,vt poſt
Platonem tradidit *Simanc. de Republ.
lib.2.c.8. & Petr. de Greg. in loco nuper
42 relato*; publica † tamẽ vtilitas ſemper
43 pręferenda eſt priuatæ,cũ nemo † tan-
tum naſcatur ſibi ſoli, ſed etiã patriæ
ſuæ cõmodis,& vſui, *ad tex. in l.vnic.
ff.de ventr.in poſſe. mitt. & l. poſtlimi-
nium,§.filius, ff.de capt. & poſtlim. re-
uerſ. Auiles c.1. Prætor. ver. ii erra nu.*
14.& fuit doctrina *Plat.epiſ.9.Archit.
Tarent.* ibi *Vocate igitur te patria ipſa
ad Remp.gubernandã abſurdum forſan
eſſet*

eſſet non parere, præſertim cum ſimul ac-
cidat vt aditus prauis hominibus relin-
quatur, qui nulla ipſius quod optimũ eſt
ratione proficiſcuntur ad publica, idemq.
tradit optimè Cicero de offic. 4. ad He-
44 renn. ibi, nullum eſt † periculum, quod
ſapiens pro ſalute patriæ vitandum ar-
bitretur, hæc enim ſecũ loquitur non mi-
hi ſoli, ſed etiam atque adeo multo potius
natus ſum Patriæ, vitaque fato debetur,
ſaluti patriæ potiſſimum ſoluatur, & lib.
45 1. de offic. nu. 99. multi † autem, inquit,
& ſunt, & fuerunt qui tranquillitatem
expetentes à negotijs publicis ſe remoue-
rint, ad otiumque profugerint, in his, † &
46 nobiliſsimi Philoſophi longèq. Principes,
& quiddam homines ſeueri, & graues,
neque populi, neque Principum mores fer
re potuerunt, dixeruntq. nõnulli in agris
47 delectari re ſua familiari: his † idẽ pro-
poſitum fuit quod Regibus vt neque re-
gerent, neque cui parerent, libertate vte-
rentur, cuius proprium eſt ſic viuere vt
48 velis. Quare † cum hoc communis ſit po-
tentia cupidorum, cùm ijs, quos dixi otio-
ſos alteri ſe adipiſci id poſſe arbitrantur,
ſi opes magnas habeant: alteri ſi conten-
ti ſint, & ſuo, & paruo, in quo neutrorum
omnino contemnenda ſententia eſt, ſed
facilior, & tutior, & minus alijs grauis,
aut moleſta vita eſt otioſorum, fructuo-
ſior autem hominum generi, & ad clari-
tatem amplitudinemq. aptior eorum, qui
ad Rẽpublicam, & ad res magnas geren-
49 das ſe accomodauerunt. Quapropter, † et
ijs forſitan concedendum ſit Rempublicã
non capeſſentibus, qui excellenti ingenio
doctrina ſeſe dediderunt, & his, qui, aut
valitudinis imbecillitate, aut aliqua gra-
uiori cauſa impediti à Republica receſſe-
runt, quum eius adminiſtrandæ poteſta-
tem alijs, laudemque concederent; quibus
autem talis nulla ſit cauſa, ſi deſpicere ſe
dicant ea, quæ plerique admirantur Im-
peria, & magiſtratus, ijs non modo non
laudi, verùm vitio dãdum puto: quorum
inditium in eo quòd gloriam contemnãt,
& pro nihilo putent, difficile factu eſt nõ
probare, ſed videntur labores, & mole-
ſtias, tũ offenſionum, & repulſarũ quaſi
quamdam ignominiam timere, & inſa-
niam. Hactenus Cicero. Hoc idem tra
didit D. Proſperus de vita cõtemplatiua
50 lib. 3. cap. 28. ibi, videndum eſt † vtrum
iuſtè faciant illi, qui ſe remouẽtes ab oc-
cupationibus cunctis, ac ſtudijs ſpiritua-
libus offerentes, nihil humanæ ſocietati
proficiũt, & deſideria ſua cõmodis oẽum
pferentes, vtilitatẽ communẽ deſideratæ
vocationis electione contẽnunt, cũ profe-
ctò laborantibus opem ferre nollent, cùm
poſſint, & cõmuni bono poſthabito, otioſa
quiete frui, nihil habeat æquitatis; cui
æquitati qui ſeruiũt omnes omnium bono
viuunt, ac velut ſibi inuicem nati ſalutẽ
mutuam tuentur, ac diligunt, ac per hoc
51 † contra iuſtitiam faciunt hi, qui merito
ſuæ cõuerſationis, vel eruditionis allecti
otioſũ ſtudium, fructuoſæ vtilitati regẽ-
dæ multitudinis anteponunt, & cùm poſ-
ſint laboranti eccleſiæ ſubuenire, operoſæ
adminiſtrationis laborem fruendæ quie-
tis contẽplatione refugiunt, Hæc dictus
Author, quem refert Bonadill. loco cit.
nu. 16. lit. A. Confirmantur prædicta
ex eodem Ariſtotele lib. 6. Polit. cap. 1.
oportet, inquit, publicorum publicè exer
52 citationẽ fieri, & ſimul † non debet quiſ-
que cuius ſe ſuum eſtimare, ſed omnes ci-
53 uitatis, particula † enim ciuitatis vnus
quiſque eſt, cura autem ſingularum par-
ticularum reſpicere nata eſt ad curã to-
tius; Inde eſt ſecundũ Platonẽ in epiſt.
54 9. Archita Tarentino quòd † ſi boni, ac
prudẽtes oblatos ſibi honores, & ma-
giſtratus non admictant, eoſdem pra-
ui, & ſtolidi conſequãtur, vnde in dia-
55 logo 1. de iuſto ſubdit, quòd † ſi officiũ
gubernandæ Patriæ iuſtum eſt, volun
tarium eſſe debet, & neceſſarium, cùm
56 iuſtitiæ † potius cõueniat, vt boni pe-
riculoſum magiſtratum gerãt, quàm
damnum aliquod Reſpublica ſentiat,
vt ait Ariſtotel. lib. 2. polit. cap. 7. eo ma-
ximè,

57 ximè, quòd † Deus Magiſtratum in-
ſtituit, vt ſit vindix in ira ei, qui malè
agit, ad Roman. cap. 13. corrueretque
58 † Populus ſi nullus adeſſet guberna-
tor, quinimo diſtraherentur omnes in
diuerſa nemine exiſtente, qui cõmune
bonum curaret, & in medium conſu-
leret, ſecundum Plat. lib. 1. de legibus
59 Vida. de Reipubl. digni. et Simanc. lib. 3.
de Republ. cap. 1. & 2. ad quid † enim le-
ges optimę prodeſſent, cùm vt firmæ
ratęque habeantur, magiſtratus au-
xilium implorãt? vt dixit idem Plato.
lib. 6. de legib. & optimè Demoſtenes in
60 Midiam, conſequitur † pręterea hono-
rem magiſtratus, qui quãtus ſit apud
nos eſtimandus plenas habemus pa-
ginas, & nos in alio loco dicemus, &
61 licèt † odia, inuidias, ſeditiones, aliaq.
incommoda experiri interdum magi
ſtratus neceſſe habeant, vt docuit Ci-
cero in orat. pro Sext. & in orat. pro
Flacc. & d. lib. 1. offic. Platea in l. cor-
nicularij num. 1. C. de apparit. præfect.
Prat. lib. 10. frater Marc. Anton. de Ca-
mos in Micocroſm. 2. p. dialog. 2. & ſupra
dictum habemus, non tamen propte-
62 rea Reſpublica deſerenda eſt, cùm † à
Deo Magiſtratus defendãtur, & pro-
tegantur. Hinc ſumma cum ratione
63 ortum habuerũt leges, vt ſi quis † ma-
giſtratus in municipio creatus mune-
re iniuncto fungi detractet, per Præſi-
des munus agnoſcere cogendus ſit re-
medijs, quibus tutores quoque cogi
ſolent ad munus, quod iniunctum eſt
agnoſcendum, ad tex. in l. ſi quis ma-
giſtratus, ff. de munerib. & honorib. &
tex. in l. ſi quemquam, C. de Epiſcop. &
cleric. ibi, vt quæratur cogẽdus, l. ex om-
nibus domibus, & l. ſi ad Magiſtratum,
64 C. de decurionib. lib. 10. vbi † pęnam re-
cuſantis officium eſſe ait, vt loco eius
alius ſubrogetur, & illi ſubrogato bo-
na recuſantis cõcedantur, illa ſibi vſu-
fructuando donec durat officium, & ſi
poſtea reperiatur, cõpelli debeat illud
officium per biennium habere, Luc. de
Penn. in l. contra publicam, in fine, C. de
65 re milit. lib. 12. ſubdens, quod † crimen
contrahit qui recuſat ſuſcipere digni-
tatem, quæ per alios exerceri non po-
teſt, ſecundùm Abb. in cap. venerabilẽ,
col. 7. de elect. Matthienſ. dialog. relat. 4.
66 cap. 14. quinimo † ẽt per carceratione͂,
& bannũ cõpelli poſſunt, gl. Bal. et Sal.
in l. præſes, C. de ſuſpect. tutorib. Angel.
Alex. Roman. et alij in l. dotẽ, quã alij le-
gũt ſub l. liberta, ff. ſolut. matrim. & in l.
vt iudicare munerũ, §. iudicãdi ff. de mu
nerib. & honor. Roman. ſing. 188. Dec. in
l. inuitus nemo, & ibi ẽt Cagnol. & l. in-
uito beneficiũ, ff. de reg. iur. Marſil. ſing.
177. Caſſan. ĩ cathal. glor. mũd. p. 11. cõ-
67 ſid. 32. Viui. dec. 144. Item † & à domo
extrahi poſſunt, ad tex. in l. plerique, ff.
de in ius vocand. vbi Soc. nu. 24. & d. l.
domibus omnibus, ibiq. Plat. C. de decu-
rionib. l. eũ q ff. de iuriſd. omn. iud. Alex.
in add. ad Bar. in d. §. iudicãdi ff. de mũ-
ner. & honor. Auil. c. 17. Prat. uer. eligã,
68 nu. 5. & c. 54. n. 6. vbi ponit † ſi pro cõ-
tumace iuſſo gerere magiſtratũ poſſit
alius cõparere, & onus ſubire; D. Tap.
in l. fi. ff. de conſt. princip. p. 1. c. 4. nu. 32.
Io. Ant. Boſell. ad ſtat. Parm. tit. Qualit.
nem. poſſ. cogi ad offi. lib. 1. fol. 8. latè Bo-
69 uadill. lib. 1. polit. c. 15. n. 38. hinc † Athe
70 nienſes capite multabãt, † Romani li-
71 bertate, † Sparti patria, & † Sophonetus
72 quòd Dux declaratus, munus recuſaſ-
ſet, decẽ mulctatus minis eſt, vt refert
Xenofontes de Cyri minoris expeditione
lib. 5. Alex. ab Alex. lib. 4. Genial dierũ,
c. 6. & ante oẽs Plato de Republica lib. 1.
73 vbi ait, q † ſi neq. pecunia, neq. honore
ducti boni homines imperare nolunt,
oportet neceſſitatem illis imponere, &
multã ſic impellẽdi sũt, vt velint ma-
giſtratũ accipere, maxima vero mul-
ctarũ eſt, adminiſtrationi malorũ ſub-
ijci, niſi ipſi velint accipere Reipublicę
gubernaculũ, hãc itaq. pęnã timẽtes,
magiſtratus capere probi hoĩnes mihi
viden-

vñr, & ſi aliqñ capiũt, tũc ad eos acce-
dũt nõ tãq̃ bonũ aliqđ, neq; tãq̃ ex his
voluptatẽ aliq̃ capiẽtes, ſed tanq̃ ad rẽ
neceſſariã, cũ neq; melioribus, neq; ſi-
milibus ſe cõmictere valeãt, id qđ cõfir
mat Simanc. de Repub. lib. 2. c. 8. n. 4. et 5.
74 ſicut † dr̃ de Ambaſiatore ſiue Legato,
gl. in l. ſi qs decurio, C. de decurio, lib. 10.
Bald. in l. veluti n. 2. ff. de iuſt. & iur. &
* eſt gl. cõiter *ibi approbata p Bar. Plat.
Luc. de Pen. Bald. & Ang. ĩ d. l. ſi quis de-
curio, & tex. in l. ſciendũ §. ſi accuſatio, et
§. ordine ff. de legat. Auil. d. c. 54. prætor.
n. 2. cũ ſeq. in ver. Menſayero, & in verb.
75 Ha de aZer n. 2. vbi † qñ cũ negotijs Ci-
uitatis, à qua mictit̃, poſſit ſua vel alia
negotia tractare, Bonad. d. c. 15. n. 11. q
ampliat in militibus, & alijs, vt ibi p eũ
n. 42. & ſeq. & rõ ſupradictorũ, vltra ſu
76 periusdeducta, illa ẽt eſſe põt, quia † iu-
dicare, & magiſtratũ gerere publicum
munus eſt, ad tex. in l. quippe, ff. de iud. l.
nũ quid, ff. ad Trebell. Menoc. de arbit. lib.
77 1. q. 2. n. 21. eoq; orit̃, qđ † aduocatus
cogit̃ eſse conſiliarius, nec poterit ſe ali
quo mõ excuſare, vt dixit Io. de Plat. in
l. in filijs n. 2. C. de decurion. lib. 10. & in
l. ſemel, in ſi. C. de re milit. lib. 12. Bonad.
d. c. 15. n. 8. Cabed. dec. Luſit. 84. n. 45. p.
2. licet ꝯriũ teneat Fontan. de pact. nupt.
78 clauſ. 4. gl. 10. p. 1. n. 127. ſicuti † cogitur
ẽt patrociniũ ſuſcipere, vt notãt Bald. et
Sal. poſt Goffr. in l. inuitus, per illum text.
C. de procur. gl. in l. 1. §. ait prætor. ff. de po
ſtul. maximè vrgẽte neceſſitate ſm Bar.
in l. ſancimus, C. de aduocatis diuerſ. iud.
79 & † cogit̃ cõſulere, vt dixit idẽ Bart. in l.
2. per illũ tex. et ibi gl. in ver. cõceſſum, C.
de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. Viui. cõ
* mu. opi.* lib. 1. ver. Aduocatus, & † proce
80 dit̃ in hoc caſu pęnis, & mulctis, ad tra-
dita per Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 369.
81 qđ ĩ dies † ſeruamus in Regno; ita & pa-
82 riter Procurator † fiſcalis inuitus cogit̃
officiũ ſuſcipere, Dec. in d. l. inuitus, ff. de
83 reg. iur. Itẽ, † notarius cogit̃ officiũ exer
84 cere, ſm Menoc. in d. caſ. 369. Itẽ, † car-
nifex cõpelli põt pro exercitio iuſtitiæ,
ad tex. in l. 1. C. ne quis lib. inuit. lib. 11.
85 Bonad. d. c. 15. n. 47. lit. L. Item † tutores,
& curatores ad litẽ, ad tex. notabil. & ibi
gl. ĩ §. eſt aũt, inſt. de tutel. l. 1. §. ſi qs tu-
tor, ff. quand. appell. ſit, Baez. de decim.
86 tutor. præſtat. c. 2. n. 37. & ſeq. Itẽ † colle-
ctor pęcuniæ publicæ, Alber. in d. l. mu-
87 nerũ, ff. de munerib. & honor. & ſic gñа-
liler † oẽ officiũ, quod eſt vtilitate aut au
thoritate publicũ, dr̃ neceſſariũ, & non
põt recuſari, ad tex. ind. §. iudicandi, &
Doctores ſupra relati, maximè Dec. in d. l.
inuitus, Auẽd. de exequend. mand. Princ.
c. 19. n. 16. Mõta. de admin. vniuerſ. prag.
88 2. n. 337. vbi loquit̃ de † Sindicis vniuer
ſitatũ, eò magis ĩ ciuitate parua, Pet. de
Greg. Tholo. de Repub. c. 5. n. 4. lib. 4. nec
89 † valeret excuſatio, ꝙ in loco alij magis
idonei reperiãtur, q id munus exercere
valeãt, ſm gl. ĩ c. qd ergo, 11. q. ult. Laud.
90 de Princip. q. 17. & proinde † nõ obſtãte
ꝙ ſint coacti ad officiũ acceptandũ tenẽ
91 tur dare ſolitas fideiuſſiones † de ſtãdo
ſindicatui, ad tex. in l. ſi. ff. ad Municip.

Sunt tñ plures caſus, q excuſationẽ
merent̃ à gerẽdo Magiſtratu, & primo
92 † infirmi, ad tex. ĩ l. 2. §. quẽ ita. ff. de va-
cat. muner. Bar. in l. 1. §. hoc interdictũ ff.
de font. & poſt multos dixi ſupra ĩ c. 21.
de ſalarijs Magiſtratuũ, notab. 5. & 19.
93 vbi ampliaui qđ † ẽt ſalaria ſibi in caſu
prędicto cõpetãt, ſi tñ grauis ſit infirmi
tas, & diu duratura, certumq; ſit ciuilia
officia ſubire nõ poſſe, ad tex. in l. pen.
ff. de vacat. muner. Auend. de exequẽ. mã
dat. c. 19. ſub n. 16. ver. tertius caſus, Aze
ued. poſt alios relatos lib. 3. recop. tit. 5.
94 l. 6. n. 8. cũ ſeqq. hinc † Tullius Torqua-
tus Cõſul declaratus, excuſata oculorũ
valetudine, Cẽturiã illã, q̃ ſuffragiũ tule
rat reuocari iubſit, peſſimũ ac periculo-
ſiſſimũ ſeſe exẽplũ, dixit', introductu-
rũ, ſi oculis alienis Rẽpublicã admini-
ſtrãdã ſuſciperet, hortatus eſt aliũ ma-
gis idoneũ vt eligerẽt, cũ verò cũcti in-
ſtarent, aliũ (inquit) q̃rite Quirites, ad

quē honorē hūc trāſferatis, nā ſi me ge-
rere eum coegeritis, nec ego mores ve-
ſtros ferre, nec vos meū perpeti imperiū
poteritis, itaq; ſuffragio denuo inito, Cō
ſules electi alij fuerūt, iuſtā.n.cām arbi-
trati ſūt, vt teſtanī Liui.lib.6.Plin.de vi
ris illuſtr.c.28.et Valer.Maxi.lib.6.c.4.
95 Excuſantur 2.† ſenes, qa ſenectus in-
firmitas eſt, ad tex. ī c. magna, extr. de
96 vot. qđ intelligo † de ſenectute tali, quę
impediat officij adminiſtrationē, aliàs
excuſatio nō admictetcī, Azeued. in l.
6.n.10.lib.3.tit.5. Platea ī l. 2. C.de his
qui nō impl.ſtipēd.lib.10. & in l.cū de-
curionatus C. de decur.lib.10. & de ſene
70.annorū eſt text.& ibi gl.ī l.2.§.ſi.ff.
de decur. Fontan.de pact. clauſ.4.gl. 10.
97 p.1.nu.127.licet † nō excuſenī ſaltim vt
præſtēt cōſiliū & dent votū cū alijs, vt
notat Bald.ī l.decernim⁹, C.de ſacr.ſāct.
98 Eccl.ſub nu.2. cū nemo † ſit excuſatus à
cōſulēdo Reipublicæ, ad text.in l.ſi de-
curio fortunā, & ibi Plat. C. de decurio.
lib. 10. Laud. de fiſc. q. 17. & dixi ſupr.
99 Excuſanī 3.† nobiles ſi ad vile officiū
eligerenī, ad text. in l.ſi.& ibi Bar. C. de
ſuſcept. lib.10. l. munerū, §.iudicādi quo-
que, ff.de mun. & honorib. Bart.l. 1.C.de
dignit.lib.12.Bonad.ī d.c.15.n.1. Cabed.
d.dec.84. n.29.qđ maximè procedit in
Ducib⁹, Comitib⁹, & ſimilib⁹, vt dixit
Marc.Ant.Surg.de Neap.illuſt.c.23.n.16
100 Excuſantur 4.† alibi officiū habentes,
ad tex. in l.ſi.ff.de vacat.muner.gl.in l.1.
C.quēad.ciuil.mun.lib.10. Spec. in tit.de
cenſib. §.nunc dicēdū, & §.ſi vero, Bal.in
l.ſi vt proponas, C.quād.prouo. nō eſt ne-
ceſſ. Cabed.d.dec.84. n.21.p.2. Antibol.
de munerib.p.3.nu.60. cum ſequentib.
101 Excuſanī 5.† qui habēt priuilegiū à
Principe ne ad officia eliganī, ad tex. ī
l.ſenatus, ff.de offi.Præſid.l. 1. C. de ijs q
à Princip.lib.10.Io.de Platea in l.1.C.de
primic.lib.12. Auend. de exequēd. mād.
c.19.ſub n.16.verſ.vndecimus caſus eſt.
102 Excuſanī 6.† habentes duodecim fi-
lios, ad tex.in l.ſi.C.qui num. liber.& ibi
Io.de Plat.& ī l.albo, & l.ſi vltra, de de-
curio.lib.10.Pet. Antib.de muner.p.3.n.
12. vbi hinc inde multa explicar circa
numerū liberorū, Auēd.d.c.19.ſub n.16.
103 Cabed.d.dec.84.n.36.& 37.† qui ēt hoc
intelligit ſi habeat quinq.filios, & am-
plia vt ibi per eum Theſ.dec.267.nu. 2.
104 Excuſanī 7.† pauperes ſi minus idoneī
ſint, & iniūcto muneri ſufficere nō poſ-
ſint ad tex.in l.honor, §. de honoribus, ff.
de muner.et honorib.& l.ſi.C.de his q fil.
vel pauper.lib.10.Antib.de muner.d.p.3.
ſub nu.46.Montan. de adminiſt.vniuerſ.
pragm. 2. nu. 332. vbi hoc declarat qñ
oporteret tota die laborare pro uictu.
105 Excuſanī 8.† cōductores pricipales ga
bellarū fiſci, ſeu vniuerſitatis, ad tex.ī l.
vni.C.qb.mun.excuſ.lib.10.Cabed.d.dec.
106 84.nu.26. limitans † ī his q ab ipſis for
te cōducerēt, qđ rñ vltimū nō admictiī.
107 Excuſanī 9. † ſi maiores Magiſtratus
adminiſtrauerīt, & ad minores eliganī,
ad tex.ī l.maiores, C. quēadm. ciuil.mu-
ner.lib.10. & dixi ſupra c.27.nume.32.
licet hoc admicti nō dēat vt ſupra dixi.
108 Excuſanī 10.† pſonæ inhabiles idq;
Prīcipi cōſtaret, ſed nō eſſet procurata
excuſatio, vt dixit Bonad.d.c.15.n.12.
199 Excuſanī 11.† originarij alibi habitā-
tes, ſi vocanī ad officiū in loco originis,
ſi tñ alij ſint idonei, aliàs ſec⁹, & ſibi im
putēt, q alibi ſe trāſtulerūt, vt dixit Pet.
Vbal.ī tract.de collect.n.33.refert, & ſeq
tur Mōt.de admin.vniuer.prag.2.n.336.
110 Excuſanī duodecimo † in Regno no-
ſtro nōnulli officiales ex particulari gra
tia Regis Iacobi, cap.11.
111 Excuſanī vlt.† licèt īpropriè qa ēt vo
lētes nō admicterenī, mulieres, cōdēna
ti, debitores Reipublicę & cū ea litigā-
tes, & alij de quibus in ſeq.lib. diſcutie-
mus, vt dixit Auend. d. c. 19. num. 18.
Cabed.d. deciſ.84.par.2.
112 Prędictas † tñ excuſationes, & ſi iuri-
bus, & authoritatib⁹ cōfirmatas; intelli
ge tñ arbitrio Prīcipis determinari poſ
ſe, Bonad.d.c.15.nu.7.& ſeq.

D E

DE QVALITATIBVS NECESSARIIS AD OPTIMVM MAGISTRATVM.

LIBER SECVNDVS.

DON GARSIA MASTRILLO,

CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE,
Regioque in Regno Siciliæ Conſiliario Authore.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſolus habet poteſtatem creandi Magiſtratus, & officiales ad iuſtitiã expediendam.*

2 *Princeps curare debet vt Magiſtratus, & officiales optimi, & preſtantiores eligantur, & nu.3.6.9. & 11.*

3 *Salus populi in optimis, & integerrimis cõſiliarijs eligendis cõſiſtere videtur.*

4 *Officiales & miniſtri ſi ſunt ignari, deſides, aliosque ſimiles defectus habentes, nihil prodeſt imperare, nec tales ſunt eligendi, ſed potius exterminandi, & num. 5.*

7 *Officiales mali peſſimè iura adminiſtrant, ſatiſque periculoſum eſt illis Magiſtratum committere, & quæ mala patrare videantur, & num.8.13. 24.25.& 30.*

10 *Officiales optimi quæ bona Reipublica afferant, & num.12.& 13.*

14 *Seuerus Imperator, cum illi obijceretur quod nimia ciuilitate poteſtatem redderet, quid reſponderit.*

15 *Seuerus Imperator (oĩum ferè optimus) quos cõſiliarios habuit, & quorũ iudicio Magiſtratus, & officiales eligebat.*

16 *Seuerus Imperator cum creabat officiales, & Magiſtratus, ante omnia eorum nomina populo proponebat, vbi de ratione.*

17 *Carolus Octauus Galliæ Rex antequam officiales eligeret, prius coram omnibus ſingulos nominabat, & ibi de ratione.*

18 *Officiales, & optimi Magiſtratus qui dicantur.*

19 *Rex debet habere probos, honeſtos, & expertos conſiliarios.*

20 *Reſpublica tutior, et melior eſt, ſi officiales ſunt boni, & Princeps malus, quã è cõuerſo, & de ratione, nu.21.& 22.*

22 *Princeps ſi malus exiſtat populi delictũ eſt, cum vero iudices mali ſunt, Principis eſt peccatum.*

23 *Eſaiæ authoritas circa prĩcipes ignaros.*

24 *Deocletianus Imperator dicere conſueuerat, nil difficilius eſſe quàm benè imperare.*

25 *Deocletianus Imperator affirmare ſolebat, quod bonus, cautus, & optimus Princeps ab officialibus, & Magiſtratibus vendi ſolet.*

26 *Reſpublica abſque bonis conſiliarijs gubernari non poteſt.*

27 *Princeps vt bene regat omnia cum conſilio facere debet quia in illo ſalus eius conſiſtit, & num. 28. 29. & 42.*

28 *Sapiens libenter conſilia audit, & num. 29. 45. & 47.*

30 *Conſiliarij mali qua mala operentur, & num. 34. extende vt nu. 31. & nu. 35.*

32 *Tria deſtruunt Rempublicam, conſilium non prudens, commodum priuatum & odium latens.*

33 *Athenienſes non omnes ad Magiſtratum admictebant, ſed tantum optimos, & prudentes, quos etiam Imperatores creabant.*

36 *Aqua talis eſt ſicut terra per quã trãſit.*

37 *Cor impium, & inhoneſtum impietates parit: purum autem, & ſanctum bona, & virtutes generat.*

38 *Cor hominis ita manifeſtum fit prudentibus ſicut vultus in aquis ſplendet.*

39 *Conſilium bonum, & rectum quando nobis eſſe dicatur.*

40 *Conſiliarij quales eſſe debeant, & n. 41.*

43 *Adrianus Imperator in quocumque negotio non ſolum à Magiſtratibus verum etiam à perſonis humilibus corrigi, & admoneri libẽter patiebatur.*

44 *Tiberius Imperator ab omnibus conſuli permictebat.*

46 *Medicus in infirmitatibus medicum adire debet.*

47 *Sapiens quid ſapienti prodeſt?*

48 *Antoninus Imperator circa ſumendum conſilium quid dicere ſolebat.*

49 *Roboam Rex Iſrael, quia ſeniorum conſilio non credidit, dignitatem ammiſit.*

50 *Princeps ideo peccat quia pre timore vel magna reuerentia nemo eſt qui ei dicat veritatem.*

51 *Demetrius Phalares Ptolomeum Regem Suadebat vt libros de Regno ſcriptos emeret ac legeret; nam de quibus amici eum admonere ceſſabãt, ea in libris ſcripta reperiret.*

52 *Princeps optimus ſana piaque conſilia ſuis proprijs meliora sẽper percipere deberet.*

53 *Princeps cõſiliarios prudentes, licet eius voto non conſonent, patienter audire debet, illoſque pariter conuocatos ad eius latus ſedere faciat.*

54 *Princeps conſiliarijs nimium tribuere non debet, adeo quod illos nimis audaces efficiat, eiuſq. bonitate facilius abutantur.*

55 *Princeps nihil aliud agẽs niſi quod ſemper ſibi conſulitur, potius conſiliariorum cauſa, quàm ſua iuuari videtur, nec quidem publica vtilitas, ſed illorum commoditas procuratur.*

56 *Princeps conſiliarios ſuos ſuſpenſos retinendo, nec ſtatim eorum conſilia ſequi deliberando, efficiet vt quotidie ipſi melius conſulatur.*

57 *Conſiliarius qui de grauibus tãquam leuibus, & è contra Principi conſuluerit, eſt vtique puniendus.*

58 *Officia qualiter, & quibus ſint à Principe conferenda, cum pluribus ſeqq.*

Iudicãdi munus omnium eſſe oportet innocentiſſimum ſub num. 58.

59 *Officialis, & Iudex ille cõſtitui debet qui à pueritia, et adoleſcẽtia ac in matura etate maxime vita ſuorũ ſemper probatus eſt, & num. 60.*

61 *Officia ſi pecunia obtineantur, cum virtute conferri debeant, omnia malè ſe habebunt.*

62 *Officia quando conceduntur debent preferri periti imperitis, antiqui nouellis, & emeriti rudibus, alias iniuſtũ eſſe videtur.*

63 *Officia ſufficit concedi perſonis dignis, licet omictantur digniores.*

64 *Officiorum collatio circa perſonas indignas, & digniores quomodo procedat in foro conſcientia.*

66 *Dignior circa officia quomodo conſideretur, & quis talis eſſe dicatur, & num. 66. & 67.*

66 *Officio aptior, & diligentior eſt praferẽdus viro ſancto.*

68 *Officiales, ac Magiſtratus maiores circa officia conferenda Principem conſulere*

lero debent.

Officiales maiores tenẽtur plenam notitiam habere de Magiſtratibus creandis, nec ſunt tuti in conſcientia ſi illos eligant de quibus non ſunt penitus informati, ſub n.68. & an leuis ignorantia excuſet, vide nu.70.

69 *Officia illis ſunt conferenda, qui bona exiſtimatione noti ſunt, uel ſimiles ex iuſta cauſa præſumuntur.*

71 *Officiales & conſiliarij perſonas officijs eligentes, ac illas Principi proponẽtes quid animaduertere debeãt.*

72 *Officiales & conſiliarij indignos officijs Principi proponentes, mortaliter peccant ac de eorum exceſſibus tenentur, & ad reſtitutionem damnorũ obligantur.*

73 *Officiales perfecti ad officia adminiſtranda ſi minime reperiuntur, ſaltem prudentes eligantur.*

74 *Nemo ſine uitijs naſcitur, nec ſine crimine viuit.*

75 *Officia & dignitates qualiter & quibus perſonis hodie concedantur.*

76 *Officia & dignitates hodie à Rege noſtro Catholico dignis, & benemeritis conferuntur.*

ARGVMENTVM.

Quid curare debeat Princeps in creatione Magiſtratus.

CAPVT I.

1 PRINCEPS, † cui (vt dictũ eſt in prȩcedenti libro) competit ius creãdi Magiſtratum ad iuſtitiam expediẽdam,
2 curare † debet vt ij optimi, & præſtantiores ex toto ſubditorum cȩtu eligi debeant, quãdoquidem † pars magna communis ſalutis
3 in conſiliarijs optimis, & integerrimis eligendis poſita eſt, *ad text. in cap. de nobis, & cap. ſi quis hominem, 11. quæſt. 3.* & dixit *D. Hieronym. ſuper Epiſtol. Paul. ad Filippen.* & de noſtratibus *Segur. in direct. iudic. par. 1. cap. 13. nu. 8. in fin. Vlcur. in tractat. de regim. mund. part. 4. quæſt. 2. num. 1. & ſeq. Bim. conſ. 103. num. 42. vol. 2. Vinc. de Franch. de-*
4 *ciſ. 438. num. 5.* Quid † enim prodeſſet benè decernere, ac imperare, ſi miniſtri, per quos negotia expediri debeãt, deſides, ignari, ignaui, inmites, & alijs eiuſdem generis notis fȩdati ſint?
5 nec ſeligendi tãtum, ſed † explorandi, ne quid indecorum commictant, vel ſegniter agant, quia vero ex bono delectu ſpes propemodum tota pendet,
6 ſolent † Principes boni merita virorũ, quos virtutibus egregijs excellere fama eſt, ſolerter exquirere, ac perſpicaciter intueri, & quos probatiſſimos, eruditos, ac expertos norũt, nihil eiuſdem fortaſſe cogitantes accire, populiſque præficere, quod inter Principũ encomia ponendum eſt, cùm, vt ait *Theon. in ſentent. eligiacis*, veriſimile
7 ſit † malum virum malè iura adminiſtrare, & vt tradit *Iamblicus in exhor-*
8 *tatione ad Philoſophiam*, perinde † periculoſum eſt inſanienti gladiũ, ita improbo viro magiſtratum cõmictere, *D. Carol. Tap. lib. 2. Iuris Reg. num. 2. & 3. de official. in Reg. conſtit.* ſubdẽs,
9 quòd † Princeps nimiũ inuigilare debet in magiſtratuum electione, cùm ad rem publicam in pace gerendam, quæ Principi felicem hic vitam ducere facit, nihil aptius inueniri poſſit q̃
10 Magiſtratus optimus, hi † ſunt potiſſima propugnacula, fortiſſima caſtra, & militum potentiſſima falanx, nam dum populi ab optimis eliguntur Magiſtratibus, nihil aliud ſibi quærunt, quippe cùm Magiſtratus optimus in Republica benè viſus, ratione cuncta perſoluat, corda ſubditorũ, qui ra-
tiona-

tionales ſunt homines,captat,& velu-
ti rete piſces, ita ratione corda homi-
num ad Principis beneuolentiam , ac
obedientiam ducuntur , quę omnia
magis ſuccinte docuerat *Socrat. orat.*
11 *de Reg.* operam † enim,inquit,dare de-
bet Princeps,vt honores,& magiſtra-
tus ad optimos quoſque deferantur ,
& cæteri tuti ſint ab omni iniuria. Eas
enim Reſpublicas(aiunt *Demoſten. in*
orat. 2. contra Ariſtogit. & Bieſ. lib. 4. de
12 *Republ.*)ſemper † maxime diutiſſimèq;
floruiſſe, quę Magiſtratibus ſapientiſ-
ſimis,& optimis vtebantur,nam quē-
admodum in grauiſſimis tempeſtati-
bus , (niſi peritiſſimus nauclerus ſit,)
neceſſarium eſt ſummis periculis nauē
exponi , ſic in tantis rerum humanarū
fluctibus, Magiſtratibus niſi varijs ex-
perimentis,& eruditione cum probita
te coniuncta,rerum momenta didice-
rint, nequaquã incolumē ſeruare poſ-
ſunt Rempublicam , hinc *Cedren. in*
13 *compend. hiſtoriar.* dixit, quoties † in
Prouincijs Præfecti ſuèꝛe moderati ,
atque iuſti , ſubditi quoque tranquil-
lam egerunt vitam , cùm verò iniuſti,
& auari Præfecti eſſent , ij & ſubditos
vexabant,& pacem labefactabant,qđ
totum fieri iuſtitia cum æquitate con-
iuncta,vt ex *Alex. Seueri* exemplo no-
tat *Ianſen. in prouerb. capit.* 20. ibi,(*de*
14 *Seuero † Imperatore traditur, quòd cùm*
Mamea mater,& vxor Memia ei obÿce-
rēt quòd nimia ciuilitate poteſtatem red-
deret,molliorem reſpondit, ſed ſecuriorē,
15 *ac diuturniorem* ,) Hic † itaque met
Princeps, omnium ferè optimus,(qui
conſiliarios habuit Sabinum , Vlpia-
num, Paulum,Pomponium,Alfetiū,
Florentinum, Marcianum, Calliſtra-
tum, Hermogenem, Venuleium,Tri-
fonium, Maximum, Celſum , Procu-
lum , & Modeſtinū,) omnes iuris pro-
feſſores celeberrimos , quorum conſi-
lio omnia faciebat,Præſides, Procon-
ſules,& Legatos nunquam ad benefi-
cium, ſed ad iudicium , vel ſuum , vel
Senatus eligebat,iuxta *tex. in l. 2. C. de*
offic. Præſid. ibi , (*Prætoris electa opi-*
nionis in hac vrbe per ſingulos annos iu-
dicio Senatus præcipimus ordinari) *Io.*
de Plat. in l. 1. C. de præto. & honor. præt.
lib. 12. Michael Vlcur. de regim. mund. p.
16 *4. q. 2. num. 6. &* 8. & † quando aliquos
volebat Prouincijs Magiſtratus aſſi-
gnare,aut Prępoſitos facere,ante om-
nia eorū nomina populo proponebat,
ipſum hortans,vt ſi quis aduerſus eos
quid haberet criminis,probaret mani
feſtis rebus, dicebatq; graue eſſe(cùm
id Chriſtiani , & Iudei facerēt in pręę-
dicandis ſacerdotibus, qui ordinandi
ſunt)non fieri in Prouinciarum Recto
ribus,quibus & fortunæ,& hominum
vitæ committerentur,quæ omnia tra-
dit *Lamprid. in vita dicti Alex. Seueri* ,
quem refert *Simanc. de Cathol. inſtitu.*
tit. 41. de miniſtr. & eorum offic. nume.
2. Bonadill. lib. 1. politic. cap. 3. nume. 9.
17 idemque † ſeruatum fuiſſe per Caro-
lum VIII. Galliæ Regem, *teſtatur*
Arnol. Ferr. lib. 2. de reb. geſt. & pro-
18 pterea † eos optimos eſſe diceꝛē, quos
ambitio nulla, nullusque priuati boni
detorqueat intuitus,quippe nota pro-
bitate,ac Reipublicæ ſtudio, perſpica
cique iudicio communem ſalutem ex-
timare , & mala obſtantia cognoſcere
poſſint, ad notat. *per Bar. in tract. de re*
gim. ciuit. quæſt. 2. num. 9. Auil. in Pro-
hem. cap. Prat. verb. Accordado num. 13.
19 vbi ait † quod Rex debet habere pro-
bos & honeſtos Conſiliarios & exper-
tos,nam vt dicebat *Mar. Crinit. lib. 6.*
20 *de honeſt. diſ. cap. 6.* eam † tutiorē,me-
lioremque Rempublicam eſſe ; in qua
Princeps malus eſt, quàm in qua ſunt
Conſiliarij Principis mali , quem ſe-
quitur *Petrus de Greg. Tholoſ. Syntag.*
iuris vniu. p. 3. lib. 47. cap. 15. nume. 27.
eiuſq. rationem promptam habemus,
21 ſiquidem, † ſi Princeps effrenatus eſt ,
bonorum Conſiliariorum virtus re-
tinet,

tinet, ſi malè morigeratus, fama po-
puli ſibi per aliquem ex Cõſiliarijs ſe-
cretò denuntiatur, & ſic de ſingulis,
quòd ſi conſiliarij, qui Principi veri-
tatem cõſulere debent mali ſint, eiuſ-
que iniuſtitias taceant, ad delictum
pertinet Principum, qui prauos iudi-
ces contra voluntatẽ Dei populis prę-
22 ficiunt, nam † vt populi delictnm eſt,
quando Principes mali ſunt, ſic Prin-
cipi eſt peccatum, quando iudices ini-
qui exiſtunt, vt dixit *S. Iſidor. lib. 3. c.*
54. vnde dici poſſet id, quod ſcripſit
23 † *Eſai. de ſatrap.* quos Egyptiorũ Rex
in ſuo conſilio detinebat, *cap. 19. ſtulti*
Principes, inquit, *taneos ſapientes con-*
ſilij Faraonis dederunt conſilium inſi-
piens, inde eſt, (vt refert *Flauius Vo-*
24 *piſc. in Aurel.*) quòd † Diocletianus Im
perator dicere conſueuerat, *nihil eſſe*
difficilius, quàm benè imperare, colligunt
ſe quatuor, uel quinque atque unum con-
ſilium ad decipiendum Imperatorem ca-
piunt, dicunt quid probandum ſit, Impe-
rator, qui domi clauſus eſt, vera non no-
uit, cogitur hoc tantum ſcire, quòd illi lo-
quuntur, facit iudices, quos fieri nõ opor-
tet, amouet à Republica quos debet obti-
25 *nere, quid multa?* † & eſt Diocletianus
ipſe dicebat, *bonus, cautus, optimus vẽ-*
ditur Imperator.

26 Nec mirum, ſi impoſſibile † eſt Rem-
publicam bene regi poſſe abſque bo-
nis conſiliarijs, quandoquidem ſi ve-
rum eſt, prout veriſſimum, quòd Prin
ceps † vt benè regat omnia cum con-
ſilio facere debet, ibique ſalus Princi-
27 p̊s ſit, vbi multa conſilia, vt habetur
in Eccleſiaſt. cap. 32. fili ſine conſilio ni-
hil facias, & poſt factum nõ penitebis &
in prouerb. cap. 8. ego ſapientia habito in
conſilio, et eruditis interſum cogitationi-
bus, vel ſecundum aliam literam
Vatabuli, ego ſapientia cohabito ſolertia,
& ſcientiam conſiliorum aſſequor, quod
repetit in eiſdem prouerb. *cap. 12. via*
28 *ſtulti recta in oculis eius, qui † autem ſa-*
piens eſt audit conſilia, & *cap. 23. inter*
ſuperbos, ait, *iurgia ſunt, qui autem agũt*
omnia cum conſilio reguntur ſapientia,
idemque dixit *Thob. cap. 4. conſilium*
29 † *ſemper à ſapiente perquirito*, & de iure
eſt *tex. in l. placet vbi Bald. & Iaſ. in 1.*
lect. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Auiles in lo-
co citato ver. accordado num. 1. & ſequ.
30 quòd † ſi mali ſint cõſiliarij, quid bo-
ni in eorum ore reperies? niſi (iuxta il-
lud *in prouerb. c. 12. iniuſtitias, adula-*
tiones, cogitationes enim iuſtorum iudi-
cia, & conſilia impiorum fraudulenta,
31 maximè † ſi conſiliarius ſit ignarus, li-
terarum neſcius, imprudens, in faciem
Principis ſtudens, ei diſplicere timens
vt dixit *D. de Põt. ĩ tract. de poteſt. Pro-*
reg. tit. de elect. offic. §. 5. *n.* 10. ſubdens
ex Alber. in l. 1. C. de iuſtin. Cod. confir.
32 quod † tria deſtruunt Rempublicam,
non prudens, neque digeſtum cõſiliũ,
priuatum commodum, & latens odiũ
& obid *Iſocrat. in panatenaico* veteres
33 † Athenienſes non omnes ad conſilia,
& Magiſtratus admittebant, ſed pru-
dentiſſimos, & optimos, & vitæ inte-
gritate ſpectatiſſimos, atq; hos Impe-
ratores & legatos creabant, & Magi-
ſtratus vrbis omnes illis mandabãt.

34 Mali † quidem conſiliarij Principes
corrumpunt, vt ex *Herodiac.* ait *Mu-*
tius Surg. in annot. de Neap. illuſtr. fol.
318. in fine, Aluar. in Specul. Pontif. &
Reg. cap. 54. num. 44. Præſertim † ſi for
35 tè habeant aliquod intereſſe de eo, qđ
conſulunt, iuxta illud *in Eccleſiaſt. c.*
37. ibi, *à conſiliario ſerua animam tuã,*
prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas, &
quid ipſe in animo ſuo cogitabit, hinc di-
cebat *Ariſtot. de ſenſu & ſenſib. cap. 4.*
36 quod † aqua talis eſt ſicut terra per q̃
tranſit; & ſic ſi per ſalſiferam, ſalem
ſapit, ſi per calidam, vel per frigi-
dam frigida, vel calida fiet, ita de
37 conſilio dicendum eſt, quod † ſi ex
corde impio, impietates, ſic ex hone-
ſto, ſancto, & libero, Sancta libera
&

Digitized by Google

& honeſta cōſilia pariet, vnde *in pro-*
38 *uerb. c.* 27. Qūo † in aquis reſpledent
vultus perſpicientium, ſic corda ho-
minū manifeſta ſunt prudentibus, *&*
39 *D. Greg. ex regiſtr. in diſt.* 9. *c.* 33. † Nul-
lus fidelior tibi ad conſilium eſſe pōt,
quàm qui non tua, ſed te diligit, idēq.
40 *D. Ambr. lib.* 2. *de beneſi. c.* 17. Talis † dēt
eſſe Cōſiliarius, (ait) q nihil nebuloſū
habeat, nihil fallax, nihil fabuloſū, ni-
hil ſimulatū, quod vitā eius, ac mores
refellat, nihil improbū, ac maleuolū, &
41 ob id Titius † Romilius (vt refert *Dio-
niſi⁹ Halicarnaſ. lib.* 10.) Eum optimū
Conſiliarium dicebat, qui ſententiam
ſuam non ad gratiam, aut priuatas ini
micitias, ſed ad communem vtilita-
tem efferebat.

42 Eſt benè verum, quod † Princeps,
licèt ſapiens, tenetur libēter Magiſtra-
tuum conſilia amplecti, *Auiles in loco
citato, nume.* 3. & *Dionſius Caſſia-*
43 *nus in vita Adriani Imperatoris ſcribit,*
quòd † Imperator in quocumque ne-
gotio libenter patiebatur admoneri,
& corrigi, nedum à magiſtratibus, ſed
etiam ab humili quacumque perſona,
idem quoque in principio Imperij ſui
44 obſeruaſſe † Tiberium Cæſarem, teſta-
tur *Sueton. in eius vita,* & confirmatur
ex *Senec. lib.* 19. *epiſt.* 110. dum ſcribēs
ad Lucill. amicum ſuum, quærit, ſi
45 † ſapiens aliquid acturus, conſilium ab
alijs perquirere debeat, & reſpondet,
46 quòd ſic, prout † medicus medicum in
eius infirmitatibus adire debet, ſub-
47 ditque hæc verba [*quid* † *ſapiens ſa-
pienti proderit? impetum illi dabit, occa-
ſiones actionum honeſtarum commoſtra-
bit, preter hac aliquas ſuas cogitationes
exprimet, docebit qua inuenerit, ſemper
enim, & ſapienti reſtabit quod inueniat,*
48 *& quo animus eius excurrat*; † Nam
aquius (*eſt* dicebat *Imperator Anton⁹*)
*vt ego tot amicorū conſilium ſequar, quā
vt tot meā vnius voluntatem ſequātur,*
quod ſi minime Principes faciant
dignitatem amittent exemplo Ro-
49 boam, † qui ſenioribus non credidit
3. *Reg. c.* 12. *& Paralipom. c.* 10. *c. deni-*
50 *que,* 8. *q.* 1. nec mirū † ſi aliquando pec
cant, quoniam, vt dixit *Seneca,* hoc ſo-
lo priuantur magna faſtigia, quia pre
timore, vel magna reuerentia nō eſt, q
eis dicat veritatem, *Bald. in conſil. vlt.
col.* 5. *p.* 1. *Dec. cōſ.* 189. *in fi. Pet. de Greg.
de conceſſ. feud. p.* 1. *in princ. nu.* 7. *Auil.
in prohem. c. prator. verb. accordado, n.* 1.
cum ſeqq. vnde *Stobeus ī admonit. de Re-*
51 *gn. ſermone* 48. ait quod † Demetrius
Phalereus Ptolomeum Regem horta-
batur vt libros de Regno ſcriptos eme
ret, ac legeret, nā de quibus amici Re-
ges admonere non auderent, ea in li-
bris eſſent ſcripta. Abſit autem à bo-
52 nis † Principibus vt egrè ferant ſince-
ra, piaque conſilia ſuis opinionibus
diſſentanea, ſi meliora ſint, aut ſen-
tentiam propriam authoritate metiā-
tur, non rōnem pondere, ac pietate, nā
ſi potentia in hoc genere abutantur,
toruis oculis intuentes, aut verbis au-
ſteris repellentes, quos ſibi accinere
non cernunt, hoc ipſo commune bo-
53 num labefactant. Profectò † Conſi-
liarius prudens pius, ac in ſententia di
cenda modeſtus, tametſi Principi nō
conſonet non modo patienter, verum
& humaniter audiendus eſt, vt ſalus
publica illeſa conſiſtat, quinimo ab eo
vocandi ſunt, & cum eo ad eius latus
ſedere faciat, 2. *Eſdra c.* 3. *Bart. ī l. iuriſ-
peritos in princ. ff. de excuſ. tutor. & in*
54 *l.* 3. *C. de Actuar. lib.* 10. licèt † nimium
ipſis tribuere non debeat, adeo quod
illos audaces ita efficiat, vt ſua ipſius
bonitate demū abutantur, atque ſua-
rum hoc faciant prætextu rapinarū,
55 etenim † ſunt ex his, qui cùm Princi-
pem nihil aliud quàm quod ipſi con-
ſulunt agere conſpexerint, per hāc oc-
caſionem nō iam Principi, ſed ſibi ip-
ſis conſulunt, nō publicæ vtilitati, ſed
propriæ auaritiæ ſeruient, vt dixit *Ter-
menat.*

menat. in Rap. God. c. 18. vbi paulo in-
56 fra ſubdit, quòd † ſi ſemper illos ſuſpen
ſos habebunt quàm eorum cõſultatio
nem ſequi velint, efficiẽt ſanè vt quo-
tidie meliora conſilia excogitare, ac
præbere nitantur; hinc puniendus eſt
57 † Conſiliarius, qui de grauibus tãquã
leuibus, & e contra Principi conſulit
vt dixit *Auiles in loco citato num.* 12.

His aſtipulari videntur tradita per
Claud. lib. 1. de offic. iud. c. vlt. quem
refert, & ſequitur *Bouadill. d. lib. 1. po-*
58 *lit. cap. 3. ſub num.* 13. vbi, ad † hono-
res, aiunt, publios præſertim ad iudi-
candi munus, quod omniũ eſſe opor-
tet innocẽtiſſimum, non decet vel per
ambitionem, aut elargitionem pro-
rumpere, vel grauem virum vſq; eo di
mitti, vel ceu conductitijs ſubfraga-
toribus ei apud Principem, aut Ma-
gnates, aut Populum fauor inhoneſtis
artibus concilietur, hoc eſt blanditijs
magis, ac fruo, quàm virtute, ac ſu-
perioris vitę ornamentis, & propterea
59 dicebat *Plato lib. 3. de Repub.* quòd † is
qui ſingulis ætatibus ſemper pueritia,
adoleſcentia, ac matura ætate proba-
tus eſt, & immaculatus exiſtit, cuſtos,
& iudex ciuitatis conſtituendus eſt, *&*
60 *lib. 6. de leg.* oportet, inquit, eos qui re-
ctè Magiſtratũ accepturi ſunt ab ado
leſcentia probatos fuiſſe tàm ipſos q̃
ſuos vſque ad ipſam electionem, ſequi
tur *Didac. Perez. l. 2. tit. 6. lib. 1. ordin.*
col. 254. ver. ſexto facit, Auil. c. 4. Prato.
ver. Que les diere num. 1. & 2. vbi pul-
61 chrè loquitur, malè † enim ſe res habet,
vt quòd virtute effici debet, id tenea-
tur pecunia, vt dixit *Cicero lib. 2. de of-*
fic. & eſt *text. in authent. iuſiurand. qđ*
praſtat. ab his, verſ. iura quoque, Ang. in
§. ſunt praterea, inſtit. de publ. iud. Auil.
in d. c. 4. Prator. gl. per ruego, Decian.
tom. 2. tract. crimin. lib. 8. c. 21. nume. 9.
62 *Boer. de diſcipl. ſcholar. cap. 6.* vbi † ait
valde abſurdum, & iniuſtũ eſſe, quòd
imperiti peritis, nouelli antiquis, ru-
deſque præferantur emeritis, *Ioan. de*
Platea in l. 1. C. de Princ. agent. in reb.
63 *lib.* 10. licèt † ſufficiat quòd Princeps
eligat magiſtratum, qui ſit dignus, ẽt
ommiſſo digniori, *Bart. in l. cum qui-*
dam, ff. de leg. 2. per text. in l. cum pater.
§. rogo, ff. eod. & l. ex facto §. ſi quis ro-
gatus el. 2. ff. ad Trebell. §. eos autem, in
Authent. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.
Authent. de defenſ. ciuit. in princ. & l.
2. C. de decurion. lib. 10. Molin. de primog.
Hiſpan. lib. 2. cap. 5. in princ. & num. 65.
Peguer. in pract. cap. 7. num. 9. & 10. &
eſt expreſsè prouiſum in Regno, per
64 *Capit. Ferdinandi Regis* 64. Quid † au-
tem ſit dicendum in foro conſcientiæ
vide eumdem *Molin. capit. 5. nume.* 50.
Couarr. in reg. peccatum, §. ſeptimo, Do-
ctores in cap. bi quoſcumque, 1. quaſt. 1.
Vaſq. contron. illuſtr. perſon. cap. 27. &
43. Padilla. in dict. l. cum quidam nu. 19.
Dom. Carol. Tap. in conſtitut. Indices in
verb. diſcretio, fol. mibi 108. *Caetan. 2.*
2. quaſt. 18. art. 3. Scot. Riccard. 4. diſt.
cap. 15. Bann. de iuſtit. & iur. fol. 192.
Solon in ſimil. tractatu tom. 1. fol. 343.
& 351. Sot. in ſimil. tracta. quaſt. 6. ar-
ti. 1. concl. 9. Guttier. lib. 2. quaſt. canon.
11. num. 42.

65 Ex his notandum arbitror, † quòd
dignior circa officia, non dicitur ſim-
pliciter ille, qui eſt doctior, vel in ma-
iori dignitate, nobilitate, vel præro-
gatiua poſitus, ſed is qui iuxta mu-
nus & rem, cui præficiendus eſt, ap-
tior eius miniſterio appareat, quo fit
66 † vt diligentior ad curam præferendus
ſit uiro ſanctiori, qui non ita diligens
ſit, & doctiori, qui non ita conueniat
publico muneri, præferendus erit do-
ctus, qui doctrinam habet ſufficien-
tem ad munus, quod ei confertur, vt
dixit *Couarr. in d. §. 7. num. 4. verſ. di-*
gnior viro, Viu. deciſ. 455. *Vaſq. d. con-*
tron. 27. & 28. in princ. Auil. d. cap. 4.
verb. que les diere num. 8. & gloſ. ie cum-
ple num. 1. & ſeq. & fuit doctrina *Pla-*

67 *tonis lib.4. de leg.* ibi, *Non ideo* † *Magiſtratus alicui dabimus qui diues ſit, aut huiuſmodi quidquã poſſideat, aut roboris magnitudinẽ, vel generis claritatem, ſed ei, qui poſitis legibus parebit maximè, & hac re cæteris in ciuitate præſtabit*, quibus conſonat *tex. in §. fi. inſtit. de ſu-*
68 *ſpect.tuto.* & ob id † tenentur maiores Magiſtratus, ad quorum officium ſpectat Principem conſulere circa officialium electiones, de eis plenam notitiam habere, *ad tex. in cap. bona il 2. de poſtul.prælat. vbi Abb.in notab.* 12. notat, quòd eligentes non ſaluant conſcientiam ſuam eligendo illum, cuius plenam non habeant notitiam *Ioan. Plat. in rubr. Quemadm. ciuil.mun.in fine, lib.* 10. *Affl. in conſtitut. vniuerſis, num.*50. *Bonadill.lib.*1. *polit.cap.*3.
69 *num.*4.*lit. B.* vbi ait, eos† Magiſtratus gerere debere, qui bona exiſtimatione noti ſint, *cap. Epiſcopis*, 63. *diſtinct. & text. l. ſed ſi ex improuiſo, ff. de re militl.* ibi, *inſpecto eius vita præcedentis actu*, ad idem *text. in l. non omnes, §. Barbaris, eod.tit.* ibi, *ſed licet hoc liquidò conſtare non poſſit, argumentis tamẽ cognoſcendum eſt, & ſi bonus miles ante exiſtimatus fuerit, prope eſt, vt affirmationi eius credatur, ſi emanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contuberniũ agens, non credatur*, quinimo vel ex notitia propria, aut ex aliorum relatione ſatis cognitę diceeentur partes eligendorũ, ſm *Ang.de Clauas ĩ ſumma, uer. electio, §.*22. *Tabie.ĩ ſum.eo.uer.*
70 §.17. licèt† leuis ignorãtia notitiæ iudicũ eligẽtem excuſet, vt per eũ, refert & ſequitur *Burg.de Paz.in l.*2.*taur. num.* 86. & propterea *D. de Pont.in tract.de poteſt. Proreg. tit. de elect. official. §.*5.
71 *nume.* 6. ait, quòd † eligentes, & nominantes officiales ad iuſtitiæ adminiſtrationem, tenẽtur maximè animaduertere, quia non debent in hoc gratificare perſonas, nec attendere præces, vel aliorum interceſſiones, ſed cunctis uiribus inuigilare cum accurata vitæ inquiſitione, morum, & eligendi peritiæ, & aptitudinis, vt notabiliter tenet *Cardinal. in clement.* 1. *de conceſſ. præb. Alciat. de præſumpt. regul.*3. *præſumpt.* 2. *nume.*6. idque fieri debet ſeclufis penitus fauore, & amicitia, *ad tex. in cap. pueri*, 1. *quæſt.* 1. *Burg. de Paz. in loco relato, n.*87. & ſic proponere meliores, & digniores,
72 aliàs † ipſi de eorum exceſſibus tenentur, *ad text. in l. ſi ſeruus ſeruum, §. final. & §. ſi fornicarius, ff. ad legem. Aquil. Cernaut. in l. ſecunda, taur. nume.*12. *fol. mihi* 14. *Dom. de Pont. in loco nuper relato, nume.*7. ſubdens ex cõ-
* muni * theologorum ſchola non ſolũ committi ex hoc mortale peccatum, ſed teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, ſiue commutatiuam, ſiue diſtributiuam iuſtitiam attendamus, & ibi multa tradit notatu digna circa nominationes officialium, quæ fiunt per Proreges, ad quem de facili recurri poteſt; illud autem ommit-
73 tendum non eſt quod† ſi inueniri non queant viri perfecti, qui Magiſtratus gerant, hij ſaltem deligantur qui erudi ti ſint & prudentes, nã vitijs nemo ſine
74 naſcitur, & optimus ille eſt, qui minimis vrgetur. Sed quid vacamus in meritis virtutum (*vt ait Luc. de Penn. in l. prima, in fine, C. de diuerſ. offic. libro* 12. quem refert *Afflict. in conſtitut. vt de ſucceſſionibus, nume.*56. *Burg. de Paz. in l.*2. *taur. num.*88. & ſollemnem eſſe doctrinam teſtatur *Dom. de Pont. in tract. de poteſtat. Proreg. titu. de elect. official. in princip. nume.*13.) aut
75 vitæ ſic extollendis ? hodie † nihil ſibi dignitas, nihil induſtria vindicat, totum auri profanus amor obtinet, hodie honor vitia indefeſsè remunerat, & in locum vltoris, ſeu iudicis, is, qui fuerat puniendus, adijcitur, *cap. fertur*, 1. *quæſt.* 1. hodie non morum honeſtas, ſed verborum ho-

nuſtas

nuſtas attenditur, non ſcientiæ viſus, ſed ſtultitiæ riſus, non puritas manuum, ſed quantitas munerum confouetur, & non virtutes, ſed veſtes ad inſignes honores, & vtilitatis officia promouentur. hæc *Luc. de Penna*, cuius verba pariter tranſcripſit *Autl. in capitul. 4. prætor. verb. por ruego*; li-
76 cet † hodiernis temporibus ſub ſanctiſſimo, & Catholico Rege noſtro, ſupremiſque Magiſtratibus hæc non audiantur.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, & officiales inter alias virtutes, vita ſanctimonia, Deum timentes, ac bonis moribus clarere debent, & num.* 29.

2 *Officiales mali non regnant ſed ſeruire dicuntur.*

Officialis, ſi bona vita deficiat, fide carebit, ſub num. 2.

3 *Iuſtitia non poteſt cum ſcelerato homine habere commercium.*

4 *Iudex malus, & ignarus ſæpe damnat immeritos, nocētes vero diſſoluit cauſarum merita non videndo.*

5 *Iudex ſeu officialis, qui in cauſis non Deum ſed homines pertimeſcit, à iuſtitia deuiat, atque citò præcipitabit, & num.* 6.

Qui ſperat in Domino neceſſario ſubleuabitur, ſub num. 6.

7 *Conſilia optima ab optimis viris emanare creduntur, & a bono viro bona proficiſci videntur, & num.* 14.

Deus ſolet bonis conſilia optima ſuggerere, ſub num. 7.

8 *Ioſaphat Rex Iſrael inter alias virtutes, timorem Dei Iudices admonebat.*

9 *Iudices adeò in ſtatu periculoſo verſantur, vt niſi à Deo adiuuentur, impoſſibile eſt aliquando à iuſtitia non deflectere, vbi de ratione.*

10 *Iudicibus gratia, & timor Dei ſunt maximè neceſſaria.*

11 *Republicæ nihil vtilius, quàm prudentes, pios, & ſanctos habere conſiliarios, nec ſufficit doctos eſſe, niſi Deum pariter pertimeſcant.*

12 *Anima mala ita malè imperat, ſicut oculi vitio laborantes, benè concernere prohibentur.*

13 *Malitia intellectum peruertit.*

15 *Religio præcipua pars Magiſtratus eſſe dicitur.*

16 *Magiſtratus illis potius ſunt conferendi, qui prius officia adminiſtrauerint, ac diuinis ſtudijs operam dederint.*

17 *Dei virtus, & timor facit officiales audaces, & in conſulendo liberos redit, & num.* 19.

18 *Anima viri ſancti enunciat aliquando vera.*

20 *Conſiliariorum probata vita, & ſanctitas quæ in Principe, & Republica bona operetur? & num.* 21.

22 *Pius Summus Pontifex quid Florentiæ Duci de officialibus facetè dixerit.*

23 *Veritas odium parit, obſequium autem amicos; circa quod dictum Apoſtoli etiam allegatur, & num.* 24.

25 *Conſilium malum officialis aliquando (Deo permittente) deuoluitur ſuper eum, & num.* 26. *&* 28.

27 *Conſiliarius quidam ſupremus, qui primus procedendi modum ex abrupto Principi perſuaſit, eodem modo fuit exinde punitus.*

Qui damnum alteri procurat incidit in foueam quam fecit, ſub numero 27. *&* 28.

29 *Magiſtratus, & officiales quales eſſe debeant, & vide num.* 1.

30 *Officiales, & Magiſtratus quando boni reperiuntur, populus ad religionem vehemēter excitatur, aliaque bona ſequuntur, & num.* 33.

31 *Populus magis exemplis quam legibus regi videtur.*

32 *Vita Principum, & Magiſtratuum populis cenſura eſſe dignoſcitur.*

Y 2 *Nemo*

Digitized by Google

34 *Nemo bonus ſine Dei auxilio reperitur, nec ſine illo ſuper fortunam ſurgere poteſt.*

35 *Deum timentibus, & aduerſa aſpernantibus omnia proſperè eueniunt.*

36 *Romani non robore, & calliditate, ſed religione, & pietate omnes gentes ſuperaſſe dicuntur.*

37 *Dei religione, ac humana erga eum pietate ſublata, fides & communis ſocietas tollitur, quod maximè procedit in Magiſtratibus.*

38 *Magiſtratus & officiales licet ſint peccatores, officium tamen exercere non prohibentur.*

39 *Magiſtratus, & officiales à peccatis ſcandaloſis ſe præcauere debent; ex illis enim populus magis offenditur & ſcandalizatur, ac etiam de ratione num.40. cum pluribus ſeqq.*

44 *Magiſtratus populum corrigere volens in quibus ipſe peccare videtur, illud tritum audire cogitur (Medice cura ſe ipſum.)*

45 *Magiſtratus qui multorum cuſtodem ſe profitetur, eum ſui ipſius prius eſſe oportere dignoſcat.*

46 *Magiſtratus & officiales trium reminiſci deberent, quod hominibus præſint, quod ſecundum leges imperant, & quod non ſemper adminiſtrabunt.*

49 *Officiales & iudices debent ante adminiſtrationem officij eorum literas præſentare, alias illis non creditur, nec non & iuramentum præſtare, nã tenerentur in ſindicatu, & nume. 48. & 49.*

50 *Officiales ſi præſtant ſolitum iuramentũ die feriata non propterea dicuntur periuri.*

51 *Iuramenti præſtatio ab officialibus facienda in adminiſtratione officij eſt de conſuetudine totius mundi.*

52 *Officiales non ſolum tenentur iuramentum præſtare de benè adminiſtrando, ſed etiam in aliquibus locis Regni iurant eiuſdem loci ſtatuta, priuilegia & conſuetudines ſeruare.*

53 *Officiales & Magiſtratus debent eſſe veritatis amatores.*

54 *Veritas vbi deficit authoritas, nihil valet, ibique quid operetur, vnde Magiſtratus caueant à mendacio, & numero 55.*

56 *Conſiliarij & officiales liberè debent votare, ac ſine timore veritatem dicere tàm inter ſe, quàm ſi coram Principe cauſa referatur.*

57 *Iudices & Magiſtratus ſe eximere debent ab omnibus animi paſſionibus, & numero 58. & 59. vbi de ratione.*

58 *Paſſiones animi ſenſus hominum peruertere ſolent.*

60 *Officiales & Magiſtratus non debent eſſe acceptores perſonarum, ſed æqua lance iuſtitiam adminiſtrare, & nume. 109.*

61 *Officiales & Magiſtratus debent eſſe humiles, & non ſuperbi & arrogantes, et nu. 62. 63. & 64.*

62 *Superbia eſt cauſa apoſtaſia, eamque multa vitia comitantur, & numero 63.*

65 *Officiales debent eſſe patientes, & n. 66. vbi etiam de ratione.*

67 *Officiales ebrietatem fugere debent.*

68 *Officiales tempore adminiſtrationis vinum bibere Athenienſes, & Ægyptij prohibuerunt, & nu. 69.*

70 *Officiales non debent eſſe negligentes quod in iudice maximum delictum eſt, & nu. 71.*

72 *Officiales debent eſſe modeſti, à ludis ſeu iocoſis conuerſationibus cauere, maturitatem abſque nimio riſu ſeruare, nec ſpectaculis interuenire niſi ob publicam lætitiã illa populus celebraret, & num. 73. cum ſeqq.*

76 *Officiales in aſpectu & veſtibus debent eſſe moderati.*

77 *Officiales debent eſſe prudentes, nec nimium loquaces, & numero 78. & 79.*

79. cum ſequentib. vbi etiam de ratione.

78 *Prudentia ſola virtutum eſt imperium obtinentis.*

80 *Imprudentes magis regũtur quàm regere poſſunt.*

82 *Iudices non debent eſſe pracipitantes in negotijs diffiniendis & ſententijs proferendis, ſed prius omnia optimè conſiderare, & num. 83. & 84. & ibi de ratione.*

85 *Iudices non debent eſſe tardi intellectus, ac aterni in expeditione cauſarum.*

Cauſa qua celeritatem requirunt, qua ſint, ſub nu. 85. remiſſiuè.

86 *Iudices non debent eſſe nimis ſubtiles, quia obumbrant veritatem, & nu. 87. & 88. vbi de ratione.*

87 *Iudices inter alias virtutes, quas habere oportebat, ſocer Moyſis in iuſtitia adminiſtranda nimium illorum acumen ad iuris interpretationem minime numeraſſa refertur.*

88 *Subtilitas nimia ſapientia repugnat.*

89 *Iudicum, qui ſunt nimis ſubtiles, omnes ferè ſententia reuocantur.*

90 *Iudices non debent eſſe valde timidi, effeminati, & puſillanimes, & numero 91. & ſequentib. vbi etiam de ratione.*

91 *Timidi & puſillanimi vitium animi patiuntur.*

92 *Iudex qui ad iudicandũ Tribunal aſcendit, non minus iudicare, quàm iudicari cognoſcat.*

93 *Iudices ad iudicandum timidi non ſunt laudabiles.*

94 *Iudices & officiales non debent eſſe ſaueri, & crudeles, ſed mites & miſericordes, quinimo propter nimiam ſaueritatem poſſunt officio priuari, & nu. 95.*

96 *Iudices & officiales in iuſtitia adminiſtranda non debent eſſe iracundi, & numero 97. cum ſequentibus, & ibi de ratione.*

Ira quos malos effectus pariat, ſub num. 96. & 97. cum ſeqq.

100 *Iudices & officiales in adminiſtranda iuſtitia, nec odio, nec amore moueri debent, & numero 101. cum ſeqq. vſque ad numerum 110. & ibi de ratione.*

101 *Iuſtitia ſicut amore peruerti ſolet, ita & odio permutatur, & numero 102. & 108.*

103 *Verum cognoſcere tria non faciunt, odiũ, amor, & proprium commodum.*

105 *Iuſtitia bono tantum zelo adminiſtrari debet.*

107 *Princeps tunc felices dici poſſunt cum iuſti imperant, tardius vindicant, & facile ignoſcunt.*

109 *Perſonarum diſtinctio in iudicijs nõ permittitur, ſed aqualiter omnibus iuſtitia adminiſtratur, & vide nu. 60.*

110 *Iudices, & officiales debent eſſe graues, & fideles.*

111 *Officiales, & conſiliarij debent eſſe conſtantes in eorum conſilio, & nu. 112. & 113.*

114 *Officiales, & Magiſtratus non debent eſſe intereſſati nec partiales.*

115 *Officiales, & Magiſtratus non debent eſſe ambitioſi.*

116 *Officiales, & conſiliarij debent eſſe valde ſecreti.*

117 *Iudices debent iudicare cauſas ſecundum allegata, & probata, non autem ſecundum conſcientiam, amplia etiam in ſupremo Iudice, numero 118. limit. in principe, numero 119. remiſſiuè.*

120 *Iudices debent ſequi aquitatem non autem iuris rigorem.*

121 *Officiales, & Magiſtratus multas qualitates habere debent in officij adminiſtratione, de quo vide remiſſiue.*

AR-

ARGVMENTVM.

De vita, & moribus Magiſtratuum.

CAPVT II.

MAGISTRATVS
1 † omnes inter alias
virtutes, vitæ ſanctimonia, Deum
timentes, & bonis moribus clarere debent, *ad text.*
in l. generaliter, §. ſpurios ff. de decurio.
cap. poſtquam extr. de elect. cap. ſi quis
Abbas, 18. quaſt. 2. Peguer. in pract. cap.
7. num. 14. Doctor Mart. in tractat. de
Tribunal. vrb. Roma, cap. 6. num. 4. &
Anto. Theſa. in prafat. deciſ. num. 24. &
27. iuxta illud *in exod. 18. Prouide autẽ*
de omni plebe viros potentes, & timentes
Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitues eos Tribunos, & centuriones, vnde *D. Auguſtin.*
ſcribẽs ad quemdam Comitem dixit,
elige tibi Conſiliarios timentes Deum, &
veritatem amantes, quoniam, vt dixit
Sapient. cap. 1. in maleuolam animam nõ
introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis; idemque tradidit
D. Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 12. itaque vbi
luxuria eſt, vbi intemperantia, vbi vitiorum confuſio, quis inde ſibi aliquid
hauriendum exiſtimet? pulchrè de illo
conuenit, qui habent prudentiam, commaculat eam vitiorum ſordibus, eo quod
aqua exitum contaminat, & melius qualitates conſiliarij reaſſumit idem *Ambroſ. lib. 2. de benef. cap. 17.* dum ait, *talis debet eſſe qui conſilium alteri dat, vt*
ſe ipſum formam alijs prabeat, ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit eius ſermo
ſalubris, atque irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora, hac *Ambroſ.* & ob id *Plato in lib. 3.*
de Republ. & 6. de legib. 1. Alcibiad. dixit vt qui quærendi ſunt Iudices, ac
Magiſtratus probitatis teſtimonium
per ſingulas ætates habeãt; in Romanis quoque legibus de Magiſtratibus,
hæc erant, *Hic ordo vitijs careto, & ceteris ſpecimen eſto*, vt refert *Cicero 3. de*
legib. neque illud immerito, nam, ſecundum *Auguſt. lib. 5. de ciuit. Dei*,
2 qui mali † ſunt non regnant, ſed ſæuiunt, quinimo ſi bona vita deficiat,
3 fide carebit, non enim † poteſt iuſtitia
(vt ſupra in principio dictum eſt) cum
ſcelerato homine habere cõmercium,
ad tex. in cap. fortis, in fine, de verb. ſignificat. & text. in cap. plerumque, 11.
4 *quaſt. 3.* his verbis, *plerumque † contingit, vt iudicis locum teneat, cuius ad locum vita minime concordat, ac ſape agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios*
ipſe ligatos ſoluat: ſape in ſoluendis, ac
ligandis ſubditis ſua voluntatis motus,
non autem cauſarum merita ſequitur,
& hoc idẽ tradunt *Io. de Plat. in Rubr.*
Quemadm. ciuil. muner. lib. 10. Burg. de
Paz. ī l. 2. Taur. n. 52. & Michael Vlcur.
de regim. mund. part. 4. quaſt. 1. num. 2.
5 facilè enim † deuiat a iuſtitia qui in
cauſis non Deum, ſed homines pertimeſcit, vt docuit *D. Chriſoſtom. in ſer-*
6 *mon. Io. Baptiſta*, & † qui timet hominem cito corruet, qui verò ſperat in
domino, ſubleuabitur, *vt in Prouerb.*
cap. 29. vnde *Herodotus in Thalia. ex*
7 *optimis † viris credibile eſt optima emanare conſilia, & Plat. lib. de legatio. ad*
Caium, ſolet Deus bonis viris bona conſilia, & Reipublica commoda ſuggerere,
8 & † propterea Ioſaph. inter ea quæ iudices admonebat, dixit, *ſit timor Dei*
vobiſcum, & eſt *tex. in cap. 1. de re iud.*
in 6. Hinc Fero, quem refert *Bonadill.*
lib. 1. polit. cap. 3. ſub num. 26. lit. D. ait
in periculoſiſſimo † ſtatu eſſe iudices, tot
enim arietibus impetuntur, vt niſi gra-

tia,

tia,& timore Dei ſubfulti ſint, impoſſi-
bile ſit,vt non aliquando à iuſtitia deflе-
ctant,aliquando enim amore, aliquando
timore,aliquando cupiditate, aliquando
ira conuincuntur,vt à iuſtitiæ recta via
10 *deuient,gratia* † *igitur, & Dei timor il-*
11 *lis ſũt maximè neceſſaria,nil enim*† *vti-*
lius Reipublica, ſubſequitur ipſe *Fero*
in Apt.cap.5.) quàm prudentes, & pios
habere conſiliarios, non ſatis eſt vt docti
ſint,niſi et Deum timeant,nam vt dixit
12 *Plato lib.1.de Republ.cap.6.*ſicut†oculi
vitio aliquo laborantes perperam cer-
nunt, ita malè imperat anima, quæ
13 mala eſt, peruertit † enim intellectum
14 malitia, nec niſi à viro † bono bona
proficiſci poſſunt, *ſecundum Ariſtotel.*
15 *ethic.6.cap.12.*eſt enim†prçcipua pars
Magiſtratus religio,*Plato 4.de Republ.*
16 neque † alium Magiſtratum eligendũ
eſſe, niſi pius extiterit, & diuinis ope-
ram ſtudijs dederit, confirmat idem
17 *Plato lib.3.de legib.* virtus † enim,& ti-
mor Dei facit eos audaces, & vnum
pro ſeptem, vt dixit Spiritus ſanctus,
18 *anima* † *viri ſancti enuntiat aliquando*
vera, quàm ſeptem circumſpectores ſe-
dentes in excelſo ad ſpeculandum, qui-
19 nimo † & eos *in conſulendo liberos red-*
dit ad tex. in cap. fundamenta,§. decet,
de elect. in 6. Afflict. in conſtit. Regni,
vniuerſis,num.48.& conſtit.diſputare,
col.2.tit. de ſacr. lib.1.Bimius cõſ.103.
20 *nu.42.* item † habet etiam & hoc pro-
bata vita cõſiliarij,& ſanctitas,vt ani-
mos Principum ingenuos tanquam
oraculo intentos nunquam offendat,
21 habet † iterum & hoc, vt ſerpentia in
Republica mala, quæ ambitioſo arti-
ficio Principibus cçlari ſolent,aperiat,
hinc *Petr.de Gregor.in tract.de conceſſ.*
feud.part.1.in princ. nume.9. refert id
quod non tam facetè quàm grauiter
22 Pius † Summus Pontifex in æpiſtola
ſua ſcripſit ad Ferrariæ Ducem, *Opor-*
tet enim (ait ipſe) *vt qui Principibus*
complacere cupit, ambulet inter laudem,
& Placentiam,non autem Veronam ver-
23 *ſus, quoniam* † *obſequium amicos, veri-*
tas odium parit, & de hoc tempore ſcri
24 pſit *Apoſt.* † *in epiſtol. 2. ad Timotheũ*
cap.4. ibi, *erit enim tempus cum ſacram*
doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua
deſideria coacernabunt ſibi magiſtros
glutientes auribus, a veritate quidem
auditum auertentes, ſed veh. ipſis, qa
25 † facienti nequiſſimum conſilium ſu-
per eum deuoluetur, *Eccleſ. cap.17.* &
habetur *in Iob cap.5.* ibi, *comprehen-*
det ſapientes in aſtutia eorum, & conſi-
lia prauorum diſſipat, nam dixit *Plu-*
tarcus in lib. de ſer. num. vind. conſiliũ
26 † *prauum eſt authori maximè noxium*,
hoc enim Deus permittit, vt eorum
idem conſilium in eorundẽ detrimen-
tum conuertatur; hinc obſeruatum
audiuimus in Regno (vt fama fertur)
27 quod † quidam ſupremus Conſilia-
rius,qui primus procedendi modum
ex abrupto nullis datis defenſionibus
contra Reos introduxerat, fuit inde
vnus ex ijs, contra quem eodem met
modo proceſſum fuit, iuxta illud *in*
pſal.7. lacũ aperuit & effodit eũ,& in-
cidit in foueam,quam fecit, conuertetur
dolor eius in caput eius, & in verticem
ipſius iniquitas eius deſcendet, & *in Ec-*
cleſ.c.27.qui in altum mittit lapidem,ſu
per caput eius cadet,& plaga doloſa dolo-
ſi diuidet vulnera, qui ſtatuit lapidem
proximo ſuo, offendet in eo, & qui la-
queum alij ponit, peribit in illo,idem do
cuit *Sanct. Baſilius orat.21.de falic.&*
28 *prudent.* ibi, *conſilia*, † *quæ contra bo-*
nos mores dantur in propria capita eo-
rum,qui conſulunt, redundant, perinde
ac tela iacta à corporibus ſolidis, in eos,
qui ea emiſère, reſilire ſolent, vnde
29 † moribus primum eccellere debet Ma
giſtratus, deinde facundiam, & pe-
ritiam habeãt rationum publicorum,
& qui bonitatis de ſe experimentum
dederint, & gerendis officijs ſint ido-
nei, ſecundum *Plato.lib.3.de legib. &*
Ariſt.

Ariſt.lib.3.Ethico. & concordat cum
text. in l.magiſtros,C.de profeſſ.& me-
dic. lib. 10. & tradita per Imperatorē
Iuſtinianum *in conſtitu.* 8. quibus ac-
30 cedit, quòd † ſubditi vehementer ad
religionem excitantur, cum Magiſtra
tuum ſuorum virtutem,pietatem, ac
31 probitatem vident,quia† magis exem
plis, quàm legibus reguntur, & vita
32 Principum, † & Magiſtratuum ipſis
cenſura eſt, vt dixit *Plutarcus in Ni-*
33 *cea*, ſimul etiam † authoritas vera pa-
ratur, acquiritur vera fęlicitas,ſucceſ-
34 ſus rerum proſper, neque†enim ſine
Deo vir eſſe bonus pōt, nec pōt quiſ-
q̃ ſupra fortunam ſurgere,niſi à Deo
35 adiutus fuerit, & † omnia proſpera
eueniunt Deos colentibus, & aduerſa
aſpernantibus,vt ait *Senec.epiſt.*74.ac
fatetur *Cicero de Haruriſpicum reſpon-*
36 *ſis*, † Romanos non Hiſpanos nume-
ro, non robore Gallos, non callidita-
te Pœnos, ſed religione, ac pietate
omnes gentes, ac nationes ſuperaſſe,
37 tollitur † enim fides, ac ſocietas gene-
ris humani, pietate erga Deos ſubla-
ta, *ſecundum eumdem 2.de natur. Deor.*
eoque magis in magiſtratibus, qui li-
cet ſecundum Catholicam ſentētiam
38 etiam† quod ſint peccatores magiſtra
tum & iuriſdictionem exercere non
prohibeantur, vt dixit *Gerſon. in tra-*
cta.de vit. ſpiritual. lect. 3. Molin. de
iuſt. & iur. tom.1.diſp.27.in fi.& diſp.
19. *Caſt.* 12. *contra hæreſes verb. pote-*
*ſtas, Salaſ. de legib. diſp.7. ſect.*15. *nu.*
71. *Suarez. de leg.lib.3.c.* 10. *num.*7.
Illuſtr. Bellarm. 3. *de laicis cap.* 8. vbi
latiſſimè reiecta contraria opinione id
39 probarunt, verùm à peccatis † præ-
cauendum eſt,cùm maius ſcandalum
ex eorum peccatis populus accipiat,
Simanc. de Republ. lib.6. cap. 14. *Dom.*
Carol.Tap. lib.2. iur. Regn.in princ.nu-
40 *me.*40. ſubdens, quòd † putant igna-
ri licitum eſſe, quod & legum autho-
res, eorum interpretes atque obſerua-
tioni præpoſiti faciunt, inde eſt (vt di-
41 xit *Cicero lib.3.de legib.*) quòd † Prin-
cipum & Magiſtratuum vitijs tota
infici ciuitas ſolet, eoq; de Republ.
merentur pernicioſius Principes, &
Magiſtratus vitioſi, quòd non ſolum
vitia ipſi concipiunt, ſed ea in ciuita-
tem infundunt, nec tantum obſunt,
quòd ipſi corrumpuntur, ſed etiam q
42 corrumpunt, & plus†exemplo, quàm
peccato nocent, neque fieri poteſt, vt
43 † ſi Magiſtratus ipſe officium non
faciat, ad præclara, ac honeſta agen-
da alios excitet, aut contineat alios,
qui ſe non continent,aut etiam com-
modè puniat illa delicta, quibus ſe
quoque eſſe affinem nouit, ſecundum
Xenophontem in Pædia Cyri, & Cicero-
nem pro lege Manilia, ridicula enim
44 † res eſſet, ſi cùm eos peccantes videt
populus,demum ſeuerè illum corrige
re velit, vnde illud audire tritum co-
guntur, *medice cura teipſum*, & il-
lud, *aliorum medicus vlceribus ipſe ſca-*
tens, vt tradit *Chiliad.2.centur.6. pro-*
*uerb.*38.&(vt dixit *Cicero Philipp.*12.)
45 qui † multorum cuſtodem ſe profite-
tur,eum ſapientes ſui primum capitis
eſſe cuſtodem oportere ſtatuunt, &
optime,alijs additis,tradit *Bonad. lib.*
1. *polit. cap.3.ſub num.*56. *& ſequ. &*
*cap.*5. *nume.*33. *lit. B.* vbi poſt *Vulte.*
46 *lib.* 29. *cap.* 3. *& alios* † dixit, trium
reminiſci oportere magiſtratum,ſcili-
cet, quòd hominibus præſidet, quòd
ſecundum leges præſidet, & quod nō
ſemper præſidet, & alia huiuſmodi
præcepta tradit *Simanc. de Republ. lib.*
6. *cap.* 15.

Sed quia qualitates iſtę virtutum
in Magiſtratu diuerſimodè ſubintel-
ligi poſſunt, nōnullas hic ſubnectere
arbitratus ſum.

47 Debēt† in primis iudices preſentare
eorum literas officij,aliter nō creditur
Auil.c.1.prætor.ver.cartas n.1. & ſeq.
& ante adminiſtrationem † præſtare
tenen-

tenentur ſolitum iuramentum de be-
ne adminiſtrando *ad tex. in* §. *ſic igitur*
authent. vt iud. ſint quoq. ſuffrag. Bald.
& Ioa. de Plat. in l. ſi vacantia, C. de bo.
vacant. libr. 10. *Auend. cap.* 2. *prat. nu-*
me. 3. *cum ſeqq. Auil. in cap. Prator.* 55.
Bonadill. lib. 3. *politic. cap.* 7. *nume.* 19.
Simanc. de Republ. lib. 7. *cap.* 15. *Surd.*
conſil. 261. *in fine, Fontanell. de pact.*
clauſ. 4. *gloſ.* 10. *par.* 1. *num.* 112. *Mon-*
tan. de adminiſtrat. vniuerſit. pragm.
49 2. *nume.* 338. aliàs † tenerētur in ſindi-
50 catu, ſecundum eos, nec † dicerentur
periuri, ſi tale iuramērum in die feria-
to præſtaſſent, vt poſt alios dixit *Ca-*
ualca. deciſ. 9. *num.* 31. *par prima, Mā-*
cin. in tract. de iuramen. par. 2. *art.* 17.
51 *q.* 3. *n.* 9. & receptū † eſt de conſuetudi-
ne rorius orbis, licer *Fontan. de pact. nu*
ptial. ī d. clauſ. 4. *gl.* 10. *par.* 1. *nu.* 114.
cum ſeq. conetur de iure contrariam
52 opinionem approbare, quinimo † &
in aliquibus locis (prout eſt in iudici-
bus huius vrbis, & aliarū Ciuitatū Re-
gni) coguntur iurare eiuſdem loci pri-
uilegia, ſtatuta, & cōſuetudines obſer-
uare, §. *ius dicendū in auth. de defenſor.*
ciuit. Burſat. conſ. 235. *nume.* 101. *volu.*
3. *Cancer. uar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.*
328. *& ſeq. Auil. cap. Prator.* 2. *verb.*
en los caſos nume. 3. *Gail libro* 1. *obſeru.*
36. *num.* 13. *&* 14.
53 Item debenr eſſe veritatis † amatores,
ſecundum *D. Auguſtinum in ſermon. de*
54 *aſſumptione*, nam aurhoritas † ſine
veritare nihil valet, & apud *Eſdr.* 3. *ca-*
pit. 4. ibi, *non eſt apud veritatem accipe-*
re perſonas, nec differentias, ſed qua iu-
ſta ſunt facit omnib. iuſtis, ac malignis,
& omnes benignantur in operibus eius,
& nō eſt in iudicio eius iniquum, ſed for
titudo, & Regnum, & poteſtas, & maie-
55 *ſtas omnium æuorum*, & propterea † ca-
ueant magiſtratus à mendacio *Affl. ī*
conſt. vt vniuerſis, nume. 53. *Burg. de*
Paz. in l. 2. *Taur. nume.* 48. *Bonadill.*
lib. 1. *Polit. cap.* 3. *nume.* 29. *&* 30. *Do.*
Tap. in loco citato, nu. 26. 33. *&* 41. *Vl-*
cur. de regim. mund. p. 4. *quaſt.* 1. *The-*
ſaur. in prafat. dec. nu. 28. vbi ſubdit
56 † quod liberè debent votare, & verita-
tem dicere tàm inter ſe, quàm ēt Prin-
cipi ſi expediat, iuxta *Profet. in Pſalm.*
ibi, *loquebar de teſtimonijs tuis ī conſpe-*
ctu Regum, & non confundebar.
57 Item debent † iudices & Magiſtra-
tus ſe eximere ab omnib⁹ affectibus, ſi-
ue animi paſſionibus, ſeu perturbatio-
58 nibus, nā ſolent † hominum rectos per-
uertere ſenſus, vt ait *Seneca. epiſtol.* 60.
& optimè *Philo. lib. de iudice*, dum ait,
59 quòd † ſacræ leges ab omnibus exigūt
ſinceritatem, & animum tranquillum
nullis obnoxium perturbationibus, tū
præcipuè ab his, quibus iudicandi po-
teſtas, aut per electionem, aut per ſor-
tem obuenit *Simanc. de Republ. libro*
6. *capit.* 5.
60 Item nec † ſint acceptores perſona-
rum, vt in *Deuteronom. cap.* 1. ibi, *quod*
iuſtum eſt iudicate ſiue ciuis ille ſit, ſiue
de regione, nulla erit diſtantia perſona-
rum, ita paruum audietis, vt magnum,
nec accipietis cuiuſquā perſonam, & ī Le-
uitic. cap. 19. ibi, *non conſideres perſonā*
pauperis, nec honores vultum potentis,
& latè diſcurrit *Ioannes de Torres lib.*
7. *Philoſophia moralis cap.* 5. *& ſeq. Si-*
manc. de Republ. lib. 6. *capit.* 12. *Dom.*
Tap. in titu. de offi. conſtit. num. 33. *lib.*
2. *conſt. Regn.*
61 Item debent † eſſe humiles, & non
ſuperbi & arrogantes, iuxta illud *in Ec*
cleſ. cap. 32. ibi, *rectorem te poſuerunt,*
noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ip-
ſis, & *Diuus Gregor. lib.* 24. *in Iob cap.*
62 14. *vnuſquiſque* † *ſuperbus rector toties*
ad apoſtaſia culpam dilabitur, quoties
omnibus praeſſe delectatus honoris ſingu
laritate latatur, idemque tradit *Diuus*
Ambro. lib. 2. *de Cain. cap.* 4. *in primis*
63 † *autem fugienda eſt à magiſtratibus ſu-*
perbia, cui ſape coniuncta ſunt inſolentia,
arrogantia, iactantia, contemptus, et alia

viſia Deo, & hominibus odioſa & inui-
64 ſa. Iudex † enim maſuetè, & non ſu-
perbè, & aſperè audite, & tractare de-
bet litigantes, ne deterreantur à peten-
da iuſtitia, ad tex. in l. obſeruandum, ff.
de offi. Præſid. Burg. de Paz. d. l. 2. Taur.
num. 46. Azeued. lib. 3. recopilat. titu.
9. l. 1. num. 17. in fine, in verb. manſos,
Bouadill. d. cap. 3. num. 32. & 34. Dom.
Carol. Tap. in loco relato, num. 20. &
latiſſimè tradit Simanc. lib. 5. de Repub.
cap. 9. & lib. 6. cap. 1. num. 9. & ſeqq.
65 Item debent † eſſe patientes in au-
dientijs, ne forte litigantes à petenda
iuſtitia arceant, & expellant, ſed om-
nes benignè, & æqua lance audire,
ad text. in l. fina. ff. de his quæ in teſta-
men. delen. & melius in l. nequicquam
§. vbi decretum ff. de offic. Proconſul.
faciunt notata per Bald. in Rubr. C. de
pæn. iud. qui mal. iud. num. 8. Azeued.
in loco relato, ſub num. 20. verſ. de buena
palabra, Dom. Tap. in loco citato, num.
28. Afflict. in d. conſtitu. vt vniuerſis,
num. 60. & 64. Villad. in polit. capit. 5.
num. 63. Mart. de Tribunal. cap. 6. nu-
me. 23. Theſaur. in add. in prohem. dec.
66 num. 24. vbi ait † quod in hac patien-
tia iudicis optima inſtitię pars conſi-
ſtit, & fuit dictum Plinij lib. 6. epiſt. 2.
Simanc. de Repub. lib. 5. c. 8.
67 Item † cauere debet iudex ne ſit
ebrius, ſecundum Platonem lib. 2. de
legib. ibi, gubernatores, atque iudices mu-
nus ſuum ſubituros à vino penitus prohi-
bere, deliberaturos quoque de rebus non
omnino negligendis, idque apud † Athe-
68 nienſes ſeruatum fuiſſe, teſtatur Marc.
Anton. Surg. de Neapol. illuſtr. cap. 17.
numero 9. vbi magiſtratibus bibere
adminiſtrationis tempore permiſſum
non erat, & idem † de Ægyptiorum
69 Rege tradit Alex. ab Alexandro lib. 3.
cap. 9. Affl. in d. conſtit. vt vniuerſis, nu-
me. 52. Simanc. de Republ. lib. 6. cap. 9.
Dom. Tap. in loco relato, nume. 24. Bo-
nadill. d. cap. 3. nu. 37. & 38. Peguer. in
pract. crim. c. 7. nu. 17.
70 Item † nō debent eſſe negligentes, vt
dixit Card. in clement. 2. §. 1. de ſepult.
71 eſt † enim in iudice maximum delictū,
ſecundum Put. de ſindicat. in verb. ne-
gligentia, cum ſimilib. traditis per Auen-
dañ. de exeq. manda. cap. 1. Prat. num.
31. verſ. decima cauſa, Azeued. lib. 3. re-
copilat. titu. 5. l. 22. num. 1. & ſeq. Affl.
in d. conſtit. vt vniuerſis, ſub nu. 55. Si-
manc. de Repub. lib. 5. cap. 12. Burg. de
Paz. d. l. 2. Taur. num. 74. Tap. in loco
citato, num. 30.
72 Item † debent eſſe modeſti, & ſic
cauere à iocoſis conuerſationibus, lu-
dis etiam non prohibitis, & ſimilibus,
de quibus per Bonadill. d. cap. 3. num.
40. cum ſeq. Dom. Tap. in loco citato, nu-
73 me. 30. & 31. & † à ſpectaculis publi-
cis, ſecundum Canalc. de branch. reg.
74 num. 221. par. 1. fol. 29. licet † aliquan-
do ob publicam populi lętitiam inte-
reſſe conueniat, vt dixit Simanc. de Re-
publ. lib. 8. cap. 39. nec † ridere, ſed ma-
75 turitatem ſeruare Affl. in d. conſtit. vt
vniuerſis nume. 61. Mart. de Tribunal.
cap. 6. num. 20.
76 Item † in aſpectu, & veſtibus de-
bent eſſe moderati, vt per eundem
Bonadill. in loco citato, nu. 44. Do. Tap.
vbi ſupra, num. 18. & fuit præceptum
Platonis lib. 7. de Republ. ibi, grauiſſi-
mos homines decet eligere quò ad fieri po-
teſt ſpecioſiſſimos.
77 Item † debent eſſe prudentes, nam
vt ait Ariſt. lib. 3. politic. cap. 3. virtu-
78 tutum † ſola prudentia eſt imperium
obtinentis, & Plat. in Menon. docet
79 † neminem rectè præeſſe poſſe niſi ſit
80 prudens, imprudentibus † quidem
regi ſatius eſt, quàm regere, vt poſt
Democrit. dixit Bonadill. lib. 1. cap. 5.
in princ. & num. 30. cum ſeqq. Mart. de
Tribunal. cap. 6. numero 15. ſubdens
81 † quod debet pauce loqui Simanc. de
Republ. lib. 5. c. 10. vbi alia addit.
82 Item † non debent eſſe præcipitan-
tes

Digitized by Google

tes in negotijs diffiniendis, & ſentẽtijs ferendis, *ad text. in l. 2. & ibi DD. C. de offic. Rectoris prouint. Matthienſ. dialog. relat. 3. c. 39. et 20. Mart. de Tribunal. c. 6. n. 28. Melch. iun. polit. q. de in-*
83 *dic. q. 84. in fi.* aliàs † voluntas eius pręcipitata dicitur nouerca iuſtitiæ, atq; omnia ſubita probantur in cauta, *clement. paſtoralis, §. verum, & ibi Cardi. de re iudic. c. inter hac, col. 1. de peniten.*
84 *diſtinct. 3.* quinimo † debent benè, & accuratè videre proceſſum, vt poſt *alios* tradit *Bonadill. d. lib. 1. cap. 6. nu. 37. Afflict. vbi ſup. num. 59.* ſicut è con
85 tra nec debent † eſſe tardi intellectus, & ſic æterni in expeditione cauſarum, vt dixit *Burg. de Paz. d. l. 2. nu. 54.* Quę autem ſint cauſæ, quæ celeritatem requirunt vide *Viui. dec. 375.*
86 Item † non ſint nimis ſubtiles, nam quandoq; obumbrant veritatẽ, & pernicioſi ſunt *ad text. in l. pen. C. ad Trebell. l. ſi ſeruum, §. ſequitur & §. & quia vbi Iaſ. latè ff. de ver. oblig. c. hi etenim, verſ. paruo autem 49. diſt. Iaſ. in §. panales, num. 41. inſtit. de actionib. Segur. in direct. iud. par. 1. cap. 5. Bonadill. d. lib. 1. cap. 6. ſub num. 16. Oſor. lib. 7. de Reg. inſtitut.* vbi ait, cõſiderandũ eſt,
87 Moyſis † ſocerum inter alias virtutes, quibus iudices inſtructos eſſe vult, nõ numeraſſe nimium in interpretatione iuris acumen, neque enim dicit, ſint iudices ſubtiles, acuti, veteratores, & callidi, neque enim tũc tantus honor malitiæ habebatur, vt ij iuris cõſultiſſimi exiſtimarentẽ, qui nimio acumine ſubnixi, variè leges interpretarẽtur, & ſimplicitatem iuris eluderent, nihil enim
88 † magis ſapientiæ repugnat, q̃ nimia ſubtilitas, vt latè diſcutit *Segur. in direct. iud. p. 1. c. 5. per totũ,* & ego ab ex-
89 perto ſcio † nõnullos iudices alioquin doctiſſimos, ita ſubtiles, vt ferè oẽs eorũ ſententiæ fuerint reuocatæ.
90 Itẽ † non debent eſſe iudices valde timidi, effeminati, & puſillanimes, iuxta illud *in Eccleſiaſt. 7.* ibi, *noli eſſe puſillanimis in animo tuo,* & *D. Greg. ſuper Ezechiel. Homil. 19.* ibi, *ſcientia ergo noſtra creſcat ad fortitudinẽ, vt cum videt quid agendũ ſit, hoc agere per mentis fortitudinẽ poſſit, ne timore trepidet, & pauore collapſa non valeat benè defendere, q̃ ſenſit, & habetur in Eccl. c. 7. noli quarere fieri iudex niſi valeas virtute irrũpere iniquitates, ne forte pertimeſcas faciẽ potẽtis, et ponas ſcãdalũ in agilitate tua,* id qđ cõcordat cum *tex. in c. accuſatores 3. q. 5. & l. 1. §. fi. in fi. ff. de adilit.*
91 *adict.* & *Cicero pro Cecin. 12.* ait † *timidos, ſeu puſillanimes nitiũ animi pati, & ĩ lib. de orat.* dixit *iudici à timore pracauẽdum fore, & in lib. pro Sextio, ſuadendũ eſt his, qui magiſtratũ gerunt pro cõibus cõmodis adeũda inimicitia, ſubeunda ſapè pro Rep. tẽpeſtates cũ multis audacibus improbis, nonnunq̃ etiã potentib. dimicandũ, qua quidem ſine fortitudine fieri non queunt,* & proprerea dixit *Phi*
92 *lo. in lib. de iudice,* qđ † is qui ad iudicãdũ aſcendit tribunal iudicariſe nõ minus q̃ iudicare cogitet, & vnà cũ poteſtate aſſumat prudẽtiã ne decipiatur, iuſtitiã, vt ſic vnicuiq; tribuat, fortitudinẽ ne flectatẽ præcibus, aut miſericordia, quo minus animaduertat in cõuictos ſceleris, &c. & tradit *Ioa. de Plat. lib. 2. de leg.* ibi, *virtute egere iudices affirmamus, nam & fortitudinis oportet eſſe participes,* & alia huiuſmodi cumulat *Simanc. de Repub. lib. 5. cap. 7. &*
93 *lib. 6. c. 8.* Hinc eſt qđ iudices † valde timidi nõ ſunt laudabiles, *ad tex. ĩ l. obſeruãdũ, ff. de offi. Praſi. Mart. Ram. in Spec. iud. col. 6. Borel. de p̃ſtan. Reg. c. 21. n. 6.* vbi pulchrè loquiẽ, *Burg. de Paz. ĩ d. l. 2. Theſa. n. 37. et ſeq. Peguer. ĩ pract. c. 2. n. 18. Mart. de Tribunal. c. 6. n. 21.*
94 Itẽ † non debent eſſe ſeueri, ſed mites, vt dixit *D. de Pont. in tract. de poteſtat. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. nume. 1.* vbi, poſt *Bart. in l. 1. in fine, ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur.* ſubdit,

95 quòd † poterit talis officialis ob nimiã
ſeueritatem officio priuari, & ĩ dec. 17.
num. 33. Pariſ. de Put. in tract. de ſindi-
cat. in verb. crudelitas officialis, Caldas
quæſt. foren. 31. nu. 17. Mut. ſuper Cap.
Iacob. 63. num. 13. & ſeq. Matthienſ. 3.
dialog. relat. c. 62. & eſt præceptum in
Eccleſiaſt. cap. 4. ibi, in iudicando eſto
populis miſericors, vt pater, & pro viro
matri illorum, & eris tu velut filius al-
tiſſimi, Burg. de Paz. in d. l. 2. Theſa. ĩ lo
co citato, nu. 44. nil enim vt dixit Cicer.
lib. 1. offic. laudabilis eſt, nihil magno et
præclaro viro dignius placabilitate, et cle
mentia, Simanc. de republ. lib. 5. c. 17. et
lib. 6. cap. 10.

96 Item † cauere debent Magiſtratus
ne in iuſtitia adminiſtranda, in iracun
diam & paſſionem incidant, vt cõclu-
dit Strabon. in Geograf. lib. 15. ibi, rem
ego omnium vtiliſſimam iudico, ſi ij ſape-
rent, quibus poteſtas adeſt, vt ſponta-
nei s continentiam perſuaderent, inuitos
autem cogerent, & Euripid. Græcus, ibi,
qſqs ira præceps indulget, in malum finẽ
exit, plurimum enim hominibus incom-
modat, eam enim debet iudex mitigare,
eamque miſericordia, & æquitate com-
miſcere, Vnde laudabiles appellantur
iudices, in quibus non ira, non furor,
ſed ratio dominatur, cap. illa, c. ira, c.
cũ apud Theſſalonicam, cap. ſummopere,
11. q. 3. cap. ſi quid 15. q. 7. cap. ſi quid,
86. diſt. & ob id Saluſt. in Catil. ab ira
vacuos dicit eſſe debere eos, qui de dubijs
rebus conſulunt, & Cicero lib. 1. offic. ĩ
iuris (inquit) æqualitate exercẽda, ẽt eſt
facultas, et altitudo animi, ne iraſcamur,
aut intẽpeſtiuè accedẽtibus, aut imprudẽ
ter rogantibus, in moroſitatẽ inutilem, et
odioſã incidamus, nã vt dixit D. Iſidorꝰ,
97 lib. 3. c. 56. q † dũ iudicare incipiũt ira-
ſcũtur, ipſam iudicij ſuĩam ĩ inſaniã ver
tũt, hinc deteſtabilẽ eſſe in iudicibus,
98 tradit D. Tap. in loco relato, n. 23. cũ † p
illã impediatur diſtinctio veri a falſo,
& iudicij examẽ plenè cõſiderare non
valeat, q a caliginẽ furoris nõ videt, de
99 quo † per Prophetã dĩ, cõuertũt in furore
iudiciũ, idẽq; tradiderũt Camil Bor. ĩ d.
c. 21. n. 53. & ante eũ Affl. ĩ cõſt. vt vni
uerſis, ſub n. 56. Simãc. de repu. lib. 6. c. 6

100 Itẽ † requirit in magiſtratibus, vt nec
odio ducant, nec amore vincant; hu-
iuſmodi. n. paſſiones excecant intelle-
ctũ, vt latè proſequit Simãc. de Repub.
101 lib. 6. c. 7. nã † ſicut amore iuſtitia per-
uerti ſolet, vt dixit Iſidor. de ſumm. bo.
lib. 3. c. 58. & habet ĩ c. 1. 3. q. 5. cũ ſimil.
adductis per Tiraq. de pœnis, cauſ. 51. n.
102 65. & 81. ita † & odio adiudicandum
peſſimè adſtringimur, ad tex. in c. Epi-
ſcopus §. fin. & c. quatuor, 11. quæſt. 3.
103 vnde Ariſt. lib. 1. Rector. dicit, † Odiũ,
amor, et propriũ cõmodũ cognoſcere verũ
nõ faciunt, & dãnat Cicero ĩ lib. de orat.
104 eos, † qui odio mouent ad iudicãdũ, iu
105 ſtitia equidẽ † bono ĩãtũ zelo exercẽda
eſt, ad tex. ĩ c. ſex 23 q. 3. & vt inqt Plu
106 tarc ĩ lib. de offic. auditor. Æqui † iudi-
cis eſt nihil in odiũ alicuius audire, vel
in gratiã, ſed ſincere ad ius reddẽdũ in
cã oĩa expẽdere, refert, & ſequit multa
alia elegater more ſuo cumulãdo Ca-
mil. Bor. d. c. 21. n. 47. & ſeq. & ppea D.
107 Aug. de ciuit. Dei, lib. 5. c. 24. † Fęlices
eos Imperatores dicit, ſi iuſti imperãt,
ſi tardius vindicãt, facilè ignoſcant, ſi
eãdẽ vindictã pro neceſſitate regẽdæ,
tuendęq; Reipublicę, nõ pro ſaturãdis
inimicitiarũ odijs exercẽt, & D. Greg.
108 moral. 19. ſuper illud Iob 29. odio † iuſti-
tiã violari tradit, nã iudicare dignè de
ſubditis neqmur, ſi in ſubditorũ cauſis
nõ męrita, ſed odiũ, vel gratiã ſeqmur,
109 nõ † enim faciẽda eſt diſtinctio perſo-
narum in iudicijs, ad text. in c. nouit,
de iudic. ſed oportet Magiſtratum ob-
miſſis amore, & odio, quibus fortè liti
gantẽ proſequeretur, ſumma cũ æqui-
tate iudicare, ac ſuũ, quod vnicuiq; eſt
tribuere, vt dixerunt D. Tap. in loco re-
lato, num. 25. 33. & 34. Ioan. de Tor-
res ſocietatis Ieſu in philoſophia moral.
lib.

Digitized by Google

lib.7.cap.9. & ſeq. Doctor Mart. in tracta. de Tribunal. vrb. cap. 6. nume. 30. & ſequent. & à Peguer. in pract. cap. 2. num. 20. & 21.

110 Item † debent eſſe graues, & fide-
les, vt dixit *Afflict. in d. conſtit. vt vni-
uerſis, nu. 49.*

111 Item † debent eſſe conſtantes in eo-
rum conſilio *Simanc. de republ. lib. 5.
cap. 7.* ſi tamen tardè deliberatum ſit,
vt dixit *Iſocrat. ſermo. admonito. ad De-*
112 *mocritum*, vnde † *Philoſophus Brant.* di
cebant, cunctanter aggrediendum
negotium, verum in ſuſcepto conſtan
ter perſeuerandum *& D. Grego. lib. 1.
Moral. cap. 32.* vile † eſt conſilium, cui
robur fortitudinis deeſt, quia quod
113 tractando inuenit, catens viribus, vſ-
que ad perfectionem operis non per-
ducit, idq; ſcriptum reliquit *Plato lib.
13. de recta nomin. ratio.* ibi, *debet quiſ-
que circa rei principium cuiuſq. ſtatuen-
dum differere multa, diligentiſſimeq.
cõſiderare vtrum rectè diſcernat, nec ne;
quo quidem ſufficienter examinato, cete
ra iam principium ſequi debent, et Ariſt.
6. Ethic. 9.* idem confirmauit ibi, *Cele-
riter quidem deliberata ſunt agenda, cũ
more autem conſulendum.*

114 Item † Magiſtratus non debent ha-
bere intereſſe in iudicijs, neque partia-
les eſſe, vt dixit *Michael Vlcur. de re-
gimin. mund. par. 4. quaſt. 2. nume. 16.
Frater Io. de Torres in philoſoph. moral.
lib. 8. cap. 7.*

115 Item † debent ambitionem dimit-
tere, vt latè explicat *Matthieuſ. dialog.
relat. 4. cap. 8. & ſeq. Simanc. de Republ.
libro 6. cap. 13.*

116 Item † debent eſſe valde ſecreti, ſe-
cundum *Affl. in d. cõſt. vt vniuerſis, n.
55. Decia. Reſp. 48. nu. 26. lib. 3. Bellug.
in Spec. Princ. rub. 10. n. 5. Autl. c. Prat.
1. ver. accordado, n. 14. Simanc. de Repu-
bl. lib. 7. c. 13. & 14. Peguer. in pract. c. 8.
n. 12. cum ſeqq. Matthieuſ. dialog. relat.
3. c. 54.* & eſt expreſsè prouiſũ ĩ Regno
g prag. vni. ĩ tit. de Pen. reuelãt. fol. 133.

117 Itẽ † debent iudicare cauſam ſecũ-
dum allegata, & probata, non aũt ſe-
cundum conſcientiam, vt ex multis
tradiderũt *Bonad. lib. 1. polit. c. 5. n. 32.
& Morla in Empor. tit. 2. p. 1. q. 1. & 2.*
118 vbi ampliat † ẽt ĩ ſupremo iudice. licet
119 ſecus ſit † in Principe, vt alibi dicam.

120 Itẽ † debẽt ſequi ęquitatẽ, nõ iuris ri
gorẽ, *Melch. iun. q. polit. de iud. fol. 25.*

121 Alias † multas qualitates in iudici-
bus, & magiſtratibus circa officij exer
citium, vide apud *Peguer. in pract. c. 8.
nu. 8. cum ſeqq. Doctorẽ Mart. ĩ d. tract.
de Tribunal. c. 6. nu. 17. & ſeq. D. Tap. ĩ
loco citato, n. 20. cum ſeqq. & Camil. Bo-
rel. c. 21. per totũ, Theſau. in prafat. dec.
nu. 28. & ibi add. Gaſparis.*

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratum ſubire non omnibus permiſſum eſt, & qui ſine.*

2 *Exempla non reſtringũt regulam, ſed ſub illa caſus ſimiles comprehenduntur.*

3 *Officiales, & Magiſtratus debent eſſe iuriſperiti, et doctiſſimi, non autẽ idiota, maximè ſi in illa Ciuitate adſunt Doctores, & nu. 17. 18. 21. & 22. & ibi vide de ratione.*

4 *Ignari facile negant veritatem obſtinati perſeuerantes.*

Turpe eſt artem quam quis profitetur ignorare, ſub nu. 4.

5 *Iudicis ignorantia eſt calamitas innocentis.*

6 *Ignaro homine nihil iniuſtius eſſe videtur.*

Ignari niſi quod faciunt, nil aliud rectũ putant, ſub num. 6.

7 *Index debet habere ſalem ſcientia & cõſcientia, ac notitiam boni, & aqui, & num. 8. & 10.*

9 *Iuſtitia eſt notitia ſeparationis iuſti ab iniquo.*

11 *Scientia ſublata, omne bonum deeſſe videtur.*

Index

12 *Iudex indigens prudentia, multos per calumniam opprimit.*

13 *Sapientes Rempublicam propriè gubernare deberent.*

14 *Magiſtratus ſunt Reipublica maximè neceſſarij.*

15 *Sapientia homines facit illuſtres, adque Reipublica adminiſtrãda negotia faciles reddit, & num. 19.*

16 *Ignari & idiota quodammodo pueri appellari videntur, ac cacis & ruſticis comparantur, & num. 22.*

20 *Officia & dignitates q habere deſiderat, quid in illis agendũ ſit ſcire conetur.*

23 *Errores illiteratorum inter caſus fortuitos enumerantur.*

24 *Artem quam quiſque nouit illam exercere debet, & ibi ponitur Adagium, et num. 26.*

25 *Qui artem ignorat non de arte rectè iudicat, & num. 27.*

26 *Alexandri Seueri modus in officialium electione quis erat.*

27 *Iudex ſi leges ignorat quibus iudicare debet non iam benè iudicabit.*

28 *Officiales villarũ deberent ẽs eſſe iuris periti, & ibi de ratione.*

29 *Authoris eſageratio circa principes non literatos.*

30 *Principi non aliter neceſſaria eſt ſapientia, quàm corpori anima.*

31 *Reſpublica illa beata dicitur vbi Philoſophi adminiſtrant, uel qui gubernant Philoſophantur.*

32 *Reſpublica illa beata dicitur, cui princeps ſapiens dominatur.*

33 *Thebani per doctiſſimos Magiſtratus & officiales olim felices gubernabantur.*

34 *Salomon Rex Iſrael à Deo ſibi electione data vt quid vellet expoſceret, omiſſis omnibus alijs ſapientiam poſtulanit, & num. 35.*

36 *Deus ita munificentiſsimus eſt, quòd ſi quid minimum à ſe poſcitur, indignè ferre ipſe videtur, & num. 37.*

38 *Sapientiam qui deſiderat, à Deo petat, & obtinebit.*

39 *Officiales, & Magiſtratus, maximè iudicare debentes non ſolum virtutem, & ſcientiam, ſed etiam practicam neceſſariam habent, & nu. 46. & 47.*

40 *Practica, & experientia eſt ſcientia digeſtiua, & quanto magis quis eſt expertus, tanto facilius illam addiſcet.*

Peritia dicitur plenitudo ſcientia, & prudentia, ſub num. 40.

41 *Practica ad cognoſcendum quãdo Iudex ſit ſufficiens in ſcientia ad ius dicendum.*

42 *Practica, & experientia ſupplet defectum ſcientia, maximè ſi naturalis inclinatio in homine vigeat, & numero 43.*

44 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

45 *Scientia, & experientia ſimul perfectũ faciunt iudicem.*

48 *Iudex malè iudicans ad quid teneatur, vide remiſſiue.*

49 *Officiales, & Magiſtratus illiterati quò eſſe poſſunt, & quomodo adminiſtrare debeant.*

50 *Reſpublica non ſolum legibus ſed etiam armis indiget.*

ARGVMENTVM.

An Magiſtratus debeant eſſe iuriſperiti.

CAPVT III.

1 AD † Magiſtratum nõ omnibus aſpirare licet, quidam enim lege impediuntur ne iudices ſint, alij moribus, alij verò natura, vt dixit notabiliter *tex. in l. cum prator, ff. de iudic. & ibi ſcribentes omnes: à natura enim (ait ibi text.) prohibentur*

ſurdus

ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus, ac
impubes, qui iudicio carent; lege impedi-
tur, qui à Senatu motus eſt, moribus ve-
rò fœmina, & ſerui, & licet ij tantum
enumerentur, alij omnes ſimiles com-
prehenduntur, quia non ſtat in enu-
meratis, ſed cauſa exempli adducun-
tur, vt in ſimili dixit And. in rubr. Quæ
ſint regal. ibique Afflict. & cæteri. Has
igitur & alias qualitates ad Magiſtra-
tum optimum pertinentes in ſequen-
tibus capitulis quàm breuiſſimè expli
cabimus.

3 Et primo † lege tàm communi,
quàm Regia prohibitum eſt, ne Con-
ſiliarij, & Magiſtratus idiotæ ſint,
ſed iuriſperiti, ad tex. in l. neminem, la 1.
§. iuriſperitos. C. de Aduocat. diuerſ. iud.
l. 2. C. de poſtuland. §. illi autem, Auth.
de iudicib. & in Authent. vt nulli iud. §.
ſimiliter, inſtit. de excuſat. tuto. & de iu
re Regni extat Capit. ſub Alfonſ. Rege
412. idemque dixerunt Petr. de Greg.
Tholoſ. ſyntagm. iur. par. 3. lib. 47. cap.
10. Simanc. de Repub. lib. 9. c. 10. Auil.
cap. 1. Prætor. ver. Tierra num. 5. Burg.
de Paz. in l. 2. Taur. nume. 53. Doctor
Mart. in tracta. de Tribunal. vrb. cap. 6.
nume. 6. Vnuſquiſque enim (ait Ariſtot.
lib. 1. Ethic. cap. 3.) ea rectè iudicat quæ
cognoſcit, atque eorum bonus eſt, vnam-
quamque igitur rem benè iudicat, qui in
ea eruditus eſt, & ante ipſum Plato lib.
vlt. de legib. ibi, futurus iudex operam
dare debet, vt legum conſtitutiones ante
omnia diſcat, & mente firmiter teneat,
4 vnde Tholoſan. in loco citato, num. 9. &
ſeq. docet, quòd † ignarus literarū faci-
lè negat ea, quæ pro veritate ſtatuta
ſunt, & ſuper eo inconuincibilis eſt,
ad text. ĩ §. ſuos autem, ĩ Authent. de
Tabell. & text. ĩ l. 2. §. poſt hoc Quin-
tus Mutius, ff. de orig. iur. ibi, turpe
eſſe Patritio, & nobili, & cauſas oranti
ius, in quo verſaretur, ignorare, Inde
5 eſt quòd † ignorantia iudicis calami-
tas eſt innocentis, ſecundum D. Au-
guſtin. de Ciuit. Dei, lib. 19. cap. 6. &
intolerabilis in his qui præſunt, cap.
1. & cap. ſi in laicis, 38. diſt. Luc. de
Penn. in l. omnes iudices, C. de decurio.
lib. 10. refert & ſequitur Dom. de Pont.
in tracta. de poteſt. Proreg. tit. de elect.
official. §. 5. nume. 11. & Terent. in
6 Adelf. act. 1. ſcen. 2. Homine † imperi-
to nunquam quicquam iniuſtius, Qui
niſi quod ipſe facit nihil rectum putat, &
propterea Bald. in l. 2. C. de ſentent. ex
breu. recitand. poſt eum Iaſ. in l. rem no-
uam, in 1. notab C. de iud. & Didac. Pe-
rez. lib. 2. ordinat. titu. 15. dixerunt
7 quòd † iudex habere debet ſalem ſciē-
tiæ, & conſcientiæ, quia ſine conſciē-
tia eſſet diabolicus, & ſine ſcientia in-
ſipidus, ad tex. in l. 1. C. de condict. in
publ. horre. lib. 10. Boer. dec. 153. nu-
me. 31. Rol. conſ. 12. n. 4. & 5. vol. 3. Bel-
lug. in Specul. Princip. Rubric. 6. lit. X.
Auiles in prohem. capitu. Præt. gloſ. fin.
in fine, Gregor Lopez in l. fin. gloſ. cono-
zer, titul. 10. par. 2. Segur. in director.
ind. part. 1. cap. 6. Ceruant. in l. 2. Taur.
nu. 3. & 4. Afflict. in conſtitut. vt vni-
uerſis, num. 51. Michael Vlcur. de regim.
mund. par. 4. quæſt. 1. num. 3. qui opti-
mè diſtinguit, Peguer. in pract. cap. 7.
num. 11. Foller. in princ. prax. crimina-
8 lis, num. 2. vbi ait quòd † Iudex debet
habere notitiam boni, & æqui, ad tex.
in l. 1. in princ. ff. de iur. iurand. & hoc
propter adminiſtrationem iuſtitiæ,
9 † quæ eſt notitia ſeparationis iuſti ab
10 iniquo, ad † declarandum enim quid
velit lex, non ſufficit quòd ſit iudex,
ſed etiam quod ſit peritus, ſecundùm
Bald. in addict. ad Specul. tit. de poſition.
11 §. 7. verſic. decimo tertio, & † ſublata
ſcientia deeſt bonum, vt ſcribitur in
Prouerb. 19. & in prouerb. 28. vbi Salo-
12 mon dixit, quod † Dux indigens pru-
dentia, multos per calumniam oppri-
13 mit, & ob id ad † ſapientes propriè
pertinet Reipublicæ gubernatio, vt
docuit D. Hieronymus in Ezechiel. cap.
27.

Digitized by Google

27. & eſt *tex. in cap. porro, 84. diſt inſt. l. 2. §. poſt originem, ff. de iuſtit. & iur. Plate. in l. experſes, Cod. de decurio. lib. 10. Corrad. in templ. indic. lib. 1. cap. 1. §. 3. num. 8. Palat. Ruui. de donat. inter vir. & vxor. §. 9. num. 9. Oroſc. in l. 1.*
14 *nu. 16. ff. de iuſtit. & iur.* vbi ait, † Reipublicæ intereſſe, vt Magiſtratus ſint, qui iura reddant, *Auiles in cap. 1. prat. gloſ. Tierra num. 5. Cermenat. in Rapſo-*
15 *dia, cap. 7. ait, optimũ ergo fuit † ſapientia ſtudio delectari, quod & illuſtros, & gratioſos homines facit, & ad ciuilium Magiſtratuum commodius, cautiuſque pertractãda negotia cordatos reddit,* vbi refert etiam Strabonem, dicentem,
16 † *omnes idiota, & doctrinarum expertes quodammodo pueri appellandi ſunt, Segur. in Director. ind. cap. 4. num. 9. verſ. hinc paſſim in fine, & poſt Simanc. de Republ. lib. 5. cap. 15. & lib. 9. cap. 10. num. 7.* & alios, dixerunt *Bonadill. lib. 1. Polit. cap. 9. num. 32. Io. Garſ. de expenſ. capit. 21. nume. 20 Ceruant. in l. 2.*
17 *Taur. num. 2. & 3.* qui † omnes iuris peritos ad magiſtratus ſeligendos eſſe
18 concludunt, nec ab re, *cum verus † iudex* (vt dixit *Plato in lib. 2. de legib.*) *qua determinanda iuditio ſunt, ab alio diſcere non debeat, & quaſi ſtupefactus tam clamore multorum, quàm ignorãtia ſua ita ferre ſententiam,* idque concordat cum Rubrica *in d. Authẽt. vt null. iudic. & in Authent. de Iudici. in princ. ibi, illi autem neque cingulum habentes, neque nobis adminiſtrãtes, niſi potuerint per ſe noſſe quod iuſtum eſt, ſed aliunde mendicare iudicandi honeſtatem, quomodo nõ maximum vitium erit Reipublica? nõ oĩs, qui ex ſe quid agendum ſit, ſciant lites tradere, ſed ſincerè eos quærere alios, à quibus liceat diſcere, qua ipſos in iudicando eloqui decet, §. damus, in Authent. de ſanctiſſ. Epiſc. Michael Vlcur. in d. quaſt. 1. num. 6. cum concord. relatis per Bonadill. lib. 1. Polit. cap. 6. nu. 4. in fin. lit. B. & cap. 9. num. 4.* hinc dicebat *Xenofont. in lib. 1. de fact. & dict.*
19 *Socrat. Omnes † qua ſciunt facilè, optimè, ſuauiſſimè, citoque operantur, & lib.*
20 *3. ſi cupis † honoribus, atque adminiſtratione in ciuitate affici, conare quàm maximè potes, vt ſcias quacumq. agere velis; ſi enim in his praſtantior alijs effectus, incipias Rempublicam gerere, non mirarer ſi valde facile quacumque cupis obtineas, ſciunt autem licitum ab illicito diſcernere, æquum ab iniquo ſeparare, ac bonos ciues efficere, qui leges, & ius probè norunt,* idemq. repetit in alijs locis vt ibi, *Io. de Plat. in l. experſes, C. de*
21 *decurion. lib. 10.* debent † enim iudices & Magiſtratus eſſe doctiſſimi, vt præter eos admonet *Caſſiod. Varo. lib. 8. c. 12. Burg. de Paz. l. 2. Taur. num. 99. Theſa. in præfat. deciſ. num. 25. & ſequ.* quidquid dixerit *gloſ. in l. ne cæterorũ, C. de poſtulãd.* vbi modicam ſcientiam
22 neceſſariam eſſe aſſerit, vnde † Alfonſus Rex ad petitionem totius Regni Siciliæ in publicis comitijs rectè ſtatuit, quòd ad Magiſtratus non admictãtur idiotæ, ſeu illiterati, vbi adſunt Doctores, vt *in d. c. 412.* quid enim iudicare poteſt idiota, vel tabellio de re iuribus determinanda? vt dixit *Bonadill. in loco relato ſub num. 33.* ſubdens, quòd comparantur cęcis, infantibus, ruſticis, & ſimilibus, *ad text. in cap. vilisſimus, 1. quaſt. 1. cap. poſt tranſlationem, §. item ſi quis, de renuntiat. cap. 1. 36. diſtinct. cap. fin. de tempor. ordinand. in 6.* qui quod vident ignorant, *l. vnic. C. de falſ. monet. cap. nihil, de elect.* &
23 † eorum errores inter caſus fortuitos enumerantur, eo qđ præueniri non valent, *ad tex. in l. ſi per imprudentiam, ff. de euiction. cap. vnic. de non. form. fidelit. cap. fin. de emption. & vendit. l. quæ fortuitos, C. de pignorat. act. l. 2. ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pert. ibi, fortuitos caſus prouidere non poteſt humanum conſilium, Palat. Ruu. in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. n. 32.*

Couarr.

Digitized by Google

Conarr. lib. 3. *variar. reſolut. cap.* 17.
*num.*10.*Rol.conſ.*45.*num.*8.*vol.*3. *Do.*
de Pont. dec. vlt. in fine, ptopterea di-
24 cebat *Cicero Tuſcul.* 1. *quam † quiſque*
nouit artẽ in hac ſe exerceat, vnde ortũ
eſt *Adagium, non ſutor vltra crepidem*,
& *D. Cyprianus in prolog. ſerm. de na-*
25 *tinit. Domini*, dicebat, quòd † non fa-
cile de artibus rectè iudicat, qui artes
26 ignorat, & habemus exemplum † Im-
peratoris Alexand. Seueti, vt refert
Lamprid. in eius vita, qui, ſi de iure
ttactabatur, ſolos doctos in conſilio
adhibebat, ſi verò de te militari, mili-
tes vetetes, & ſenes bene metitos, ac
locorũ peritos, req̃rẽs, q̃d in eiſdẽ cau-
ſis antiquos Imperatores ſeciſſe, hiſto
riæ memotatẽt, & ſic de ſingulis, eaq;
ex cã dixit *D.Greg.lib.*27.*Moral.* quod
27 nullus benè iudicabit, ſi leges, quibus
iudicare debet, ignorat, ad quod facit
gloſ. ſingul. in capit. fin. de re iudicat. &
tex. iuncta gloſ. in cap. 1. *de conſangu. &*
affinit. Luc. de Peun. in l. filius, *C. de*
*decurio. lib.*10. *Segur. in Direct. iud. p.*
1. *cap.*3. *num.*5. *& nu.*10. vbi ſubdit,
28 quòd † etiam officiales villarum debe-
rẽt eſſe iuriſpetiti, quia ſummatim de
cauſis cognoſcunt, & tenues habent
ſpottulas, ex quo aſſeſſores nõ poſſunt
conſulere, & conſtitui ſolent in locis,
vbi nulli vel pauci ſunt literati, *ad tex.*
in d.§.1. *Authent. de iudicib.* ibi, *ne indi*
ces pedanei, legum peritia carentes, con-
ſtituantur, Otthom. in lib. quaſt. illuſt. q.
23. *Simanc. de Republ. lib.*9.*cap.*10.*nu.*
29 7. & † O vtinam Principes ipſi, qui
maiores ſunt Magiſtratus, doctrina, &
ſcientia floreient, nam (vt dixit *Plato*
30 *dialog.*5.*de Republ.*) Principi † non ali-
ter neceſſaria eſt ſapientia, quàm cor-
31 poti aĩa, beatiſſimaſq; fore † Reſpubli-
cas iudicabat, vbi aut philoſophi do-
minarent̃, aut ſaltim qui gubernãt di-
uina quadã ſotte philoſofatẽtut, quẽ
refert *Marſil. Ficin. in eius vita*, *Valer.*
*Maxim. lib.*7.*c.*2. & commemorat *D.*
Bernard. lib. de dignitat. diuin. amor. c.
32 14. *Boett. lib.*1.*de conſolat.* qui † beatam
appellat Rempublicam, cui Ptinceps
ſapiens dominatur, *Matthienſ. dialog.*
*relat.*3.*cap.*8.*per totum*, *& Ariſt. lib.*2.
Rethor. ad Theod. c. 23. vbi fortuna-
33 tos † ait Thebanos, qui pet doctiſſi-
mos Magiſtratus certo tempore recti
34 fuerant: hinc † Salamon Rex, dum
Regnum gubernaturus eſſet, à Deo ſi-
bi electione data, vt quid vellet expo-
ſceret, ſcientiam ſibi neceſſariam eſſe
reſpõdit, eamq; humiliter poſtulauit,
quod quidem adeò Domino placuit,
vt ſimile teſponſum conſequi mere-
retur, vt ibi 3. *Reg.*3. *ibi*, *quia poſtu-*
laſti verbum hoc, & non petÿſti dies mul
tos, nec diuitias, aut animas inimicorum
tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapiẽtiam ad
diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſe-
cundum ſermones tuos, & dedi tibi cor
ſapiens, & intelligens, in tantum ut nul
lus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te
ſurrecturus ſit, & ſubdit, *ſed & hac*
quæ non poſtulaſti dedi tibi, diuitias, ſci
35 *licet & gloriam, vt † nemo fuerit ſimilis*
tui in Regibus cunctis retrò diebus; & ſic
plusq̃ petijt obtinuit, ſecũdũ *D. Ambr.*
*ſermo.*18. *in pſalm.*118. munificentiſ-
36 ſimus enim † eſt idem, & Auguſtiſſim⁹
Rex noſter, *ait D. Baſil. lĩ conſt. monaſt.*
37 *c.*2. *& ſecundum alios c.*1. & † indignè
fert, quandocumq; quis exiguum à ſe
aliquid petit, nec alitet Regi ſimile id
petenti obuenire poterit, vt dixit *D.*
38 *Iac. c.*1. ibi, *ſi qs veſtrũ † indiget ſapien-*
tia, poſtulet à Deo q̃ dat oĩbus affluẽter.
39 neq; doctrina † tantũ, & ſcientia in Ma
giſtratibus neceſſaria eſt, niſi practicã,
& experientiã in iudicando habeant,
*ad tex. in l.*1. §. *ſed cũ*, *C. de iuſtin. Cod.*
confirmand. ibi, *& electis viris glorio-*
ſiſſimis tàm doctrinam legum, quàm ex-
perientia rerum, ſtudioq; Reipublicæ in-
defeſſo, et laudabili propoſito pollẽtibus,
& tex. in prohem. inſtitut. §. *cũque*, *l.*2.
C. de vſucapio. gl. in ver. honorẽ, in clem.

2.de magiſtr.& tex.in Auth.de iudicib.
§.& vt nulla, poſt princ.verſ.non enim,
gloſ. in cap. 1. de conſang. & affinit. §.
exiſtimauimus,& §. penult.inſtitut. de
ſatiſdat.ibi, qua omnia apertius,& per-
fectius quotidiano rerum vſu in ipſis re-
rum documentis apparent, l.3. C.de adi-
fic. priuat.l. certi iuris, C. de iud. l. hu-
milioribus, C.de ſuſcept. & archar. libro
10. Bald.in l. Aemilius, ff. de minorib.
40 vbi ait, quòd † praxis eſt ſcientia di-
geſtiua, & quantumcumque quis ex-
pertus extiterit, minimè experimento
literas addiſcet, nam peritia appella-
tur plenitudo ſcientiæ, & prudentiæ,
vel artis perfectior, Corrad. in templ.
iud.lib.1.cap.1. verſ. vigeſimoſecundo,
num.8.Redin.de maieſt.Princip.nu.59.
Auil.cap.4. Prat.in verb.que les diere,
num.11. Segur.in direct.iud.par.1.cap.
4.Burg.de Paz.l.2.Taur.n.65.cum ſeq.
& adde Michael.Vlcur.d.q.1.n.6.& 7.
41 qui ponit † practicam ad cognoſcen-
dum iudicem ſufficientem in ſcientia
ad ius dicendum, Iaſ.in Rubr.C.vt ne-
min.ſi n.iud.Caiet.in ſumm.ver. Doct.
Bonad.d.cap.6.num.28.dum ait,quòd
42 † experientia ſupplet defectum ſciẽtię,
quia docet,& probat, d.l.certi iuris,et
ibi omnes Doctores, Specul.in tit.de iud.
43 deleg. §. fi. vbi † ampliat, ſi naturalis
diſcretio in homine experto vigeat,
44 nam experientia † eſt rerum magiſtra,
& propterea ſcientia, & experientia
45 † cõiũcta perfectum faciunt iudicem,
Aug. conſ.100. Simanc.de Republ.lib.5.
cap.10. Pincl.in l.2.cap.4.C.de reſcind.
vend. Guttier.pract.quaſt.16. num.31.
& ſeq. Roland.conſ.2.num.8. volum.2.
Corrad. in templ. iud. lib.1. cap. 1. §.3.
verſ. vigeſimoſecundo, d.num.8.Foller.
in pract. crimin. in princ. num.3. ſub-
46 dens, quòd † non ſolum requiritur
vita cum ſcientia,ſed etiam cauſarum
experientia, quod optimè cognouit
Ariſtot.lib.8.polit. cap.6.ibi, impoſſi-
bile eſt, vel certè admodum difficile, vt
qui opera ipſa non tractat, peritè valeat
47 iudicare, & in lib. 10. Ethic. cap. vlt.
ait, † ijs, qui de re ciuili ſcire cupiunt,
experientia non parum conferre vide-
tur, Anton. Gomez. in l. 2. Taur. num.
3. & ibi etiam Burg. de Paz. nume.72.
Dom.Tapp.in Rubr de official.in Regn.
conſtituend.num.16.fol.mihi 98. Auiles
cap. Prat.4.num.3. Segur.in direct.iud.
par.1.cap.4. Bonadill.in d.cap.6.nume.
48 34. vbi † latè ſe extendit ad quid te-
neatur male iudicans, vt ibi per eum,
qui allegat concordantes.

49 Sunt † tamen aliqui Magiſtratus,
quorum officium per laicos exerceri
conſueuit, ad tex. in l. expertes, C. de
decurio. lib.10. vt ſunt Capitanei,&
alij adminiſtratores Prouinciæ,qui il-
literati creari poſſunt, dummodo pe-
nes ſe habeant aſſeſſores literis,& do-
ctrina præclaros pro iuſtitia admini-
ſtranda,qui eorum defectũ ſuppleãt,
ad tex.cum gloſ. in Auth.de iudic.§. no-
ſtris enim, in princ. Petr. de Greg. Tho-
loſ. in loco relato, cap.10. num. 11. cum
ſeqq.& optime Simanc.de Republ. lib.9.
cap.10.num.1. dum ait, euenire non
50 nunquã,vt † Regna, Prouincias, & ci-
uitates magnas iuriſperiti ſoli admini
ſtrare nõ queãt, quamobrẽ Ducibus,
& Præſidibus opus', qui arma magis,
quàm leges ſciant, ij verò vt rectè Rẽ-
publicam regant, iuriſperitorum con-
ſilio negotia ciuilia tractare debent,
Michael.Vlcur.d.q.1.n.4.latiſſimè Au-
guſt. Morla in Empor.p.1.tit. 2.q.6.per
totũ, & fuit expreſsè prouiſum per lite
ras Regias, datas Madrid die 9. Apri-
lis 1591. cap. 19. ibi, El abuſo que ay ſe
ha tenido de poner los iuzgados ciuiles, y
criminales, y las varas de Capitanes y
juezes indifferentemente en perſonas de
letras ò de capa y ſpada es mui conue-
niente de remediar, y aſſi proueereis
que en eſſo aia buena orden elixẽdo para
Capitanes ombres de capa y eſpada, y le-
trados para juezes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ab omnibus officijs ciuilibus, & publicis remouentur, & numero* 12. 16. & 33. & *de ratione, vide nume.* 13. 14. 15. 17. 18. & 24. *amplia nume.* 2. & 3. *limit. vt num.* 39. 41. & 47.

2 *Fœmina non poſſunt eſſe arbitri, limit. vt num.* 46.

4 *Fœmina non debent uiris dominari, ſed illis ſubijciuntur, & nu.* 31. & *de ratione, nu.* 32.

5 *Sparta fœminas priuatim in domibus dominari, & in publicis ſententiam dicere permittebant.*

6 *Lacedemonij mulieres in conſilijs aſſumebant, illaſque in curia negotia gerere non vetabant.*

7 *Athenienſes mulieres publicis votis aſſiſtere, ac ſuffragia ferre permittebant.*

8 *Galli cum de pace, aut bello tractabant, fœminas conſulebant.*

9 *Germani mulierum conſilia ſequebantur.*

10 *Aegyptij fœminis virilia officia concedebant.*

11 *Iuſtinianus Imperator in rebus grauiſſimis diffiniendis coniugem ſuam adhibebat.*

Exempla multa mulierum virilia munera ſubentium, ſub numero 11. *remiſſiue.*

14 *Magiſtratus & officiales debent publicè comparere, non autem domi in ſecreto ſe conſeruare.*

17 *Fœmina ter mutatur in hora.*

19 *Fœmina qui aliquid in ſecreto committit, idem facit, ac ſi voce præconis in foro denunciaret.*

20 *Fœmina ſunt loquaces, nec vllo ſæculo muta aliqua reperta intelligitur, & numero* 21.

22 *Fœminas à muneribus publicis ſe abſtinere non ſolum Reipublicæ, ſed ipſis quoque vtile eſſe videtur.*

23 *Iudex quas conditiones habere debeat.*

24 *Fœmina propter ſexus fragilitatem facile decipiuntur.*

25 *Fœmina ſunt nimium miſericordes, & credula.*

26 *Fœmina non ſunt apta ad imperandum ſicut maſculi, intellige vt num.* 27.

27 *Natura multas animi corporiſque dotes maſculis impertiuit, quas fœminis denegauit.*

28 *Fœmina ne inexpugnabiles eſſent eis an natura fortitudinem non conceſſit.*

29 *Fœmina debent ſecretò domi manere, illiuſque curam habentes, manibus operari.*

30 *Fœminis non permittitur ſcientia literarum, nec illam alios docere.*

34 *Fœminarum conſilia non valent & ciuitas ab ipſis malè regitur.*

35 *Magiſtratus et officiales miſſi ad prouintiam gubernandam, abſque fœminis proficiſcantur.*

36 *Fœminarum multa mala referuntur, remiſſiuè.*

37 *Fœminarum defectus vxoratis inquirere non licet, & numero* 38. & *ibi de ratione.*

38 *Caſtitatem non laudat qui coniugia frequentat.*

39 *Fœmina feudataria iuriſdictionem habentes, illam exercere nõ prohibetur, & de ratione nu.* 47. *in fi.*

40 *Conſuetudo per aliam contrariam tollitur.*

41 *Fœmina licet principaliter iuriſdictionem non habeant, illam tamen in conſequentiam habere poſſunt.*

42 *Vno conceſſo, omnia alia ad illud conſequutiua conceſſa videntur.*

43 *Fœmina Regnum gubernare non prohibetur.*

44 *Fœmina licet iuriſdictionem habeant eius tamen exercitium per viros earum nomine fieri debet, amplia numero* 45.

47 *Fœmina in officijs quæ per ſubſtitutum poſſunt adminiſtrari iuriſdictionem habere non excluduntur.*

ARGVMENTVM.

Mulieres an poſsint admitti ad Magiſtratum.

CAPVT IV.

1 FOEMINÆ † ab
omnibus officijs ciuili-
bus, vel publicis remotæ
ſunt, & ideo nec iudi-
ces eſſe poſſunt, nec Ma-
giſtratum gerere, &cæt. verba ſunt
text. ĩ l. fœmina, ff. de reg. iuris, vbi
*Bart. & cæteri, facit tex. in l. cum Præ-
tor, §. fin. ff. de iudic. l. quidam conſule-
bant, ff. de re iudicat. l. 1. C. de mulier.
& in quo loc. vbi Luc. de Penn. l. & qui
originem, §. corporalia, ff. de munerib. &
honorib.* ibi, *corporalia munera fœmi-
nis ipſe ſexus denegat, quo minus hono-
res, vel munera iniungantur, cap. mu-
2 lierum, 33. quæſt. 5.* ita vt nec † arbi-
trari poſſunt, *ad tex. in l. fin. C. de ar-
3 bitr.* quòd † etiam de iure diuino eſt
comprobatum, *in Exod. cap. 18.* ibi,
*proui de autem de omni plebe uiros poten-
tes*, & ſic non fœminas, *ad tex. in l. 1.*
ibi, *conſultorum virorum, ff. de legib.* &
notarunt *Bart. & Caſtr. nu. 4. ibidem,
Aret. in §. ex non ſcripto, verſ quæro an
fœmina. inſtitut. de iur. natural. gent. &
4 ciuil.* ſubeſſe enim † non imperare viris
fęminas iubet, *Deus ĩ Geneſ. 3.* Id autē
contingere vr̃, non quia iudicium non
habeant, vt dixit *tex. ĩ d. l. cum Prætor,
5 de iud.* quandoquidē † apud Spartas,
mulieres priuatim in domibus domi-
nabantur, & in publicis ſententiam
dicebant de maximis rebus, & autho-
ritatem habebant, vt refert *Plutarcus
in Compar. Numæ. & Licurg.* vnde il-
lud Poetæ,

Illa Numæ coniux, conſiliumque fuit.

6 Idem fuiſſe apud † Lacedemonios
*teſtatur Ariſt. lib. 2. polit. c. 7. & Plu-
tarc. vbi ſupra*, qui mulieres publicis
in conſilijs aſſumerunt; in curia quo-
que ad exequenda negotia adhibere
ſoliti erant, & earumdem arbitrio de-
creta multa fecerunt.

7 Athenienſes † pariter veteres (vt re-
fert *Varro*) eas conſilijs publicis inte-
reſſe, ac ſuffragia ferre voluerũt. apud
8 † Gallos, quoties de bello, aut pace
conſultandum fuit, illas quoque con-
ſuluerunt, ſecundum *Plutarcum de
9 virtutibus mulierum.* apud † Germa-
nos conſilia mulierum, & iudicia
non aſpernebantur, ſecundum *Cor-
nel. Tacit. de moribus Germaniæ.* &
10 apud † Ægyptios, vt tradit *Polidor.
Virgil. lib. 8. de inuent. cap. 7.* mulieres
11 munera obibant virilia, idemque † de
Iuſtiniano Imperatore, qui in conſi-
lium de rebus grauiſſimis Theodorã
coniugem adhibebat, refert *Ioannes
Magnus, lib. 13. Gothicarum hiſtoria-
rum*, quod & ipſe fatetur *in Authent.
vt iud. ſin. quoq. ſuffr.* ibi, *hæc autem
omnia apud nos cogitantes, & hic quo-
que participem conſilij ſumentes eam,
quæ à Deo data eſt nobis venerendiſſi-
mam coniugem, ad hãc ſacram venimus
legem*, & alia huiuſmodi exempla,
quæ habes apud *Tiraquell. in l. 2. con-
nub. nume. 64. Petr. de Gregor. Tholoſ.
lib. 47. par. 3. ſyntagm. iur. tit. de action.
cap. 11. & lib. 7. de Republ. cap. 11. Plu-
tarc. in libello de virtutib. mulier. Mel-
ch. iun. quæſt. polit. par. 1. q. 13. Burg.
de Paz. in prohem. leg. Taur. num. 52.
& ſeq. & ibidem Ceruãt. n. 25.* Mori-
12 bus † tamē & conſuetudine receptum
eſt, vt fœminæ ad Magiſtratum non
admittantur, *ad tex. in d. l. cum prætor,
13 §. moribus, ff. de iud.* Quæ † quidē con-
ſuetudo, ſecundum *Abb. in capitu.
dilecti, de arbitr.* quem refert *Cagnol. in
d. l.*

d.l.fœmina,introducta fuit propter ho
neſtatem mulierum ,ne virilibus offi-
cijs implicentur, & hominum conſor-
14 tijs intereſſe oporteat ; cum † Magi-
ſtratus publica ſit perſona , & palàm
atque publicè ſui facere copiam de-
beat, *ad tex.in l. maritum, C. de procu-
rat.l.2. C.de his qui ven. ætat.impetr.c.
diffinitum*,18.*q*.2. *cap.mulieres, de iu-
dic.in* 6. *Azened.lib.2.recopilat.tit.9.l.*
7. *ſub num.*19. *verſ. muger*,vbi ait hāc
eſſe ſolidam rationem; attamen *Bald.*
alias adducit *in l. quoties ſub nume.*7.
*verſ. & dic quod mulier,C.de ſuis & le-
15 gitim.* hoc eſt † propter fragilitatem
conſilij, *ad tex. in l.pater,C.de ſponſal.
& voluit Arnob. lib.7.contr.gent.* vnde
in fragmentis *Menandrij* dictum eſt,
16 *nunquam † in conſilium mulierem ad-
mittas* . Item propter lubricitatem
17 † voti , quia ter mutantur in hora , *ad
tex. in cap. forus,de verb.ſignifi.l.filia,
C. de inoffic.teſtam. Montalb.in l.*1.*tit.
de los adulterios , lib.*4.*fors,in gloſ. ma-
gna , verſ. item mulier .*
18 Item † propter periculum ſecreti ,
19 quia neſciunt ſecreta retinere, † qui
enim fœminæ aliquid committit, idē
facit, ac ſi in foro denuntiaret voce
præconum omnibus , vt dixit *Antiph.
apud Stobeum,ſermone* 72. & mærito ,
20 inquit illa , † *loquaces omnes habemur* :
21 nec mutam † repertam vllam eſſe ho-
die dicunt mulierem vllo in ſęculo,ſe-
cūdum *Plautum in Aulularia* . Et pro-
22 pterea † non tantum Reipublicæ , ſed
ipſis etiam mulieribus vtile eſſe,& ho-
neſtum , ab ipſis abſtinere , tradidt
*Tholoſan. in loco relato , num.*7. *in fine* ,
23 quandoquidem † oportet iudicem eſ-
ſe oculatiſſimum, in negotijs expertiſ-
ſimum,& in officio conſtantiſſimum ,
& inflexibilem , *ad text. in l. reſpicien-
24 dum,ff.de pœnis*,mulieres † vero facilè
deceptioni expoſitæ ſunt propter ſe-
xus,& conſilij infirmitatem,nimium-
25 que † miſericordes,& credulæ, *ad tex.
in l.*2.§.*pen. ff. ad Senat. Velleian. l. ſi
mulier,C.ad Velleian.cap.ex parte, de
priuileg.*§.*quæſitum, in Authē.de æqua-
lit.dot.* vnde *Ariſtot.lib.*1. *polit.c.*8.*&
Lipſius lib.*2. *polit. cap.*3. dixerunt *na-
26 tura † lege magis ad imperandum aptū ,
quod eſt maſculum,quàm quod fœmineū
eſt ,niſi forte à natura ipſa defecerit , qa
27 † viris dedit prudentiam, animi magni-
tudinem,robur,vim imperandi mulieri-
bus ademit : aut ſaltim imbecillem, lan-
guidam,imperfectam conceſſit*,& vt ad-
dit idem *Lipſius* ibi,*largita hac eadem
calliditatem eſt, inſtruxit dolis harum
28 pectus : ſed † vim negauit,ne inexpugna-
biles eſſent : frangeret vires timor* ; quę
fuit doctrina *Platonis lib.*7.*de legib.* &
Seneca in Octauio. Hinc *Virg.*8. *Eneid.*
29 *fœmina † eſt manere domi : tollerare co-
lo vitam: famulas ad lumina longo exer-
cere penſo* , ex præcepto *Pauli Apo-
ſtoli ad hebræos cap.* 2. *mulier* , inquit ,
in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione ,
30 † *docere autem mulieri non permitto,ne-
31 que dominari † in virum , ſed eſſe in ſi-
lentio*, peruertitur enim naturæ ordo ,
32 † quo mulieres viris ſubijciuntur , nō
autem dominantur, vt tradit *Luc. de
Penn.in l. ſi quis, C.de profeſſor.& me-
dic.lib.*10.*Iac.Bonad.ad art.*1 *in.*1.*tra-
cta. Io.de Terrarub.contra rebell. Tira-
quell. de primog. q.*10. *nu.*13. *cum ſeqq.
Andr. de Iſern. in cap.*1. *Imperator Lo-
thar. num.*5. & ibi *Liparul.* vbi ſubdit
33 † quod fœmina virilibus officijs non
fungitur, idemque ſequitur *Dom. de
Pont. in tract. de poteſta. Proreg. titu.de
diuerſ. prouiſ.* §. *de ſaluo conducto , nu-
me.*4. *Carouit.Rit.*2.*num.*30.*Frecc.de
ſubfeu. lib.* 2. *q.* 50. *Molfeſ. ad conſue.
Neapol.tit.de renuntia. q.*4. *nume.* 21.
quem poſt hæc ſcripta vidi : mulierū
34 † quidem conſilia inualida ſunt , ma-
leque ab ipſis ciuitas regitur, ſecundū
35 *Ariſt. vbi ſupra* , intantum quod † Ma-
giſtratus monentur vt in ſuas prouin-
tias abſque fœminis proficiſcantur ,
ad

Digitized by Google

ad text. in l. obſeruare, vbi *Bal. ff. de off.*
Proconſul. Plat. in l. apud eũ C. de cenſit.
& cenſitor. num. 2. lib. 11. Marc. Anton.
Surg. de Neapol. illuſtr. cap. 9. num. 17.
Vinc. de Ann. allegat. 135. num. 1. Al-
uar. Valaſc. deciſio. 129. num. 6. part. 2.
Auiles in cap. 1. Prætor. ver. Mugeres,
num. 1. & licet *Guglıel. de Bened. in cap.*
Rainutius, par. 1. verb. duas habens fi-
lias, num. 29. Tiraquell. d. l. connub. &
36 *alij* † multa dixerint contra mulieres,
ea tamen ommictẽda eſſe curauimus,
ſiquidem vt dixit *Ceruant. in loco rela-*
37 *to, ſub num. 26.* vxorato † talia inqui-
rere non eſt permiſſum, nam ex quo
mulierum conſortium amplexus eſt,
ex eo ipſo mulieres laudare, ad ſide-
raque vſque euehere eum oportet, ne
fortè, & ipſe mulierum conditionem
imitatus, variabilis etiam iudicetur
vituperando mulierum genus, quod
tacitè (ne dicam & expreſsè) lauda-
uit, quando ex tali genere conſortem
elegit, *ad text. in capitul. vna tantum,*
38 ibi, *quomodo autem † poteſt eſſe hortator*
viduitatis, qui ipſe coniugia frequenta-
uerit, diſtinct. 26.
39 Prædicta † tamen intelligenda ſunt
de Magiſtratibus ordinarijs, non autẽ
in fęminis, & mulieribus feudatarijs
cum iuriſdictione, quæ adminiſtrare,
& iuriſdictionem exercere non prohi-
bentur, cum id ex priuilegio Princi-
40 pis, & † contraria conſuetudine per-
micti videatur, vt dixerunt *Abb. &*
alij in d. cap. dilecti de arbitr. & in cap.
ſignificauit, de reſcript. Felyn. in cap. di-
lecta, de maiorita. & obedient. Dec. &
poſt eum Cagnol. in d. l. fæmina, num. 4.
41 vbi ait quod † licet mulier principali-
ter iuriſdictionem habere nequeat,
illam tamen exercere poterit in conſe-
quentiam ſuperioritatis, vel dignita-
42 tis, aut ſucceſſionis, vno † enim con-
ceſſo, omnia alia ad illud conſecutiua
cõprehens videntur, refert, & ſequitur
Molin. de primog. Hyſpan. lib. 1. cap. 13.
43 *num. 14.* ſubdens, & † in hoc caſu Re-
gnum regere poſſe, ſecũdum *eumdem*
Cagnol. & Dec. in loco relato, Guttier. de
tutel. par. 1. cap. 18. num. 34. vbi eodem
modo concluſionem prędictam limi-
tat ex legibus Hiſpaniarum, *Auiles in*
prohem. cap. Prat. in gloſ. y Reyna, nu.
8. Carouit. d. tit. 3. ſub num. 33. Azeued.
l. 7. lib. 3. tit. 9. num. 20. tom. 1. recopilat.
Burg. de Paz. in prohem. leg. Taur. nu.
65. & ibidem *Ceruant. num. 28. Petr.*
de Gregor. Tholoſ. d. cap. 11. num. 6. licet
44 dicat, † quòd iuriſdictio eo caſu illarũ
ſit, exercitium autem earum nomine
per viros fieri debeat, *Corſett. de poteſt.*
45 *Reg. par. 5. num. 58.* vbi † ampliat etiam
ſi iuriſdictionem haberent de iure cõ-
muni, vel conſuetudine, & ampliat
46 † quod iſto caſu poſſet etiam in eam
compromicti, *ad tex. in d. cap. dilecti.*
47 Item † intellige niſi agatur de offi-
cijs in quibus fęmina per ſubſtitutum
ſeruire poſset, vt notat *Andr. in cap.*
1. de feud. guard. Frecc. in practitata
quæſt. 50. num. 4. Capic. deciſ. 77. num.
13. & deciſ. 121. num. 5. Dom. de Pont.
de poteſt. proreg. tit. de diuerſ. prouiſio.
in rub. de poteſt. ſubſtitu. Molfeſ. in loco
citato num. 21. vbi ait quod hoc caſu
fęmina ſuccedit tamquam hæres ac-
quirentis.

S V M M A R I V M.

1 *Impuberes prohibẽtur Magiſtratus adi-re, ampl. num. 3. limit. num. 85.*
2 *Minores 25. annis non poſſunt eſſe arbi-tri, ampl. num. 3.*
4 *Senes officia, & Magiſtratus admini-ſtrare debent, qui iuuenibus præfe-runtur, & num. 5. 11. 22. 36. & qua-ſi per totum, & ibi vide de ratione, li-mita vt num. 62. & 72.*
5 *Iuuenes officiales ob iuuenile conſilium maximas Reſpublicas conſumauerũt.*
Iuuenum conſilia in omni negotio peri-culoſa dicuntur, nec aliquid magnarũ

rerum

rerum mea ætate ſucceſſum facile reperitur, ſub num. 5.

6 *Iudex optimus debet eſſe ſenex, non iuuenis, & ibi de ratione.*

7 *Officia, & Magiſtratus (ex Platonis ſententia) non niſi 50. annos habentibus conferri debent.*

8 *Iuuenum conditiones, & natura quæ ſint, & num. 9. & 10.*

10 *Iuuenes ad officia, & honores electi omnia imprudenter agunt.*

11 *Romani curam Reipublicæ iuuenibus prohibebant.*

12 *Octauianus Imperator minores 18. annis ad equeſtrem dignitatem non admittebat, nec ad ſenatoriam minores eligebat, neque ad prætoriam minores 30. vocabat, & num. 13. 14. & 15. & ibi de ratione.*

14 *Minoribus 25. annis honorum adminiſtratio prohibetur.*

16 *Romani in Magiſtratibus ordinandis illorum ætatem ſpectabãt, & num. 17.*

18 *Romulus curiam, & conſilium primus delegit.*

Romulus ex ſenioribus Magiſtratus creabat, ſub num. 18.

19 *Senatus à ſenioribus appellatur, ex quo ſenatores dicti ſunt.*

20 *Iudicia non niſi cũ ratione, & experientia, ac prudentia fiunt.*

Iuuenes carent ratione, experientia, & prudentia, ſub num. 20.

21 *Licurgus Rex Spartorum, qui primus iudices ibi creauit, eos ad iudicandũ minores 60. annis non admittebat.*

23 *Chalcidenſes minores 50. annis ad officia, & Magiſtratus non vocabant.*

24 *Lacedæmonij officiales, & Magiſtratus maiores 50. annis creabant.*

Ætas ſenilis maxime attendenda eſt in officijs, & Magiſtratibus, ſub nu. 24. & 25. & quaſi per totum Cap.

26 *Senes ex rerum experientia maiorẽ prudentiam habent quàm iuuenes, ac venerandus vultus in illis authoritate refulget, & num. 27. & 28.*

29 *Tempus equidem multa, & varia cũ doctrina facit.*

30 *Senum virtutes multa narrantur, & num. 31. cum pluribus ſeqq.*

33 *Senectus cum prudentia iuncta imperita iuuentuti anteponenda eſt.*

Senectutis laudes, & encomia plura referuntur, ſub num. 33. & 34. cum ſequentibus.

35 *Romanorum Regnum tandiu perſeuerauit quandiu ſenes, & ſapientes regere permiſerunt, ſed iuuenibus gubernantibus illius dominium fuit amiſſum.*

37 *Ætas legitima in officijs, & Magiſtratibus aſſequendis vario modo intelligitur, & num. 38. cum pluribus ſeqq. vſque ad num. 56.*

38 *Ætas legitima in officialibus eligendis ſecundum aliquos annorum 25. eſſe dicitur.*

39 *Ætas legitima in Parrochio quæ eſſe videtur, vide remiſſiuè.*

40 *Ætatum diuiſio eruditiſſimè proponitur remiſſiue.*

41 *Ætas legitima in conſiliario eligẽdo annorum 25. eſſe affirmatur.*

42 *Ætas legitima in officialibus creandis ſecundum aliquos annorum 18. eſſe aſſeritur.*

43 *Minores 18. annis conſenſu partium iudicare non prohibetur.*

44 *Ætas legitima in Magiſtratibus ſecundum leges Hiſpaniarum eſt annorum 20. licet hodie ſit aucta ad annos viginti ſex, & num. 45.*

46 *Ætas legitima in officialibus ſecundum leges Galliæ quæ ſit.*

47 *Ætas legitima in ſenatoribus in Ducatu Mediolani eſt annorum quadraginta, quod tamen hodie arbitrio Regis relinquitur, cum lege cautum ibi non reperiatur, & num. 49.*

48 *Ætas legitima in Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis annorũ 40. eſſe debet.*

50 *Ætas legitima in officialibus, & Magiſtratibus Regni Neapolis arbitrio*

Regiæ

Digitized by Google

Regiæ Maieſtatis committitur, cùm nulla lege prouiſum appareat.

51 *AEtas legitima in officialibus Senatus Pedemontani quæ requiratur, vide remiſſiuè.*

52 *AEtas legitima in officialibus, & Magiſtratibus Regni Siciliæ 25. annorũ eſſe dicitur, licet contrarium pluries ſit ſeruatum, & num. 53. & 54. ſed vide faileuſias in verb. Minores.*

Minores 25. annis in Regno Siciliæ non admittuntur ad officia, & Magiſtratus, licet contrarium aliquando ſeruetur, ſub num. 52. cum ſeqq. lim. à nu. 56. cum ſeqq. vſque ad finem.

55 *AEtas 18. annorum in Regno Siciliæ dicitur eſſe maior.*

56 *Feudatarius iuriſdictionem habens in dominium, & ſuccedens in dignitate, dummodo habeat 14. annos, poteſt nõ ſolum dictam iuriſdictionem adminiſtrare, cum pro maiore habeatur, ſed etiam ad officia, & Magiſtratus promoueri, & num. 57.*

57 *Feudatarius, ſuccedens in dignitate cum iuriſdictione, curatore non eget.*

58 *Minor creatus officialis à Principe ex certa ſcientia, & motu proprio, habetur pro idoneo, licet non fiat mentio ætatis, limita, & intellige vt num. 59. 60. & 61.*

63 *Senectus eſt ab omnibus veneranda.*

64 *Canni ſunt ſenſus hominis.*

AEtas ſenilis dicitur vita immaculata, ſub num. 64.

65 *Senex ſi benè ſenſerit dicitur benè ſeneſcere.*

66 *Iuuenes illi dici ſolent qui nulla conſilij grauitate fulciuntur.*

67 *Senes illi vocari poſſunt qui non ſola annorum quantitate, ſed morum grandenitate fulciuntur.*

68 *Senes propter nimiam ætatẽ delirare videntur, & pro vetuſtate deſipiunt.*

Senes ſunt immemores propter nimium motum, ſub num. 68. & nu. 71.

69 *Senes ſunt pueri, ſed decrepiti ſunt bis pueri.*

70 *Senes facilius infirmãtur ac natura ruinoſum citius patiuntur.*

73 *Senes qui officia, & Magiſtratus ex graui, & damnoſa ſenectute adminiſtrare non valent, depoſitis officijs remunerari deberent.*

74 *Iuuenes ſi officia, & Magiſtratus melius, & facilius exercere poſſunt quã ſenes tunc ad illos admittuntur, & de ratione num. 75.*

76 *Iuuenes ſi ſcientiam habeant, & doctrinam, prout ſenes, admittuntur ad officia, & Magiſtratus; ſi legitimam habent ætatem: maximè ſi ad munus iudicandi potiores reperiantur, & nu. 77. & 78.*

79 *Minor obtinens officium, non faciens mentionem ætatis qualiter puniatur remiſſiuè.*

80 *Senum canicies in canis cogitationibus eſt ac ille, qui operibus fulget.*

81 *Iuuenes, & adoleſcentes in quibus aliquid ſenile prudentia ſupples ætatem, etiam ſupremos Magiſtratus adminiſtrare poſſunt.*

82 *AEtas certa in officijs ſi vtique obſeruanda eſſet, maxima iuuenum virtutis indoles cum Reipublica detrimento extingueretur.*

83 *Officia, & Magiſtratus illi adminiſtrare excluduntur qui ſcientiam, & doctrinam ſufficientem non habẽt, aliàs iuuenes cum ſenibus concurrere poſſunt.*

84 *Senes cogitare deberent ſe vti adoleſcentes ad honores, & dignitates aſcẽdiſſe, nec agrè ferre deberent iuuenes ad officia promoueri, quibus recta voluntas adminiſtrandi perſiſtit.*

86 *Filius familias ad officia, & Magiſtratus admittitur.*

87 *Seruus non poteſt ad officia, & Magiſtratus promoueri.*

Seruus eſt in poteſtate domini ſui, ſub num. 87.

88 *Seruus qui liber reputabatur ſi officiatur*

tur

iur index & officialis an acta per eũ
facta ſint valida, vide remiſſiue.
89 *Aetas maior & legitima in officiali eſſe*
præſumitur, & contrarium dicenti
incumbit onus probandi.

ARGVMENTVM.

Minores ad Magiſtratum an admittantur.

CAPVT V.

1 IMPVBERES
† à natura prohi-
bẽtur Magiſtratus
adhire, *ad tex. in l.*
cum Prætor, ff. de iu
dic. tex. in l. 2 in fin.
ff. de reg. iuris, l. 2.
§. impuberes, ff. de iur. immun. l. ſed &
ſi ſeruum, ff. de arbitr. & facit *cap. ex*
2 *eo, de elect. in 6.* ſicuti † nec etiam mi-
nores 25. annis arbitros eligi poſ-
ſe, ait *tex. in l. cum lege, ff. de recept. ar-*
bitr. Hostienſ. in ſumm. de arbitr. §. 2.
Abb. & Fely. in cap. cum vigeſimum, de
offic. de legat. Imol. & Alex. in l. quidã
conſulebant, ff. de re iudic. Blanc. de com
promiſſ. p. 2. quæſt. 35. nu. 22. Mandoſ.
in tracta. de ætat. minor. cap. 5. num. 89.
Troiſ. ſuper pragma. 20. de compromiſſ.
num. 87. licet *gloſ. in d. cap. cum vigeſi-*
mum, teneat ꝯrium, quã ſequuti ſunt
Specul. in tit. de arbitr. §. 2. verſ. item ſi
minor, Alex. in d. l. quidam conſulebãt,
3 idque procedit † etiam ſi hominũ pe-
nuria eſſet, *ad text. in d. l. 2. §. fin. ff. de*
iur. immun. l. Lucius, §. fi. ff. ad municip.
4 Reipublicæ † enim intereſt vt guber-
nacula ſenioribus debeantur, qui præ-
ter quod ſcientias ſpeculatiuas adepti
ſunt, obtinent præterea experimentũ
longo tempore acquiſitum, vt dixit
Auerr. in librũ Platonis de Republica,
5 *tom. 1.* ſicuti † e contra maximas Reſ-
publicas per adoleſcẽtes labefactatas
eſſe per iuuenile conſilium ob teneri-
tatem florentis ætatis, ſecũdum *Ariſt.*
lib. 1. polit. cap. 8. & lib. 1. Rector. ibi, *pe-*
riculoſa ſatis eſſe ĩ omni ferè negotio ado
leſcentium conſilia, nec facile repertum
quod aliquid rectè geſſiſſent rerum ma-
gnarum, quibus cani non fuerint ad cõ-
ſultationis cõmunionem adhibiti, vnde
6 *Plato ĩ ſua Republica, lib. 3.* inquit, † *nõ*
iuuenem, ſed ſenem eſſe oportet bonũ iu-
dicem, qui ſero quale quid iniuſtitia ſit,
didicerit, tanquam qui non proprio eã in
animo ſuo ſenſerit, ſed alienam in alie-
nis animis lõgo tempore nouerit, atq; id-
circo cuiuſmodi ſit malũ diſcernat, ſcien-
tia potius, quàm propria experientia iu-
dicans, generoſiſſimus certè iudex huiuſ-
modi eſſe iudicatur, & *lib. 5. eiuſdẽ tra-*
7 *ctatus* monet, ne † quis Magiſtratum
quemquã gerat, qui pauciores quàm
quinquaginta annos habuerit; *ſolent*
8 † *enim* (ait *ipſe*) *iuuenes eſſe ſimplices, et*
minime mali, et improborum hominũ ver
ſutijs facilè circumueniuntur: cum earũ-
dem affectionum exempla in ſe minime
habeant, idẽque tradit *Caſſiodorus lib.*
de anima, & Cominenus lib. 7. dicens, *per*
9 *ætatem † iuuenes imprudenter multa fa-*
ciunt, nec rerum ante exitus vident. ſunt
maximè in eo vituperandi, q͛d illos, quo-
rum ſequi cõſilia debebant aſpernantur,
His conferunt quæ *Seneca in Thyeſt.*
& Ariſt. 2. Rethor. cap. 12. dicunt, *iu-*
10 *uenes † ad honores euecti, intemperãter,*
ac inſolenter ſeſe gerunt, ad aliorum iu-
dicia, & opiniones reſpiciunt, peiora faci
lè præcepta audiũt, affectus vehementes
habẽt, eoſdemque regere nequeunt, & ob
id legimus † apud *Liuium lib. 20. decad.*
11 4. rogationem latam fuiſſe à L. Iulio
Tribuno pleb. Quinto Fuluio Flac-
co, & Lucio Manio Alcidino Conſu-
libus, ne cura Reipublicę temerè iuue-
nibus committeretur; quòd annos na-
ti quemque Magiſtratum peterent, ca
12 perentquè, pariter † *ex Dione Caſſio,*

lib. 52. ſuadebat Męcenas Octauiano
ne ad equeſtrem dignitatem minores
decem & octo annis deligeret, hac
enim ætate corporum firmã affectio-
13 nem,& ingenium conſpici; in † Sena-
torum ordinem non niſi 25. anno-
tũ promoueret, cũ enim prius (inquie-
14 bat) huiuſmodi † adminiſtratio ſuorũ
bonorũ non cõcedatur, nec cõcedetur
Reipublicæ, *ad tex. in cap. indecorum,*
15 *de ætat. & qualit.* item † non fieri Pę-
torem ante annos triginta, qui Quæ-
16 ſturam,& Tribunatum geſſiſſet, † idẽ
Latinus Pacatus in Panygyrico ad Theo-
doſium in hęc verba ſcripſit, *cuius qui-*
dem rei ita fuit cura maioribus, vt non
ſolum in ampliſſimis magiſtratibus adi-
piſcendis, ſed in Præturis quoque, aut
Aedilitatibus capeſſendis ætas ſpectata
ſit peritorum, nec quicquam tantum va-
luerit nobilitate, vel gratia, vel pecunia,
qui annos comitiali lege præſcriptos feſti-
17 *natis honoribus occuparit,* quod † & in
ſimplicibus iudicibus ampliauit *Sue-*
18 *tonius in Auguſt. cap.* 32. hinc † Ro-
mulus, qui curiam ſuam primam, &
conſilium delegit, ex ſenioribus cõpo-
19 ſuit, vnde † Senatus nomen accepit à
ſenibus,& patribus, qui & Senatores
dicti ſunt, vt refert *Plutarcus in libello,*
an ſenibus Reſpublica gerenda, & *in vi-*
ta Romuli, Petr. de Gregorio Tholoſ. lib.
47. *ſyntag. iuris, cap.* 9. *num.* 20. ſub-
20 dens, quòd † iudicia non niſi cum ra-
tione, experientia, & prudentia fiunt,
21 quę lõgè abſunt à iuuenibus, & † pro-
pterea refert idem *Plutarcus,* Licur-
gum primùm apud Spartiatas conſti-
tuiſſe iudices, ibique ſtatuiſſe in de-
mortui locum eum aſſumi debere, qui
virtute cęteris pręſtare iudicatus eſſet,
ex illis ſcilicet, qui annum ſexageſimũ
compleuiſſent, & ita moribus introdu-
22 ctũ fuiſſe, vt † ſeniores ad Magiſtratus
legitimos gerendos vocarent, teſtatur
Phil. Hebræus lib. de Agricult. tom. 1. *ope-*
23 *rum,* idemque per legem erat † apud
Chalcidenſes, ne quis infra quinqua-
geſimum annum Magiſtratũ ageret,
vel legationem obiret, ſecundum *He-*
raclitum de politic. & *Plutarcum in Li-*
24 *curg.* & pariter † apud Lacedemonios
ſeruatum fuiſſe, tradit *Alexan. ab Ale-*
xand. lib. 4. *Genial. cap.* 11. *iuſtum di-*
centes (ait *ipſe*) *vt qui alij conſulturi eſ-*
ſent, ipſi ætate, & authoritate valerent,
de quibus latiſſimè habes apud *Tira-*
quell. de primoge. in præfatione, nu. 163.
& ſeq. Greg. Tholoſ. in d. cap. 9. *& cap.*
25. *num.* 12. *Menoc. de arbitr. caſu* 540.
Matthienſ. dialog. relat. 3. *cap.* 58. *per*
totum, Burg. de Paz. in l. 2. *Taur. num.*
57. *& ſeq. Simanc. de Republ. lib.* 7. *c.*
7. 8. *&* 9. *Bouadill. lib.* 1. *politic. cap.* 7.
num. 1. 2. *&* 3. vbi *ex Claudio lib.* 1. *de*
25 *offic. iudic.* ait, quod † quamquam in
deligendo iudice nullius rei æquè ſit
habenda ratio, atque ſapientiæ, & in-
tegritatis, conuenire tamen videtur,
vt natu grandes ei muneri præficiantur,
26 nam † & ſenibus plus adeſſe ex vſu re-
rum prudentiæ ſolet, & affectus ſunt
27 moderatiores, tum † etiam relucet q-
dam in ſenibus vultus obſeruãdę ma-
turitatis, quod illi plurimum apud po-
pulum authoritatis conciliat, ſecun-
dum *Plutarcum in d. libello An ſenibus*
28 *Reſpublica gerenda,* experientia † enim
ſenum (vt dixit *Euripides in Phœniſſis*)
plus ſapientiæ demonſtrare poteſt, q̃
29 iuuenum, tempus † equidem multa, &
variam doctrinam parit.

Sed quid in profanorum exemplis
immoramur? non ne idem in ſa-
cra ſcriptura pluries ſcriptum habe-
mus? audi *Eccleſiaſt. cap.* 25. *Quàm*
30 † *ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorio-*
ſus intellectus, & conſilium, corona
ſenum multa peritia, & *in cap.* 8. *Non*
præteriat narratio ſeniorũ, ipſi enim di-
dicerunt à patribus ſuis, quoniam ab ip-
31 *ſis diſces intellectum,* & *in c.* 34. *Vir* † *in*
multis expertus cogitabit multa, & qui
multa didicit enarrabit intellectum, qui
non

non eſt expertus, pauca recognoſcit,& in
Numer. cap.11. Congrega mihi ſeptua-
ginta viros de ſenibus Iſrael,quos tu no-
ſti, qui ſenes ſunt, idemque dicebat
32 Iob cap.12. ibi, in † antiquis eſt ſapien-
tia,& in multo tēpore prudentia, idem
D. Gregorius Nazianz. Apologet.1. Se-
33 nectus † (inquit) cum prudentia coniun-
cta imperita iuuentuti anteponenda eſt,
& conſulta tarditas inconſulta temeri-
34 tati; Senectus † pariter(ait D. Hierony-
mus) nos ab imprudentiſſimis dominis
liberat voluptatibus, gula imponit mo-
dum,libidinis frangit impetus,auget ſa-
pientiam, dat maturiora conſilia; & D.
Auguſtinus, ſcribens ad fratres in ere-
35 mo, ſermon. 14. ait, quòd † Romano-
rum Regnū tandiu perſeuerauit, quā-
diu ſapientes regere permiſerunt, ſed
dum iuuenes inexpertes elegerunt tā-
quam iuſtitiam ignorantes, accepto-
res perſonarum facti ſunt,& iuſtitiam
perdentes dominium orbis terrarum
ammiſerunt, & ob id non immeritò
36 Doctores oēs conueniunt † ſenes mi-
noribus eſſe pręferendos ad Magiſtra-
tus dignitatem; ad tex. in d.l.& qui ori
ginem,§.Præſes, ff. de munerib.& hono-
rib.l.2.C.de primicer.lib.12.l.ſancimus,
ibi, cunctis conſulum honoribus,& priui
legijs,& anteriori tempore, C. de conſu-
lib. eod. lib.12. gloſ. in l.cum quid, ff.ſi
cert. petat.gl. in l.vt gradatim,in princ.
verſ. & ſi lege, ff. de munerib. & hono-
rib. & vbique Doctores, Cepoll. in tract.
de imper.milit. eligend. in cap. incipien.
Bartholomeus Coleuus, nu.18. Azened.
ad Curiam Piſanam lib.1. cap.12.lit.B.
Burg. de Paz. in d.l.2.Taur. nu.59.
37 Hæc† tamen ætas in Magiſtratibus
aſſequendis variè apud Romanos, &
alios recepta fuit, vt diffusè explicant
Menoch. de arb.d.caſu 540.n.10.Segur.
ī direct.iud.p.1.c.1.ī princ. Curia Piſa-
na d.c.12.nu.3.& ſeq.& ibi addit.legi-
38 timā†enim dixerūt multi ętatē annorū
25. ad tex. in l.fi.C.de his qui ven.ætat.
impetra.l.non tantū,§.1.ff.de decurio.l.
ad Rempublicam, ff. de munerib. & ho-
39 norib. & in partocchio tex. cum glo. in
cap. nemo, de elect.in 6. Petr.de Gregor.
Tholoſ.d.c.9.n.16.Greg.Lop.poſt Azo-
nem & alios quos refert in l.5. tit. 4. p.
3. Corraſ.in l.vnic.nu.13.ff.de offi.Con
ſul. Guttier.de tutel.p.1.c.18.n.3.Mart.
de Tribunal.vrb.c.6.nu.7.cum ſeqq.vbi
40 † eruditiſſimè more ſuo ętates diuidit,
Mandoſ.in tract.de minor.ætat.cap.5.n.
41 84.& 85.ſubdens† hanc ætatem ſuffi-
cere,vt aliquis Conſiliarius eligatur.
42 Alij verò† ætatē annorū 18.idoneā
eſſe voluerunt, ad tex. in l.quidam con-
ſulebant, ff.de re iud.vbi Bart.& Angel.
43 licet † de conſenſu partiū minores de-
cem & octo annis iudices eſſe poſſe af-
firmet Bart. quod tamē negat Imol.
ibidem, ad tex. in c.cum vigeſimum, vbi
Abb.& Fely.de offi.deleg.quem ſequu-
ti ſunt Alex. ibidem,n.2. Aret.in Rubr.
Inſtitut.de fiduciar.tutel.nu.5.& §.pe-
nult.nu.17.Inſtit.de except. Lap.alleg.
47.nu.5.quos refert Menoc.d.caſ.540.
nu.2.3.& ſeq.
44 In Hiſpanijs† per leges Partit.& or
dinationes ætas ī magiſtratibus coeū-
dis eſt annorum 20. l.5.titu.4.p.3.&
ibi Greg.Lop.ver.maior,& l.3.tit.9.lib.
3.recopilat. quod concordat cū tex. in
l.2.C.de his q ven.ætat. impetr.licet in-
45 de per pragmaticā Barcelonę ſit aucta
ad annos 26.vt ī l.2.tit.9.lib.3.recopil.
& ibi Azened.n.7.& 9.Auil.in prohem.
cap.Præto.verb.quales quier.verſ.ſed tā
iſta,nu.7. Didac.Perez ī l.4.tit.15.col.
590.quā vltimā approbauit Bouad.lib.
1.polit.c.7. n.19. Segura in direct. iud.
p.1.c.1.n.4.Cernant.ī l.2. Taur. n.30.
46 & 31.& pariter† in Gallia ſeruatur, vt
refert dec.Tholoſ.nouiſſ.76.lib.1.
47 In Ducatu † Mediolani in Senato-
ribus ętatē perfectā dici annorū 40.ar-
bitrat' eſt Menoc.d.caſ.540.n.12.et ſeq.
48 quam etiam neceſſariam eſſe † in In-
quiſitoribus hæreticæ prauitatis vo-

luit *Clement. nolentes, de haret. Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. 34. nu. 11.* licet
49 † ibi lege non ſit cautum, ſed liberum
ſit arbitrium Regiæ maieſtati cuiuſuis
50 ætatis creare Senatores, prout eſt † in
Regno Neapolitano, vbi nulla pariter
lege cauetur circa Magiſtratuum ætatem, ſed ĩ libero Regis arbitrio remiſ-
51 ſum eſt, & de † Senatu Pedemontano
dixit *Theſaur. in Præfat. nu. 25.*

52 At in † Regno Siciliæ habemus expreſſum ſtatutum in c. 46. ſub Martino Rege, vbi non admittuntur ad officia & magiſtratus, niſi habeãt vigintiquinque annos completos; quæ quidem ætas vltra quod eſt approbata ex iuribus, & Doctoribus ſupra relatis,
53 non eſt dubium quod † ſit inter mediã viam, nec iuuenilis, nec etiam ſenilis, licet (vt verum fatear) viderim pluries
54 contrarium † ſeruatum, quod in magiſtratuum electionibus attẽdendum eſt, *ad tex. in l. ſuper creandis, vbi Bart. C. de iur. fiſc. lib. 10. Abb. in d. c. cum vigeſimum, num. 4. de offic. deleg. & eſt tex. ĩ l. non tantum*, vbi etiam *gloſ. ff. de decurion. Guttier. conſ. 31. nu. 23. & 24.* ma-
55 ximè † in Regno vbi per *Conſtitut. minorum iura*, in omnibus & quo ad oĩa generaliter maior ætas dicitur annorum decem & octo.

Concluſionem tamen ſupra firma-
56 tam intellige primo, † niſi ſit feudatarius, qui iuriſdictionem habeat in dominiũ, & ſuccedat in dignitate, nã ex *conſtitu. Regni, incip. minoribus, ſub tit. de iure Balij*, quæ communis eſt cum Regno Neapolitano, completo decimoquarto anno ſicut adminiſtrãt eorum iuriſdictionem, & Magiſtratum, & pro maiorib⁹ quò ad omnia habeãtur, vt notat *Afflict. ibidem n. 13. 14. & ſeq. Dec. in l. 1. §. item impuberes, nu. 7.* & ibi etiam *Cagnol. ff. de reg. iur.* nec
57 egeant † curatore, ſecundum *Bart. ĩ d. l. quidam conſulebant, nu. 13. ff. de re iudic. Palaez. de maiorat. p. 4. q. 38. Guttier. de tutel. p. 1. q. 18. num. 29.* ita & pariter in eadem ætate ad Magiſtratus aſſumi non prohibentur.

58 Secundo † intellige niſi à Rege, vel ab eo poteſtatem habẽte fuerit minor creatus Magiſtratus ex certa ſcientia, & motu proprio, quo caſu habetũ pro idoneo, etiam ſi non fuiſſet facta expreſſio ętatis, *ad tex. in d. l. quidam conſulebant, in fine*, vbi etiam *Doctores, ff. de re iudic. Curia Piſana d. c. 12. nu. 4. Suarez latè allegat. 12. nu. 24.* cenſetur enim cum ętate diſpenſatum, quamuis de ea nihil fuerit expreſſum, vt dixit *Bart. & Alex. nu. 6. cum ſeqq. in d. l. quidam conſulebant, Iaſ. in l. fi. C. de teſtam. milit. & ibidem Alex. Curia Piſana d. c. 21. in fi. lib. 2. Crauet. conſ. 958. num. 13. vol. 5.* vbi plura congerit in materia, *Bouadil. d. c. 7. nu. 28. Suarez d. allegat. 12. nu. 24. Pet. de Gregor. Tholoſ. d. c. 9. num. 23. in fine, Ceruant. in l. 2. Taur. ſub nu. 42. & ſeq. Caldas in l. ſi curatorem ſuper verb. hunc contractum, num. 42. C. de in integ. reſtit. D. Io. Batt. Coſta in tract. de fact. ſcien. & ignor. in*
59 *ſpec. 69. num. 16.* niſi † tamen eſſet impubes, quo caſu valeret officij collatio, & ſi adminiſtratio, & exercitiũ ſuſpẽdatur, & conferatur in tempus maioris ętatis, & interim per tutorem, ſeu curatorem, vel aliã perſonam à Rege eligendam officium adminiſtretur, *ad tex. in d. l. fin. C. de teſtam. milit. vbi Doctores Geminian. & Franc. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. Cagnol. in l. fœmina, §. item impubes, ff. de reg. iur. vbi allegat tex. in cap. ex eo, de elect. in 6. & ibi ſcribentes, & cap. 2. extra de ætat. & qualit. & ibi etiam gl. & Doctores*, licet
60 † habilitas requiratur tempore electionis, ſecundum *Bart. in l. impuberem, ff. ad l. Cornel. de falſ.* quẽ ſequitur *Alex. & Iaſ. in l. fin. C. de teſtam. Cagnol. & Dec. in d. l. 2. §. item impuberes, ff. de reg. iur. Canalc. poſt alios dec. 40. num. 17.*
61 *& ſeq. par. 1.* verum id † procedit, quã-
do

Digitized by Google

do per Regem nulla fuiſſet facta pro-
uiſio de adminiſtratore durante mi-
nori ætate, & ſic ſimpliciter, vt di-
xit Dec. in d. §. item impuberes, nume.
2. in fin.

62 Tertio † intellige vt ſenes præferã-
tur iunioribus in magiſtratu, dum-
modo habeant doctrinam, & pruden
tiam, & ſenectus ſtet in eorum recto
ſenſu, & laboribus idonea, ad text. in
Authent. de Quaſt. §. ſi vero aliqui, &
text. in cap. niſi cum pridem, §. alia,
de renunciat. & in cap. Florentinum, 8.
diſtinct. & in l. 2. §. quem ita, & l. pe
nult. in princ. ff. de vacat. muner. hoc
enim iudici maximè neceſſarium eſt,
vt dixit Vaſq. controuer. illuſtr. perſon.
lib. 1. cap. 43. nu. 13. Bouad. d. cap. 7. nu.
10. Burg. de Paz. d. l. 2. Taur. num. 61.
& habemus textum in Sapient. c. 4. ibi,
63 Senectus † venerabilis eſt, non diuturna,
neque annorum numero computata, cani
64 † enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſe-
nectutis vita immaculata, vnde Diuus
Ambroſius lib. 2. de Abraham, c. 9. ille,
65 † air, bene ſeneſcit, q benè ſenſerit, quod
optimè notauit Diuus Gregorius libro
66 19. Moral. cap. 13. iuuenes, † inquit, di-
ci ſolent qui nulla conſilij grauitate ful-
67 ciuntur, ſenes † verò non eos ſcriptura
ſacra vocare conſueuit, qui ſola quantita
te temporũ, ſed morum grandeuitate ma
68 turi ſunt, aliàs † enim propter nimiã æta
tem delirant, & præ vetuſtate deſipiunt,
vt ait Archid. ĩ cap. tanta, 86. diſtinct.
quinimo ſecundum Ariſtotel. lib. 7. po-
litic. immemores ſunt propter nimium
motum, corporibus eorum accidentem, &
ſecundum Platonem in Axiocho. 1. &
69 7. de legib. Senes † decrepiti, ſunt bis pue-
ri, non nulli ratione, ac conſilio pueri, in
70 ſenectutẽ † præterea quidquid in natura
eſt ruinoſum, ac interitui obnoxium con-
feſtim ſeſe effundit, & quidẽ ita, ut nul-
lis remedijs illa imbecillitas auerti que-
at, quod ſi quis tardius velut debitam
vitam non reddiderit, natura tamquam
fœneratrix, inſtans, ac vrgens, ab alio
aſpectum, ab alio auditum, ſæpenume-
ro utrumque tamquam pignus exigit, &
71 Seneca inquit, Solebat † mihi bona fidei
eſſe memoria, & quæ ei conceſſeram, ci-
to reſtituebat, nunc autem ætate quaſſa-
ta, & ligata deſidia, quæ iuueniles animos
72 diſſoluit quàm noua audio; Et propte-
rea † eos ita in ſenectute exiſtentes, ab
officiorum munere excuſandos, ad
tex. in l. fin. C. qui ætat. ſe excuſ. lib. 10.
& ibi Platea, num. 1. Alex. ab Alex. Ge-
nial. die. lib. 4. cap. 11. Tiraquel. ĩ tract.
de primoge. ĩ præfat. nu. 214. & fuit do-
ctrina Platonis lib. 6. de legib. de qua re
diximus ſupra cap. 30. excuſat. 2. tales
73 † enim depoſitis officijs remunerari
debent prout in dies fieri videmus per
Catholicum Regem noſtrum, & pa-
riter teſtatur Dom. Tapp. ſuper Capit.
Regis Caroli 35. lib. 2. titu. de offic. in
Regno conſtit. nume. 8. cum ſequen. fo-
lio mihi 116.

74 Quarto † intellige niſi per iuuenes
Magiſtratus commodius exerceri poſ
ſit, nam tunc & iuuenis admitteretur,
vt dixerunt Aret. Saly. & alij ĩ d. l. cum
quid, ff. ſi cert. pet. per tex. in l. cum Præ-
tor, §. pen. ff. de iud. Tiraq. de primog. in
75 præfat. nume. 174. quia † intelligitur
cæteris paribus, vt dixit Fabius de
Ann. conſilio 122. numero nono, &
decimo.

76 Quinto † intellige niſi iunior habe-
ret ſcientiam, & doctrinam, prout ſe-
nes, quo caſu receditur à diſpoſitione
77 iuris & ſtatuti, & iuuenis, † qui ta-
men congruam habeat ętatem ad ma
giſtratum admittitur, ad textum in
l. ſed & reprobari, §. amplius, ff. de
excuſat. tutor. quem text. vti ſingu-
larem annotarunt Roman. in l. ſi vero,
§. de viro, fallent. 53. ff. ſolut. matri-
mo. & text. in l. non tantum, ff. de de-
curionib. & in §. planè, in Authen. de mo
nach. vbi gloſ. Salyc. in l. prouidendum,
C. de poſtuland. Tiraquel. in loco relato,
nu-

nume. 176. & ſeq. vbi multa cumulat
78 Theſaur. in præfat. dec. nu. 25. eo magis
ſi ad munus iudicandi potior ſit ſene,
quia ſeniori præponēdus eſſet, ad tex.
in l. honores, ff. de decurionib. Bonadill.
d. cap. 7. num. 22. & 24. Suarez allegat.
12. num. 16. Petr. de Gregor. Tholoſ. d.
cap. 9. num. 23. verſ. non ambigimus ta-
men, Ceruant. in l. 2. Thaur. num. 3. 4.
79 & 39. vbi etiam ponunt qualiter † pu-
niatur minor, qui obtinuit officium,
nō obſtante minori ætate, Matthienſ.
dialog. relat. 3. cap. 58. num. 23. canicies
80 † enim in canis cogitationibus eſt, ac
operibus fulgens, vt ex Diuo Ambroſio
Epiſt. 60. dixit Simanc. lib. 7. de Republ.
c. 8. & Cicero 4. Philipp. ſubdens quòd
81 † ſunt adoleſcentes, in quibus aliquid
ſenile prudentia ætatem ſupplet, de
quibus nō deſunt, q. ad magnos Ma-
giſtratus fuerunt euecti, vt teſtantur
Plutarcus in vitis illuſtr. perſonar. &
Plinius in ſimili tractatu, cap. 29. 49.
68. & 77. Alex. ab Alex. lib. 3. genial. c.
82 3. & ſanè ſi † in Magiſtratib⁹ ætas cer-
ta obſeruanda eſſet, potius fieret, vt
maxima virtutis indoles prius extin-
gueretur, quàm Reipublicæ prodeſſe
poſſit, vt dixit Cicero in 5. Philipp. eos
83 † tantum igitur à Magiſtratibus, & of-
ficijs publicis excludi debere arbitror,
qui ſcientiam, & doctrinam ſufficien-
tem nō habent, iuuenes tamē quali-
tatibus prædictis præditos cū ſenibus
coniungendos eſſe, tāquam cautionē
ſenilem cum feruenti ſtudio adoleſcē
tum, ſecundum Plutarcum in præce-
ptis regenda Republica, Melch. iun. q.
84 polit. p. 1. q. 14. ſubdens, † cogitandum
eſſe ſenibus ēt ſe aliqn̄ adoleſcētes fuiſ
ſe, & cōſilijs, atq; actionibus ſuis ad
honorum gradus aſcendiſſe, idq; acci
dere ēt alijs poſſe, maximè ijs, quibus
recta voluntas adeſt, vt docuit Demo-
ſtenes in Epiſt. 5.
85 Sexto † intellige niſi Princeps im-
puberem eligere vellet etiam ad admi
niſtrationē de poteſtate abſoluta, q. a
id facere non prohiberur, vt dixit Iac.
Bonaud. in add. ad Io. de Terra rubea
in tract. contra rebelles art. 4. tracta. 1.
concluſ. 1.
86 Septimo † intellige prædicta non
procedere in filijſfamilias, qui ad Ma
giſtratus admittuntur, vt dixit tex. in
d. l. cum Prætor, in fine, ibi, qui poſſunt
eſſe iudices nihil intereſt in poteſtate, an
ſui iuris ſint, ff. de iudic. & ibi gl. & tex.
in l. filios, C. de decurio. l. b. 10. ibi, filios
in poteſtate patris poſitos ad munera, ſi-
ue honores non poſſe deuocari falsò ſibi
87 perſuaſum eſt, licet † ſecus ſit in ſeruis,
qui in ptāte domini ſunt, vt dixit gl. fi.
in d. l. cum Prætor, in fi. l. non diſtingue-
mus, §. ſi ſeruus, ff. de recept. arbit. Pet.
de Gregor. Tholoſ. d. l. 47. cap. 11. num.
18. & latè Azeued. l. 8. lib. 3. tit. 9. re-
88 cepi. vbi etiam ponunt † quando acta,
facta per ſeruū iudicem, qui liber repu
tabatur, ſint valida, Cabed. dec. 84. nu.
30. p. 2. Monta. de adminiſtr. vniuerſ. §.
16. fol. mihi 206.
89 Octauo † intellige q; officialis pręſu-
mitur maior, & contrarium dicenti
incumbit onus probandi, vt dixit Bal.
in l. cum te minorem, nu. 1. C. de probat.
Maſcar. de probat. to. 2. concl. 606. n. 50.

SVMMARIVM.

1 Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ officia
ſecularia adminiſtrare prohibentur,
& nume. 2. 3. 4. 7. & 10. & de ra-
tione d. nume. 3. 6. 25. & 30. ampl.
nu. 27. vſque ad n. 39. lim. nu. 40. vſ-
que ad finem.
2 Clericis opprobrium eſt ſi velint in
forenſibus negotijs ſe peritos oſten-
dere.
5 Sacerdotij dignitas apud non nullos Græ
cos æqualis Regiæ Maieſtati eſſe
fertur.
8 Clericus nō poteſt eſſe generalis officia-
cialis laicorum.

Cle-

9 *Clerici non ſunt de vniuerſitate laicorum, nec habent vocem in conſilio populi.*

10 *Officia ſecularia adminiſtrare non poſſunt qui à iudicibus ſecularibus puniri non valent.*

11 *Conſuetudo Galliæ, permittens clericos à iudicibus ſæcularibus cognoſci, reprobatur, & nu. 12.*

12 *Conſuetudo irrationabilis & contra ius diuinum non valet, amplia numero 14.*

13 *Clerici de iure diuino ſunt exempti à iuriſdictione laicorum.*

15 *Clericus ſi ter fuerit monitus, vt ab officijs ſecularibus ſe abſtineat, an poſſit cognoſci à iudice ſeculari, ſi non ſe abſtinuerit.*

17 *Clericus & perſona eccleſiaſtica non debent ſe intromittere in negotijs & officijs ſecularibus, tamquam pernicioſi & mali exempli, & nu. 18. & de ratione nu. 25*

19 *Clericus, vel prælatus, aut alia perſona eccleſiaſtica pergens ſine licentia ad Imperatorem ob aliquod negotium, qua pœna puniatur, & numero 20.*

21 *Officialis ſi poſt adeptum officium, clericus, vel religioſus efficiatur abſque licentia Principis, officio priuatur, quod tamquam vacans alteri concedi permittitur, & nu. 26.*

22 *Rex, vel Imperator eo ipſo quod efficitur monachus, deſinit eſſe Rex, vel Imperator.*

23 *Feudatarius eo ipſo quod efficitur monachus ammittit feudum, & de ratione vide nu. 25. & quid ſi pœnitentia ductus dimiſerit habitum, an recuperet feudum, vide nume. 24. remiſſiue.*

28 *Monachus officia ſecularia adminiſtrare non debet, & de ratione etiam num. 3. 6. 25. & 30. ampl. nu. 34.*

29 *Regularis diſciplina per Concil. Trid. reformata videtur.*

31 *Monachum auocare à clauſtro, eſt illi dare materiam vagandi, & cum ſecularibus conuerſandi, & de ratione etiam nu. 33.*

32 *Monachus à ſecularib⁹ alienus, ſolus in monaſterio ſtare debet.*

35 *Milites Hieroſolimitani vti veri religioſi ſunt exempti ab omni ſecularium iuriſdictione, amplia etiam in militibus Calatraua, Alcantara, & ſimilibus, qui etiam exempti dicuntur, nu. 36.*

Milites Hieroſolimitani ad officia ſecularia eligi prohibentur, ſub num. 35. amplia etiam in militibus Calatraua, Alcantara, & ſimilibus, numero 36.

37 *Statutum probibens clericos ad officia ſecularia admitti, vti conforme iuri canonico iuſtum & validum eſt, quod in multis locis ſeruari dicitur.*

38 *Clericus, vel prælatus, aut alia perſona eccleſiaſtica non poteſt eſſe Vicerex, ſeu eius locum tenens, limit. nume. 39.*

41 *Clericus, vel prælatus poteſt eſſe delegatus in vna cauſa tantum, & nume. 42. ſed de honeſtate facere non debet, num. 43.*

44 *Quod nō ſolùm licet, ſed etiam quod decet inſpiciendum eſt.*

45 *Clericus quando poſſit eſſe procurator in aliqua cauſa.*

46 *Clerici & prælati poſſunt eſſe Conſiliarij Regis, ac Proregis, & ita in vtroque Sicilia Regno ſeruatur, & ex hoc dicuntur habere dignitatem Regalem, & nu. 47. cum pluri b. ſeqq.*

50 *Membra caput defendendo, & adiuuando, ſe ipſa defendere, & adiuuare videntur.*

51 *Clerici, & prælati poſſunt interuenire in condendis legibus, & ita ſeruatur in Hiſpania.*

52 *Clerici poſſunt legationem ſuſcipere ab officialibus ſecularibus, quod amplia etiam in alijs religioſis, nu. 53.*

Præ-

54 *Prælati habentes iuriſdictionem tempo-
ralem annexam dignitati, illam vti-
que adminiſtrare poſſunt, dummodo
ſe abſtineant à condemnatione ad
mortem, vel mutilatione membri, &
numero 55.*

ARGVMENTVM.

Ad Magiſtratus ſeculares an eli-
gi debeant clerici, & perſonæ
Eccleſiaſticæ.

CAPVT VI.

1 CLERICI, † & perſonæ Eccleſia-
ſticæ ad officia ſe-
cularia aſſumi pro-
hibentur, *ad tex. in
cap. 1. 2. 5. & 8. &
toto titulo, Ne cleric.
vel monac. l. conſulta diualia, C. de te-
ſtam.* ibi, *abſurdũ eſt ſi promiſcuis acti-
bus rerum turbentur officia, & alij cre-
2 ditũ alius ſubtrahat*, & precipuè † cle-
rici, quibus opprobium eſt ſi peritos
ſe velint diſceptationum forenſium
oſtẽdere, quod eiſdem verbis traditur
*in l. repetita, C. de epiſc. & cleric. §. ab-
ſurdum, vbi etiam gloſ. & in cap. de præ-
ſentium vbi gl. 16. quæſt. 1. c. ſæpe Prin-
cipis. 23. quæſt. 8. l. cum prætor, in fine,
iuncta gloſſ. ff. de iudic. l. placet, C. de
epiſc. & cleric. §. alium, in Authent. de
ſanctiſſ. epiſc.* vnde *Apoſtol. in epiſt. 2.
ad Thimot. cap. 2. in princ. nemo* (inquit)
*Deo militans implicet ſe negotijs ſecula-
3 ribus*, cuius rei † ea eſt ratio, ne propter
hoc ab altaris obſequio, cui ſunt dica-
ti, abſtrahantur, *cap. Cyprianus, & cap.
hij qui, 21. quæſt. 3. Dom. Carol. Tap. in
conſtit. Regni incip. clerici, ſub titul. de
epiſc. & cleric. num. 3.* & optimè præ-
dictam, & alias rationes cumulat *Plu-
tarcus in problem.* 108. quem refert, &
ſequitur *Petr. de Greg. Tholoſ. Syntag.
4 iur. lib. 47. cap. 10. num.* 18. vbi ait, † *lege
ſacerdotibus, nec magiſtratum capere,
nec petere permittebatur, cum tamen vte-
rentur ſella curruli, & lictore honoris
cauſa, & ne ægrè ferrent, quòd à magi-
ſtratibus arcerentur, tum etiam quod
5 † apud Græcos nonnullos ſacerdotij digni-
tas par eſſet Regia maieſtati, nec vulga-
ris, vel ignobilis ad illud negotium elige-
6 retur, ſecundũ quod † clerici ſtatuti ſunt
pro ſeruitio eccleſiæ, & contingere poſſet,
vt pariter occurrẽtibus illis, & neceſſa-
rio determinandis negotijs Reipublicæ, nõ
poſſent vtriſquè intereſſe, item quia ne-
fas eſſe putauerunt, Deo rem diuinã fa-
cere, & primitias inter ciuium crucia-
tus quotidie verſari, tum etiam, quia
Magiſtratum Politicum, & iudicẽ mul-
ta horrenda videre, tangere multa & ex
alienis miſerijs moleſtiã capere oportet,
vt aliàs dicebam; impium autem vide-
tur eum ſacra peragere, qui damnationi-
bus, & capitalibus, lethoque finitis ſup-
plicijs ciuium, ſæpe etiam cognatorum
intereſt.* Hæc *Plutarcus in loco relato
per Petrum de Greg. Tholoſ.* qui ſubdit,
7 † ea maxime intelligenda eſſe de iudi-
cijs rerum temporalium, quibus rarò,
aut nunquam ſe immmiſcere debent
ſacerdotes qui Deo inſeruire tenẽtur,
hinc dixit *Decius in c. 2. num. 64. de
8 iud.* quòd † prælatus, ſiue clericus non
poteſt eſſe generalis officialis laici,
idemque tradiderunt *Rip. ibidem, nu.
46. & 47. & Abb. in c. non minus, col. 3.
de immun. eccleſ. poſt Innoc. in cap. di-
9 lecta, de exceſſ. prælat.* vbi dicit, † quòd
clerici non ſunt de vniuerſitate laico-
rum, neque habent vocem in conſilio
populi *Præpoſit. in cap. his ergo, num.
3. diſt. 23. Corſett. de poteſt. Reg. 5. par.
num. 47. Reſtaur. de Imperat. q. 107. nu-
me. 3. Couarr. pract. quæſt. cap. 33. num.
10 6.* addens † valde abſurdum eſſe, &
iniquum eos admitti ad officia publi-
ca

ca ſecularia, qui non poſſint à iudicib.
ſæcularib. puniri, ſi deliquerit ī officio,
ſecundum *gl. & Doctores in d. cap. 2. incip. ſacerdotibus, Ne cleric. vel monac.*
quam opinionem * eſſe communem
dixit *Aufrer. de poteſta. ſecul. in eccleſ. regul. 1. fall. 16. Barbat. in cap. cum ab eccleſiarum de offic. ordinar. Clar. in pract. crimin. §. fin. quaſt. 36. num. 21. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 143. Vincent. de Franch. deciſ. 479.* vbi
ait ita iudicatum in ſacro Conſilio,
Do. Carolus Tap. in conſtitu. de perſon. nu. 6. ſub tit. de ſacr. ſanct. eccleſ. Surd. conſ. 396. num. 33. qui improbat con-
11 ſuetudinem † Galliæ in contrarium,
de qua per *Caſſan. in cõſuet. Burgũ. rubr. 1. §. 5. n. 71. ver. dic ꝙ prædicta regula, Gugl. de Bened. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem, in 2. deciſ. nu. 155.* vbi
plures caſus, & ſententias cumulauit,
12 nam † talis conſuetudo minime de
iure ſuſtineri poteſt, cum ſit irrationabilis, & contra ius diuinum, quo
13 † clerici ſunt exempti à iuriſdictione
ſecularium, vt latè deduxit *Decian. d. cap. 9. num. 10. verſic. tertio extende,*
qui plures congerit rationes, ampliã-
14 do † etiam quòd talis conſuetudo eſ-
ſet præſcripta tanto tempore de cuius initio memoria non extaret, *Rot. deciſ. 839. in antiquis, Surd. d. conſil. 396. num. 33. Caball. lib. 1. reſolut. crimin. caſu 64. nume. 5. & ſequen. Clar.*
15 *in d. §. fi. quaſt. 36. nu. 21.* niſi † tamen
interueniſſet trina monitio, vt ab officijs ſe abſtineant, & ipſi non deſiſterint *gloſſ. notab. in d. ct. cap. ſacerdotibus*, vbi etiam *Hoſtienſ. Abb. & cateri, Ne cleric. vel monach.* per *text. in cap. fin. de vit. & honeſtat. cler.* quam
concluſionem vti veram approbarũt
Caſſan. in loco citato, num. 72. in fine,
& *Aufrer. in d. fall. 16. in fine*, vbi ait
hanc eſſe communem † opinionem,
& iterum *in repetit. clement. 1. de offi. ordin. n. 21. Addic. ad Diaz in practic. capit. 61. verſic. ſi tamen clericus*,
ac dixi *in deciſ. 159. num. 20. par. 2.*
& propterea voluerũt *Doctores*, quòd
16 † Principes ſeculares moneri debent,
ne clericos, & ſimiles perſonas eccleſiaſticas ad officia ſecularia admittãt,
17 ſicut è contra † nec perſonæ eccle-
ſiaſticæ in huiuſmodi negotijs ſæcularibus immiſcere ſe debent, tam-
18 quam † pernicioſi exempli, vt dixit
Doctor Mart. in tracta. de iuriſdict. par. 4. centur. 2. caſu 127. num. 7. ſubdens
ſtatutum fuiſſe in Concilio Antio-
19 cheno, quòd † ſi quis epiſcopus, vel
presbyter, vel quicumque alius, qui
ſub eccleſiaſtica poteſtate conſtitutus
reperiatur præter Conſilium, vel eorum literas, qui ſunt infra Prouintiam, & maximè Metropolitani, ad
Imperatorem perrexerit, quòd abdicetur, & eijciatur à communione, &
à propria dignitate, niſi ex neceſſitate ire coactus fuerit, quod de licentia ſuperioris fieri permittitur, *ad tex.* vbi plenè, *21. quaſtio. 5.* per totam,
Raudenſ. de Analog. cap. 39. num. 150.
20 in Regno † tamen non vidi alia pœ-
na procedi contra ſimiles, niſi ad priuationem officij, vt dixi *in d. deciſio.*
21 159. Eo † maximè ſi officialis poſt ad
eptum officium abſque Regis licentia clericus efficiatur, nam tunc nedum officio priuatur, vt declarauit
nouiſſimè ſua Catholica Maieſtas per
literas datas Sigouię ſub die 29. Augu
ſti 1609. exequutas Panorm. 29. Maij
1610. ſed tamq̃ vacans alteri per Principẽ cõcedi permittitur, *ad tex. ĩ l. Prator, ff. de vac. muner. & l. oẽs, C. de epiſc. & cler. Pet. de Greg. Thol. d. c. 10. ſub n. 18. uer. Prator quoq; Corſet. ĩ tract. de po*
22 *teſt. Reg. p. 4. n. 25. q. 60.* vbi ait, † qđ eo
ipſo qđ qs efficit monach⁹ deſinit eẽ
Rex, vel Imperator, *ad tex. ĩ c. praſens, 20, quaſt. 3.* ibi, *quondã videlicet Comite, nunc autem clerico, & ibi gloſs. in verb. Comite, gloſ. in c. ſcripſit. 27. q. 2.*

Authent. de Sant. Epiſcop. §. *ſed neq. verſic. & generaliter, Aluarot. in cap.* 1. *col. vlt. verſic. quare, de milit. vaſſall. Ioan. de Plat. in l. colonos nulla, C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. *Molin. de primoge. Hiſpa. lib.* 1. *cap.* 13. *nume.* 96. *&*
23 *ſeq.* ſicut † & feuda ipſo iure ammittũtur per habitus aſſumptionem, & ſtatus mutationem, *ad tex. in cap.* 1. §. *qui clericus, ſi de feud. defunct. & in conſtit. Regni incip. errores eorũ Scrad. de feud. par.* 9. *cap.* 10. *num.* 1. *cum ſeq.* refert & ſequitur *Octau. Bambac. in d. capit. qui clericus, nu.* 1. *& ſequ. & nu.* 52. *quaſt.* 3. vbi *ex Andr.* ibi *& cæteris*, per eũ
24 relatis ponit, an † ſi feudatarius pœnitentia ductus habitum clericalem, ſeu monachalem dimiſerit, recuperet feudum, qui plura notanter tradit,
25 eiuſque ratio eſt, † nam cũ ſit effectus miles Dei, qui in negotijs ſecularibus vacare prohibetur, conſequens eſt, vt nec officium iuſtitiæ amplius exercere debeat *ad tex. in c.* 1. *de mil. vaſſall. & ex alijs iuribus* per eos relatis, & ob id eueniente caſu conſueuit obtineri licentia à Domino Rege, *ad tex. expreſſum in l. officiales, C. de epiſcop. & cler. cum Auth. ſeq. Luc. de Pen. in l. quidam*
26 *ignauia, C. de decurio. lib.* 10. vbi † limitat quando religionem intraret, quẽ ſequitur *Dom. de Pont. in tract. de poteſta. Proreg. titu. de electio. offictal.* §. 7. *num.* 15. vbi refert caſus occurſos in Regno illo.

27 Quam cõcluſionem amplia † primo etiam ad clericos primæ tonſuræ, qui clericali habitu incedãt, vt dixit *Abb. in d. c.* 1. *Ne clerici vel monac.* vel quòd habeant beneficia eccleſiaſtica, ſecũdũ *eum in finalibus verbis, Couarr. Pract. quaſt. d. c.* 33. *ſub nu.* 6. *Didac. Perez. in l.* 12. *ordinat. tit.* 3. *lib.* 1. *poſt Diaz. in regu.* 657. *incip. ſacerdos, Burg. de Paz. in l.* 2. *Thaur. nu.* 77. *& Quaſad. diuerſ. q. c.* 29. *num.* 4.

28 Secũdo † amplia vt nec pariter monacus ad officia ſecularia admittatur, *ad text. cum gloſ. in c. monachi,* 16. *q.* 1. ex eadem ratione, q̃a à cauſarum ſtrepitu ſeruos Dei decet eſſe quietos, *ad tex. in c. vnic. de Syndic. Burg. de Paz. l.* 2. *Thaur. nu.* 75. *Segur. in direct. iud. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 3. ſubdẽs hoc ma-
29 xime hodie procedere q̃a † per *Concil. Trident.* regularis diſciplina inſtaurata, ac reformata inuenitur, & auoca-
30 re monachum à clauſtro, vbi † iuxta regularia ſtatuta diuinis obſequijs in-
31 uigilare debet, & nihil aliud eſſet † niſi præbere illi materiam vagãdi, contra *text. in cap. quanto, de offic. ordinar. &* ſimilitet alio monacho eius conſo-
32 tio, quia † ſolus ſtare non debet, iuxta *tex. in c.* 1. *de ſtat. monach. & clemen. in agro,* §. *ad hæc, eod. tit.* quod etiam eſſet contra ſuæ profeſſionis perfectio-
33 nem, nã † obediẽtiæ, caſtitatis, & paupertatis, & alia quæcumque ordinis peculiaria vota facile monachus ĩfringet, ſi extra clauſtra cauſis, & litibus
34 diffiniẽdis inuoluatur; idque † ampliat etiã in Magiſtratibus eccleſiaſticis ex identitate rationis, niſi ex aliqua iuſta cauſa de licẽtia ſuperioris admitti deberet, vt per eum.

35 Tertio † amplia in militibus Hieroſolimitanis, qui vti veri religioſi, & exempti ab omni ſecularium iuriſdictione ad officia ſecularia eligi prohibentur, vt dixit *Vincent. de Franc. dec.* 479. *num.* 2. *&* 3. ſubdens ita fuiſſe iudicatum in illo Regno, *Caball. d. caſu* 64. *per totum,* & poſt eos dixi *in d. dec.* 149. *num.* 18. *Dom. Carolus Tap. in conſtitu. clerici, num.* 5. *ſub tit. de epiſcop. & cleric. Imbrian. de iudic. Regni, parte poſteriori num.* 23. *& ſeq.* vbi de cæte-
36 ris æquitibus † Calatrauæ, Alcantaræ, & ſimilibus, *Azened. in l.* 14. *lib.* 3. *tit.* 5. *tom.* 1. *& tit.* 9. *l.* 7. *num.* 19. *& in addit. ad Cur. Piſan. capit.* 21. *in fine, lib.* 2. *Burg. de Paz. l.* 2. *Thaur. nume.* 75. *in fine.*

Quar-

37 Quarto † amplia vt lex ſiue ſtatutũ prohibens clericos ad officia ſecularia admitti iuſtum & validum eſt, vt dixerunt *Couarru. dict. cap.* 33. *ſub num.* 6. ſubdens ita cautum eſſe in Hiſpanijs per *l.* 17. *titu.* 3. *lib.* 1. *ordinat. Palat. Run. in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. ſub num.* 14. *verſic. ſecundo, fol. mihi* 20. *Caball. d. caſu* 64. *num.* 10. *Vincent. de Franc. dec.* 479. vbi ſimile ſtatutum adeſſe refert in Regno Neapolitano, tum per Capit. Regni, quàm etiam per Regiam Pragmaticam, de qua pariter teſtatur *Dom. Carolus Tap. in loco relato nu.* 3. qui eam diſpoſitionem iuri canonico conformem eſſe tradunt *ex dicto cap. Sacerdotibus, Caſar Imbrian. de indic. Regni in præfat. num.* 34. *& ſeq.* ſimilemque conſtitunem in Regno extare *dixi in d. deciſ.* 149. *num.* 17. *Renat. Copin. de ſacr. polit. forenſ. lib.* 2. *tit.* 2. *nu.* 20.

38 Quinto † amplia vt nec etiam poſſit eſſe Vicerex, ſeu eius Locumtenẽs, ſecundum *Abb. cap. clerici, per illum text. in* 4. *notab. Ne cleric. vel monac. Dec. in d. cap.* 2. *nume.* 7. *& in cap. decernimus, nume.* 64. *de indic. Nauarr. in Manual. cap.* 27. *num.* 117. *Corſett. de poteſta. Reg. par.* 5. *quaſt.* 89. *ſub nu.* 47. *Feller. in Conſtit. Regni incip. clerici quoque num.* 11. *Pariſ. de conſid. beneſic. quaſt.* 9. *num.* 37. *Maiolin. in tracta. de irregular. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. *Salced. in pract. canon. cap.* 61. *num.* 2. *Azeued. in Curia Piſan. d. cap.* 21. *verſus finem*, vbi † limitat poſt *Abb. & alios*, quando hæc poteſtas dignitati epiſcopali annexa eſſet, vel quando id Reipublicæ vtile, & conueniens ſit, & publicæ, ac communi totius Regni vtilitati conueniat, prout in dies ſeruari videmus.

39

40 Eamdem † concluſionem principalem limita Primo, ſi interueniat conſenſus Principis, & licentia ſuperioris eccleſiaſtici, ad not. *per Baldum in Authent. Habita, C. ne fil. pro patr. Landenſ. de conſil. Princip. notab. antepenult. Reſtaur. de Imperat. quaſtio.* 107. *nume.* 10.

41 Secundo † limita niſi clericus ſit delegatus in vna cauſa, *ad tex. in cap. in Archiepiſcopatu, de rapt. Calderin. in conſil.* 6. *incipien. an ſacerdos, de offic. deleg. Innocent. in cap.* 1. *in fine, de*

42 *obligat. ad ratioc.* vbi ait, quòd † iura prohibentia clericis exercitium huiuſmodi officiorum, & aliorum negotiorum ſecularium, debẽt intelligi quãdo generaliter & indifferenter illa gerere volũt, vnã tamen cãm poſſunt habere *Abb. poſt Hoſtienſ. & Io. Andr. in c. ſed nec, Ne cleric. vel monac. Dec. in cap. conſtitutus, in* 1. *notab. de appellat. & in d. cap. decernimus, num.* 66. *&* 67.

43 ſubdens, quòd † de honeſtate non debẽt Prælati delegationem ſibi factam à iudicibus ſecularibus ſuſcipere, *Rip. in d. cap.* 2. *num.* 47. & ideo fugiendũ,

44 non † enim ſolum quod licet, ſed & quod decet eſt inſpiciendum, ſecundum *Azeued. in loco ſupra relato, Reſtaur. de Imperat. d. quaſt.* 107. *num.* 2. *Io. Montagu. in tracta. de Parlam. p.* 2. *nume.* 7. *in fine, cum num. ſequ.* & tamquam ſingulare tradit *Roman. ſingula.* 274. *incipien. tu ſcis, Corſett. de poteſtat. Reg. part.* 5. *ſub nume.* 47. *Salced. in pract. canon. cap.* 57. *& capit.* 60. vbi ponit

45 † quando poſſit eſſe procurator in aliqua cauſa, *Azeued. ad Cur. Piſan. dict. capit.* 21. *verſic. neque ſupradictis obſtabunt.*

46 Tertio † limita vt clerici, & Prælati poſſint eſſe Regis conſiliarij ſine adminiſtratione (prout in Regno ſunt omnes Prælati, & de Regno Neapolitano teſtatur *Fab. de Ann. conſ.* 122. *nume.* 3. *verſicul.* 2.) ita dixit *Abb. poſt Hoſtienſ. in dict. capitul. clericis, colum.* 3. *verſic nota ex his, & in capitul. ſed nec, colum.* 5. *ne cleric. vel monac. & textus, & ibi Abbas in tertio notabil.*

in cap. non eſt, de vot. in verb. conſilium,
Bald. in d. Auth. habita per illum tex. C.
ne fil. pro patr. Io. And. & Abb. in cap.
clerici, tit. de cler. vel mona. Fely. in c. li-
cet, de for. compe. & de Epiſcopis Gal-
liæ, refert *Gugl. de Bened. in cap. Raynu-*
tius, in verb. & vxorem, dec. 5. nu. 484.
Corſet. de poteſt. Reg. p. 5. num. 53 q. 92.
47 vbi ait, quòd † licitè Prælati impendũt
conſilium, & auxilium dominis tem-
poralibus pro conſeruatione Reipu-
blicæ, & dicuntur ex hoc habere digni
tatem Regalem, *ad tex. in l. 1. ibi, quos*
decus lateris noſtri exornat, C. de præpo-
ſit. lab. lib. 12. Menoc. de arbit. caſ. 537.
num. 10. Maiol. in d. tract. de irregul. c. 5.
num. 16. Azeued. ad Cur. Piſan. d. cap.
48 21. ſubdens, quòd † eo caſu dicuntur
coadiutores Regis, non autem prin-
49 cipales cooperatores, ita quod † cum
caput, quod Rex eſt, viderit oppreſsũ
& indigens conſilio, aut fauore, mem-
bra ipſa, & ſic oẽs alij tàm Magnates
quàm Prælati conſulere tenentur Re-
gi conuenientia, & auxilium præbere,
eo quod in eorum fauorem redundat
50 & commodum, caput † enim defen-
dendo, adiuuando, vel protegendo
conſilio, vel fauore, ſemetipſos (cum
membra ſint) tutantur, & defendunt,
ad text. in l. vulgaris, ff. de furtis, Na-
uar. in Manual. d. c. 27. nume. 214. &
215. Couarr. in clement. ſi furioſus, 2. p.
51 *§. 5. num. 8.* & † propterea interuenire
poſſunt in condendis legibus, ſecun-
dùm *Salced. in pract. cap. 61. nu. 2. & in*
add. ibi, lit. B. qui dicit ita apud Hiſpa-
nos receptum eſſe, *Io. Montagn. in loco*
relato, ſub nu. 8. verſ. hoc amplius, Boer.
in addit. ad tract. de author. mag. conſil.
num. 46. lit. B. & dec. 17. num. 2. Carol.
de Graſſal. lib. 2. Regal. Franc. iur. 13.
Cæſar Imbrian. de iud. Regni, part. po-
ſter. num. 30. Reſtaur. de Imperat. d. q.
107. num. 6. Do. Carol. Tap. in loco rela-
to, ſub num. 10. & ſeq. Io. Franc. Leon.
in pract. Archiepiſc. cap. 35. num. 11. &
ſeq. Bonadil. lib. 2. politicor. cap. 17. nu-
me. 32. & ſequ.

52 Quarto † limita quod licet officiũ
ſeculare obtinere non poſſint, benè ta-
men legationem à Principe ſeculari,
vel alio ſuſcipere valent, ad notat. *in*
cap. cum parati, vbi Franc. in 7. notab. de
appellat. facit tex. cum gloſ. in verb. le-
gatum, in cap. epiſcopus 18. diſt. Dec. in
53 *d. cap. decernimus, nu. 70.* vbi † ampliat
in alijs religioſis, ſecundum *Calder. in*
d. conſil. 6. Corſett. de poteſta. Reg. par.
5. nume. 47.

54 Quinto † limita quando iuriſdictio
temporalis eſſet annexa dignitati Præ-
lati, quia tunc eam adminiſtrare mi-
nime prohibentur *Abb. in c. inter dile-*
ctos, de fid. inſtrument. nume. 2. & in d.
cap. clericis, num. 5. extr. ne cleric. vel
55 *monac.* dummodo † ſe abſtineant à cõ-
demnatione ad mortem, vel mutila-
tione membri, *Corſett. in loco proximè*
relato, ſub num. 47. in fine, ver. quod in-
tellige, Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1.
cap. 13. num. 97. Couarr. in clement. ſi fu-
rioſus par. 2. §. fin. nume. 7. Borell. in
tract. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 73.
num. 1. & ſeq. Bonadil. lib. 2. polit. c. 17.
num. 30. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Officiales, & Magiſtratus de iure com-*
munis nõ debẽt eſſe ciues, nec de eodem
loco, vbi adminiſtratio exercenda eſt,
& num. 2. vſq. ad num. 27. & ibi de
rationibus, q̃ in multis locis ſerua-
tur, num. 3. ampl. nu. 49. & 50. cum
ſeqq. limit. nu. 26. ſed quid de conſue-
tudine huius Regni & aliorum loco-
rum, vide num. 27. vſque ad finem,
vbi etiam vide alias rationes.

2 *Præſes Prouinciæ non debet conſtitui in*
eo loco vbi caſtrum habet, & ibi de
ratione.

3 *Ciues non debent ciuibus dominari.*

6 *Officialis nimis fauor & amicitia, aut*
eius

eius amor, vel odium facit præſumere malam adminiſtrationem, & nu. 8.

7 *Inuidia inter pares eſſe dicitur.*

9 *Officialis originarius in amicis, & coniunctis præſumitur affectionem habere, & nu. 10.*

11 *Officium fiſcale in ea prouintia, ex qua quis originem ducit, adminiſtrare prohibetur, & de ratione, nu. 12.*

13 *Iudex & officialis eiuſdem nationis põt vt ſuſpectus recuſari, & de ratione num. 15. & 16.*

15 *Iniuria coniunctorum, & amicorum iudicis & officialis partim ipſum tangere videtur, eamque vti ſuam proſequi poteſt, & nu. 16.*

17 *Amicitia, & coniunctio tribuit anſam delinquendi officiali.*

18 *Ciues ægrè ferunt ab ipſomet conciue condemnari; magiſq; placet ab extero puniri, quàm à compatriota liberari.*

19 *Carolus Quintus Rex Galliæ ſapiens eſt appellatus.*

20 *Carolus Quintus Rex in Gallia plures iudices originarios officio priuauit.*

21 *Officialem eſſe originarium vti ſacrilegium exiſtimatur.*

22 *Sacrilegium facit, qui contra articulos fidei etiam ignoranter committit.*

Sacrilegium perpetratur qui maledicit inſtitutis Papæ, vel Regis, ſub n. 22.

Sacrilegium videtur ſi quis petat officiũ in loco originis, ſub nu. 22.

23 *Conſuetudo, quæ permittit officiales eſſe exteros, & non originarios ſanctiſſima eſſe dicitur, et ibi de ratione.*

24 *Exempla plurima Romanorum de officialibus exteris eligendis, & non originarijs, remiſſiuè.*

26 *Barones habentes iuriſdictionem in feudum, etiam quod ſint originarij, poſſunt eſſe iudices ſuorum vaſſallorum.*

27 *Prorex in Regno noſtro non poteſt eſſe Regnicola.*

Conſultor Proregis nõ poteſt eſſe Regnicola, ſub nu. 27.

Conſeruator Regij Patrimonij non poteſt eſſe Regnicola, ſub nu. 27.

Officiales, & Magiſtratus de conſuetudine huius Regni debent eſſe ciues, & Regnicolæ, ſub nu. 27.

28 *Valentianus & Martianus Imperatores officiales, & Magiſtratus originarios, et ciues fore eligẽdos decreuerũt.*

29 *Defenſores ciuitatum debent eſſe earũdem ciues.*

30 *Prælatus ex gremio eccleſiæ ſuæ eſt eligendus.*

31 *Abbas ex cætu fratrum ſuorum eligi debet.*

Rex per electionem debet eligi de populo ſuo, non autem de gente extranea, ſub num. 31.

Deus Regem, & Magiſtratum non de exteris eſſe præcepit, ſub nu. 31.

32 *Ciues omnes participare deberent de officijs & Magiſtratibus in ſua ciuitate gerendis.*

33 *Conſilium primum Reipublicæ dandum quod ſit, & nu. 34. & 35.*

36 *Ciues ſeu Regnicolæ maxima afficerentur iniuria ſi ad officia, & Magiſtratus exteris minus idoneis poſtponerentur.*

37 *Virtus ſine præmio quandoq; langueſcit.*

38 *Auſpicijs & augurijs Rempublicam non eſſe ab alienigenis adminiſtrandam antiqui iudicauerunt.*

45 *Ciues Rempublicam adminiſtrare debere, experientia multæ nationes & populi melius eſſe cognouerunt, & nume. 46. cum pluribus ſeqq. vſque ad nume. 75.*

47 *Venetorum Reſpublica nullum admittit exterum ad officia adminiſtranda, quæ tamen omnia in pace cum ſumma iuſtitia gubernat, & nu. 59.*

56 *Conſuetudo, quòd officiales debeant eſſe ciues, validiſſima eſt.*

57 *Officiales debent eſſe ciues in ciuitate Panormi, & idem Meſſanæ, Catinæ, & Syracuſis, & nu. 58.*

61 *Principes ad officia & Magiſtratus extraneis*

tranois & alienigenis concedere non deberent ſi iram Dei euadere cupiũt.

63 *Marſilienſis circa legum æquitatem maximè laudantur eo magis quia ad officia neminem admittebant niſi qui ciuis eſſes, ac filios habere dicebatur, & num. 64.*

64 *Romani grauiſſimè tulerunt, ciues à propria patria decedere.*

66 *Ciues melius negotia ſua procurant quã exteri.*

67 *Officialis debet ſcire conſuetudines & leges loci, vbi adminiſtrat.*

68 *Conſuetudo quòd officiales & Magiſtratus debeant eſſe ciues & non exteri vbique locorum obſeruatur.*

69 *Officiales plurimi ſupremorum; Magiſtratuum in Regno Neapolis debent eſſe ciues quod ſecus eſt in officialibus minoribus, & nu. 70.*

73 *Præſidentes Tribunalium Regni, cum in publico Parlamento prætẽderetur exteros eſſe debere, fuit in illo communi voto contrarium determinatum quod deinde Dominus Rex libentiſſimè confirmauit.*

75 *Iudices Magnæ Regiæ Curiæ, & Conſiſtorij alternatis vicibus qualiter eligi debent.*

Iudicum Magnæ R. C. aut conſiſtorij ſi vnus moriatur, vel officium gerere non poſſit, an alius debeat ſubſtitui eiuſdem patriæ, cuius erat mortuus, vel impeditus, ſub nu. 75. 78. & 80.

76 *Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur intellige, vt ibi, & num. 78. & 80.*

77 *Iuſtitiarij locorum Regni quando recedunt à loco quem ſubſtituere debent.*

79 *Tempus modicum non habetur in conſideratione.*

81 *Ciuis concurrens ad officia ſi duo habeat domicilia, electo vno non poteſt ad aliud redire.*

82 *Regnicola quis eſſe dicatur in Regno, vide remiſſiuè.*

83 *Ciuis factus in aliqua ciuitate demanij, an poſſit concurrere ad officia Regni, vide remiſſiuè.*

84 *Ciuis factus perductionem vxoris an poſſit concurrere ad officia, vide remiſſiuè.*

85 *Ciuis factus per habitationem per quinquennium an poſſit concurrere ad officia, vide remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Ad Magiſtratus an debeant aſsumi ciues potius, quàm exteri.

CAPVT VII.

1 MAGISTRATVS eligi non poſſunt de eodem loco, vbi adminiſtratio exercenda erit, ita de iure communi cautum eſt p *text. in l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſ. l. 3. C. de diuerſ. offic. & apparit. lib. 12. vbi Luc. de Penn. & Plat. l. in Conſiliarijs, C. de aſſeſſ. & domomeſtic. l. fin. C. de crimin. ſacrileg. l. hij qui, vbi gloſ. & l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. maior. Bar. in l. quod ſeruius, num. 2. ff. de condict. cauſ. dat. Io. de Plate. in l. nullus apparitor C. de diuerſ. offic. & apparot. lib. 12. Marſil. ſing. 553. Auend. de exequend. mandat. c. 3. nu. 5. verſ. item iudex, Auil. c. Prætor. 4. gloſ. 1. Bonad. lib. 1. polit. c. 12. num. 23. Simanc. de Republ. lib. 8. c. 6. Ant. Sola ſuper conſuetud. Sabaud. tit. de Caſtella, §. præterea num. 1. cum ſeq.* vbi ait non
2 † eſſe Præſidem conſtituendum, qui caſtrũ habeat in ea prouincia, ne ſubditi lędantur, & non habeant ſuperiorem ad quem recurrant pro grauamine præſidis, ſecundum *Iaſ. in d. l. ſi eadem, Brun. optime in cõſ. 52.* & pariter,
3 † ne ciues ciuibus pręſint, vel nimia indul-

dulgẽtia illis parcant, aut veteri odio
prẹter modũ in illos ſeuiãt, *Pet. de Gre-*
gor. Tholoſ. lib. 47. ſyntag. iuris c. 10. nu.
13. ſubdens ita aliqñ in Gallia ſeruatũ
fuiſſe, & pariter apud Hiſpanos in Re
gno Caſtellæ, alioſq. Italiæ populos,
4 qui † alienigenas ſuis ciuibus pficiunt
Magiſtratus, & tradit *Gugl. de Bened. ĩ*
c. Raynuti⁹ in ver. & vxorẽ nomine Ade
leſiã in 5. dec. nu. 489. vbi refert ex con
5 ſtõnibus illius Regni † nullũ officia Re
gia tenere poſſe, nec alia officia publi-
ca ĩ loco originis, vel domicilij, & hoc
6 † pp notitiã, & familiatitatẽ, quã hẽt,
ſeu habere præſumiť cum illis de loco,
& cõciuibus ſuis, quib⁹ fortè nimis fa-
ueret, aut odio ꝯ aliquos ex æquali,
vel inæquali conuerſatione concepto
7 eos ꝯ iuſtitiam lędérent, cum † inter pa
res ſit aliqñ, & ſæpe inuidia, ac digni-
tatis contentio, *ad tex. in l. obſeruandũ,*
8 *ff. de offic. Præſid.* qñquidem † fauores,
& odia iudicia multum turbant, per-
uertunt, & ſuffocãt, *ad tex. ĩ c. pen. ibi,*
de terra ſua, vt lit. nõ cõteſt. Pariſ. de Pu
teo de ſindicat. in ver. ſtatutũ, n. 4. fol. mi
hi 77. & in ver. aſſeſſor. nu. 16. fol. 59.
Bar. & Plat. in l. nullus apparitor, C. de
diuerſ. offic. & apparit. lib. 12. Segur. in
in direct. iud. p. 1. c. 9. nu. 4. & 5. vbi prę
9 dicta cõfirmari ait ex eo, quia † origi-
narijs iudicibus nunq̃ deeſſe noſcun-
10 tur amici, atq; cõiuncti, in quibus † af-
fectio præſumitur, vt latè habetur per
Alciat. de præſumpt. reg. 1. Præſump. 20.
nu. 1. Iul. Paul. lib. 5. ſentent. tit. de fiſc.
11 *aduoc.* qui dixit, quòd † in ea prouĩtia,
ex qua quis originem ducit, officium
12 fiſcale adminiſtrare prohibeť, ne † aut
gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos
13 eſſe videatur; in tantum quòd † iudex
eiuſdem nationis poteſt, vt ſuſpectus
recuſari, *d. c. accedens, lo 2. ibi, de terra*
vxoris ſuæ oriundus, vt lit. non conteſt.
14 ſiquidem † eadem natio inducit ſuſpi-
cionem, vt tradit *Abb. in cap. vlt. de ap-*
pellat. Bar. in l. fi. ff. de offic. Aſſeſſ. qui-
15 nimo † in punitione delictorũ, cogna-
tione, vel intima amicitia iudicibus
cõiuncti, neceſſariò impuniti relinque
rentur, quia partim infamiæ, vel iniu-
riæ ex punitione procedẽtis ipſoſmet
16 tangeret iudices, eo quod † ſuorũ in-
iuria eorumdem eſt, eamque proſequi
pñt, vt dixit *Segur. in dict. cap. 9. ſub*
17 *num. 12. & 13.* additq; quòd † amicitię
ſiue coniũctionis occaſione anſa delin
18 quẽdi ſumitur, atq; ægrè † cõciues fe-
runt ab ipſomet cõciuẽ condẽnari, ita
vt ab alienigena, & extero potius pu-
niri velint, q̃ abſolui à cõpatriota, vel
originario iudice, ſm *Caſſan. in Ca-*
thalog. glor. mund. p. 11. conſid. 22. ĩ prin.
Pariſ. de Put. de ſindic. in d. ver. ſtatutũ
ciuitatis, & hæc fuerunt in cauſa, qu in
19 † Carolus Quintus ſapiẽs appellatus,
vt refert *Gugl. de Bened. in d. num. 489.*
20 modo prędicto † diſpoſuerit in Regno
illo Galliæ, priuando, & amouẽdo plu
res à ſuis officijs originarios iudices,
eos non auditos, qui tũc tpis officia te
21 nebant, & † ppea hoc vti ſacrilegium
fuit extimatũ per *legem Partitarũ* 11.
22 *tit. 18. p. 1.* vbi referens † lex illa duos
quaſi ſacrilegij caſus, veluti qui igno-
rãter facit ꝯ articulos fidei, vel ſciẽter
maledicit inſtitutis Papæ, vel Regis,
tertium quaſi ſacrilegium ſubiũgit, di
cens, *e aun ſeria cuomo ſacrilegio, ſi al-*
gun hombre ſe intromiettieſſe de pedir, o
ganar officio de iuzgador, o otro qual
quier en à quella tyerra, onde es natural,
de quo habemus *tex. expreſſũ in d. l. fi.*
C. de crimin. ſacrileg. & refert *AZened.*
lib. 3. recopil. tit. 6. l. 4. nu. 4. in fin. vnde
Anton. Gomez. in regul. Cancell. tit. de
23 *idiomat.* ait, † ſanctiſſimas eſſe cõſue-
tudines iſtas, & bonã exterorum iudi-
cũ promotionem, qui nõ dulci amore
patriæ, non ſpe, vt ſibi paria reddanť,
ſed ex debita iuris ſeueritate iuſtitiam
proſequuntur, idemq. tradiderũt *Pur-*
pur. & Bolognett. in l. 1. ff. de offic. aſſeſ.
Iacob. Menoch. de arbit. caſ. 253. nu. 9.
&

Digitized by Google

& è politicis elegãter tradit *Melch. iun.*
24 *quæſt. polit. p. 1. quæſt. 15.* vbi † plura antiquorũ Romanorũ exẽpla cumulat,
25 maximè † ſi (vt ait *Cicero pro Sylla*, reſpondens aduerſarijs ſuis) nõ peregrini admiĉtãrur, quorum iã, & nomen, & honor vrbi inueterauit, & hominũ famæ, & ſermonibus, neque patiantur ſe ab alijs verborum iactãria inani ſuperari, ſed qui virtute vincantur, Quãuis prædicta † non procedere in Baronibus habentibus iuriſdõnẽ in feudũ, dixit *Anton. Sola in d. §. præterea. nu. 3.* qui ẽt quod ſint de loco poſſunt eſſe iudices eorum vaſſallorum, & fuiſſe iudicatũ teſtatur *Theſa. deciſ. 268. nu. 4.*
26 Quidquid † tamen ſit de iure communi, in Regno tamen noſtro Siciliæ (excepto Illuſtriſſ. & Excellẽtiſſ. Pro-
27 rege, eius Conſultore, & Regij Patrimonij Conſeruatore,) officia non niſi ſiculis cõferri poſſunt, excluſis penitus exteris vt per *Capit. Alfonſi Regis 386.* confirmatũ per eumdẽ Regem *in cap. 416.* & per inuictiſſimũ Carolũ Quintũ Imperatorem, & Regẽ noſtrum *in cap. 18.* & ab eodẽ inde confirmatũ *in cap. 189.* & nouiſſimè per Catholicam Maieſtatẽ Filippi Tertij Regis noſtri oĩa approbata, idque non ſine legũ, & pluribus Doctorũ authoritatibus, varijſque vrgentiſſimis rationibus factũ
28 fuiſſe arbitror; originarios † etenim in magiſtratibus eligẽdos eſſe ſtatuerunt Valẽtianus, & Martianus Imperatores *in l. 2. C. de offic. Prætor. ibi, Tres prætores, qui propriũ Larem habent in vrbe, nõ ex Prouincijs eligãtur,* & facit *gl. per illũ tex. ĩ l. ſi cui. ff. ex quib. cauſ. maior. & gl. in d. l. in conſiliarijs, C. de Aſſeſſ. et tex. in Auth. interim, de defenſ. ciuitat.*
29 vbi † defenſores ciuitatum nõ tantum poſſunt eſſe de ciuitate, ſed oportet q̃ ſint de ea, & circulo ciuitatis, *& tex. in l. 2. & 3. C. de defenſ. ciuitat. & l. reſcripto, & l ſi quis magiſtratibus, ff. de muneribus & honorib.* & ĩ officio Fiſcalis voluit *gl. ĩ d l. 2. C. de crimin. ſacril. & tex. in cap. quoſdã, & cap. quanto de præſũpt.*
30 quo loci † Papa, reph̃ẽdẽs Epiſcopũ de negligẽtia circa correctionem iudicis delinquẽtis, ſubiunſit hęc verba, *latere te in vicino non potuit, q̃ ad nos in lõginquo perueniet,* quod & de Pontifice ſeu prælato, vt ex eius eccleſiæ gremio, in qua is exigitur ordinãdus, ac ſumẽdus ſit, dixit *tex. ĩ c. in nomine, verſ. eligatur autẽ, 23. diſtinct. & in c. nullus, 61. diſt. & cap. Metropolitano, 63. diſtinct.* & de
31 † Abbate dixit *tex. in c. quã ſit 18. q. 2.* vnde *in Deuteron. c. 18. Profetã* (dicit) *de gente tua, & de fratribus tuis ſuſcitauit Dominus Deus tuus, ipsũ audies, & cap. 18. Regẽ cõſtitue de numero fratrũ, non* (inquit) *poteris alterius gẽtis hominẽ Regẽ facere qui nõ ſit frater tuus, hoc eſt de tua patria, ſeu gente natus,* & pro-
32 pterea † iuſtũ eſſe ait *Ariſtot. lib. 2. polit. c. 1.* vt oẽs ciues gerendi magiſtratus participes fiant, exteriſque præferẽdos eſſe, ex quo rectius adminiſtrare intelliguntur, cũ melius Prouintiæ ſenſũ, quo vnaqueq. abũdat, percipiãt; moderni verò maximè penitus extranei poſtponẽdi, corã quibus nõ eſt cõſiliũ faciendũ, neſcitur. n. quid pariet, iuxta illud *in Eccleſiaſt. 8. & tex. in Auth. de collator. §. ſed neq. Prouintiarũ iudices, collat. 9.* vbi Imperator poſſeſſores exprimit, eoſque repetit, non autẽ habitatores ſimplices, de quibus mẽtionẽ antea fecerat, inde dixit *idẽ Ariſtot. lib. 1. Rethoric. c. 6. & poſt eũ Cicero 2. de*
33 *Orat.* Ad conſiliũ † de Republica dãdũ, illud caput eſſe, noſſe Rẽpublicam, *& Plato ait aliud habetur dictũ in Alcibia-*
34 *de, conſiliũ † eius eſt, qui rei cuiuſque peritus, & in Phedro. in omni † re cõſulendi*
35 *principiũ, noſſe id de quo conſiliũ inſtituũ, aut tota via aberrare neceſſariũ eſt, & ſic mores, conſuetudineſque in ea exi-*
36 *ſtẽtes teneant;* rũ quia † Regnicolæ, qui ſcientia, & doctrina, in genuiſque alijs animi dotibus ſplẽdeſcerent, maxima

effice-

afficerentur iniuria, ſi exteri fortè om-
nibus numeris inferiores ad officia, &
37 honores admitterẽtur, virtus † quidẽ
& honeſtæ diſciplinæ ſine præmio qñ-
que langueſcunt, ad notat. per *Bolo-
gnett. in d. l. 1. num. 8. de offic. aſſeſſ.*
hinc *Valerius Maximus lib. 2. de auſpic.*
38 dixit, † *Auſpicijs enim Patrijs non alie-
nigenas Rempublicam adminiſtrare opor
tere antiqui iudicabant, idque ob rerum
patriarum experientiam, ad text. in d. c.
quoſdam, & cap. quãto*, melius enim
39 † indigenæ mores ſciunt & conſuetu-
dines Regni, ſecundum † quas iudica-
re debent, *l. 2. C. quemadmod. teſta-
mẽ. aperiãt. l. ſi fundus, & ibi Bart. ff. de
euictio, Doctores in l. 1. C. de ſumm. Tri-
nit. & fid. Cathol.* ſuntque potius in
41 † bonis opulẽti, & diuitijs pleni. Ex-
42 teri vero † ob ignorãriã earumdem ag-
43 grauãt ſubditos, & ob id † ciuibus ma-
gis quàm alieniginis deferendum eſt,
*ad tex. in c. fin. de cleric. peregrin. l. 2.
C. de anno ciuil. diuid. lib. 11.* inde *Cice-
44 ro de amicitia*, † *potiores*, ait, *eſſe nobis ci
ues, quàm peregrinos, eoſque potius eli-
gendos*, tradit *Cagnol. poſt alios in l. 2. §.
exactis, nu. 285. ff. de orig. iuris, Frãc.
Patric. in lib. de Inſtitut. Republ. lib. 3.
45 tit. 2.* vbi dixit, † quòd longè melius ci-
ues adminiſtrabũt, quàm peregrini,
idque manifeſtum, & notorium eſſe
46 ſubdit † ex experientia non ſolũ apud
Romanos, Carraginenſes, Athenien-
ſes, Lacedemonios, alioſque plures,
qui Magiſtratus omnes ſuis ciuibus
47 tradiderunt, verum & ex inclita † Ve-
netorum Republica, in qua peregri-
nis vllus eſt locus, & tamen nec iuſti-
tia, nec ſęueritas deeſt, & ex huiuſmo-
di Iudicijs nullæ diſcordiæ, nullæ ſe-
ditiones, nullæque inimicitiæ oriun-
tur, vt tradit *Caſſaneus in loco relato,
verſic. veruntamen*, qui hanc pariter
firmat opinionem, quam etiã tenue-
runt *Luc. de Penn. in l. quiſquis, num.
2. et ſeq. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Abb.
in cap. Abbate, de verb. ſignificat. Surg.
de Neapol. illuſtr. cap. 17. num. 17. Ce-
poll. in tracta. de Imperat. milit. elig.
cap. 2. nume. 5. Anil. d. cap. 4. Prator.
nu. 6. & ſeq.* quo loci pluribs modis li-
mitat contrariam opinionem, *Curia
Piſan. in addit. cap. 12. nu. 8. lib. 1. Af-
flict. in conſtitu. vt vniuerſis, num. 56.
Capiblanc. de Baronib. Pragmat. 5. num.
93. & Pragm. 10. num. 74. Gregor. Lo-
peẓ gloſſ. 10. l. 9. titu. 1. par. 2. Burg.
de Paẓ. in l. 2. Thaur. nume. 83.* vbi
48 † de hoc extare legem in Hiſpanijs te-
ſtatur *Imbrian. de iudic. Regni parte po-
49 ſteriori. num. 2. & ſequ.* qui † ampliat
etiam ſi exteri concurrentes doctrina,
50 & moribus celſiores eſſent, nam † ſuffi-
cere (ait) ſi ciues, & Prouintiales mali
non ſint, ſed boni, ad notat. per *glo. in
d. cap. in nomine*, & poſt *Luc. de Penn.
in d. l. quiſquis, Gugliel. de Benedict. &
51 Caſſan. in locis relatis*; eo magis † in of-
ficialibus perpetuis, ſecundum eos, cũ
52 etiam † extranei ob cauſam officij per-
petui, ibi continuo morãres amicitias
contrahunt, familiaritates, & affinita-
tes, & interdum maiores, quàm patrię
53 oriundi, quos † à paritate rationis ab
officijs neceſſe foret amouere, ſicut
oriundos ſecũdum *Caſſan. in d. conſi-
54 derat. 22. verſ. peregrini enim*, qui † ſub
dit ita eſſe hodie conſuetudinẽ in Re-
gno illo, vt in officijs ſecularibus ori-
ginarij, & Parriotæ potius admictun-
tur, ſublatis illis antiquis conſtitutio-
nibus, & ordinationibus Regũ, qđ
confirmat *Petr. de Greg. Tholoſ. in loco
55 relato, in principio*, & addit, quòd
† Carolus Septimus admiſit origina-
rios in parlamentum Tholoſanum,
dum illud inſtituit de anno 1444. hęc
56 † autem conſuetudo valida eſt, ſoli-
dumque habet fundamentum, *ad
text. in dict. l. ſi eadem, ff. de officio.
aſſeſſor. l. vt gradatim, §. & ſi lege,
ff. de munerib. & honorib. Cepoll. in dict.
tract. de Imperat. milit. eligẽd. verſ. pro-*

*pter nationem,in fine, Bertrand. conſ.*1.
*num.*19.*lib.*3.*Marius Mut.ſuper cõſuet.*
57 *Panorm.*68.vbi eriã † referr ita receptũ
eſſe de conſuetudine vrbis Panormi,
nã Magiſtratus oẽs maiores, & mino-
res debent eiuſdẽ vrbis ciues eſſe, quæ
58 † pariter extat in vrbe Meſſanæ,& Ca-
tinæ,& in quampluribus huius Regni
Ciuitatibus,vt per *Nepit. ſuper cõſuet.*
*Catinen.tit.*2.*nu.*1.*cũ ſeqq.* & de Syra-
cuſanis in ſpecie dixit *Diodorus Sicul.*
*lib.*11.ipſi enim nõ niſi priſcis ciuibus,
& familijs vetuſtis Magiſtratus adhi-
59 buerunt,& de † cõſuetudine apud Ve-
netos, vltra *Caſſan. vbi ſupra*, tradit
Rip. de remed. ad conſeruand.vbertat.c.
60 5.*nu.*155.& de † Regno Nauarræ *Mi-*
chael Vlcur. de regimine mund. par. 4.
quæſt. 2. *ſub num.* 13. *&* 14. vbi ita cõ-
61 ſulit † Principes,ne alienigenas ad ius
dicendum introducant, ſi iram Dei
velint euadere, quam ſemper reuela-
tam & imminere vidit quoties extra-
nei in iuris dicendi officio ſunt propo-
62 ſiti,hi † enim præter negotium ſuum
nil agere queunt, nil de alio inquirere,
minimeque eſſe in aliena Republica
curioſum, vt ait *Cicero lib.* 1. *officior.*
*& eſt tex. in cap.leges,*3.*quæſt.*6.vnde,
vt amicos quærãt, laborare curãt, ſe-
cundũ *Luc. de Pen.in d.l.quiſquis*,hinc
eſt, quòd ſi non vtile iudicatum fuit,
ciues eſſe peregrinos, quod fortiores
facti indigenas expellunt, Rempubli-
cam turbant, ſeditiones excitant, vt
tradit *Ariſtotel.lib.*5.*politic.cap.*3. mul
to minus illud probandum videtur,
vt Magiſtratus peregrini gerant, in
63 tantum quod † apud Maſſilienſes,qui
laudem æquitatis, legum habuerunt,
64 nemo creatus fuit, niſi † qui liberos ha
beret, & de ciuium ſanguine tertiam
per generationem ortus eſſet, vt refert
*Strabon. lib.*4. *Geografia*, & ob id non
65 † ſine maximo ſtudio leges Romanæ
grauiſſimè tulerunt originarios à ciui-
tate,& propria patria decedere, cum
66 ipſi † melius negotia eius procurare
ſciant, quàm exteri, *ad text. in l.* 1. *C.*
ſi curial.relict. ciuit. lib. 10. Ideoque
67 † non ſolum ſufficit, quòd aliquis ſit
incola, ſed etiam quod ſciat, & peritiã
habeat conſuetudinum,& legum mu-
nicipalium eiuſdem loci, licet malè
ſeruetur, ſecũdum *D.Mut.in d.conſue-*
tudine 68. *num.*8. *in fine*, ſubdens,hãc
68 † eſſe cauſam, ob quam corrigitur ius
commune, & quaſi in toto terrarum
orbe cõſuetudo in cõtrarium recepta
ſit, expreſſaque priuilegia à Principe
obtineãtur, vt dixit *Bolognett. in d.l.*1.
*num.*8. *verſic. ſecundo fallit, ff. de of-*
*fic. aſſeſſ. Segur. in Direct. iud.par.*1.*d.*
69 *cap.*9. *num.*14. Hinc † eſt quòd in Re-
gno Neapolitano idem ĩ pluribus of-
ficijs ſupremorum magiſtratuum ſpe-
ciali priuilegio ſtatutũ eſt,ad tradita ꝑ
Vinc.de Franc. deciſ. 479. *in princ. Do.*
Carol.Tap.in cõſt.Regni ſub tit.de creat.
official. vbi inſerit omnia capitula il-
lius Regni,& vltimã pragmaticã, *ſub*
tit.de offic. prouiſ. quę omnia in ſpecie
declarat, *Cæſar Imbrian. de iud. Regni,*
par. poſter. nu. 10. qui refert eamdem
70 Pragmaticam Caroli Quinti, † licet
in officialibus minoribus Regni ſer-
uetur ius commune, vt in Actuario
deciſum fuiſſe teſtatur *Vinc. de Frãch.*
*dec.*98. & fuit opinio *Affl.& Foller. in*
conſtitut. Regni, Iuſtitiarij per Prouin-
71 *cias in* 1.*notab.Pariſ.de Puteo de ſindic.*
in verb. aſſeſſor, & de † conſuetudine
Taurin. teſtatur *Theſaur.dec.*268. *nu.*
2.*& Ant.à Sol. ſuper cõſuet. Pedemont.*
*in rub. de Caſtell. gl.*2.*nu.*1.*in fi. & gl.*
72 3. *in princ.* & de ſimili † ſtatuto Augu-
ſtano Imperialis Cameræ refert *Mi-*
*ſing.obſeru.cẽt.*4.*obſer.*30.& de Regno
Aragoniæ dixit *Seſe de inhib. iuſtit. c.*
73 1.§.4.*nu.*11.& † propterea,cum per ali
quos nobiles potiꝰ ex particulari odio,
quàm publicam Regni vtilitatem re-
ſpicientes, fuiſſet in publico Parlamẽ-
to celebrato de anno 1608. prętẽſum,
quòd

quòd Præſides Tribunalium deberēt
eſſe exteri, fuit † cōmuni voto, me ibi
intetueniēte vti Procuratore Illuſtriſ-
ſimæ Marchioniſſæ Tortoreti matris
meæ, paucis exceptis, per omnia tria
brachia cōcluſum & determinatum,
vt ne dum capitulis Regni relatis mi-
nime derogādum eſſet, ſed etiam ſup-
plicaretur Catholico Regi noſtro pro
eorum cōfirmatione, prout illa liben-
tiſſimè fuerunt inde per Catholicam
Maieſtatem cōfirmata, & approbata.
75 Quæro † modo de quæſtione aliàs
in Regno diſcuſſa, vtrū Iudices M.R.
C. & Conſiſtorij, qui vigore Capitu-
lorum Regni alternatis vicibus eligi
debent de vrbe Panormi, Meſſanenſi,
Catinenſis, & duo de Regno, ſi vnus
ex ipſis moriat̃, vel alio modo magi-
ſtratum gerere impediatur, qui fortè
erat Panormitanus, ſeu Meſſanenſis,
an Princeps teneat̃ ſubrogare alterū
de eodem loco? ego aliàs cōſultus re-
ſpōdidi quod ſic, per doctrinā *Bald.* ĩ
l.Parabolanos, de epiſc. & cler. vbi ait,
76 quòd † ſubrogatus debet eſſe eiuſdē iu
ris, & conditionis, cuius eſt ille, in cu-
ius locū ſubrogatur, & debet eſſe talis,
77 q̃ à principio potuerit eligi, dicēs † hoc
facere contra iudices, & aſſeſſores Iu-
ſtitiariorum Regni, nam quādo rece-
dūt à Prouincia dum reuertuntur do-
mum, in locum ſuū ſubrogant vnū de
aduocatis, qui ſunt de eadem Prouin
cia, qđ nō poſſunt, per *text. in d. l. Pa-
rabolanos*, quia ille de Prouincia non
poterat eſſe à principio, per iuta ſupra
in principio relata, & cōſequēter nec
poterat ſubrogari, idemq; tradidit
*Luc. de Penn. in l. pen. C. de agēt. in reb.
lib. 12. Auil. latè in c. Prat. 4. in eadem
gl. 1. nu. 2. & 3. Nepit. ſuper cōſuet. Ca-
tinenſ. tit. 2. cōſuet. 1. n. 71. Marſil. ſing.*
553. q. dicit, quòd plures errāt in hoc,
& eſſe menti tenēdum, *Bonad. lib. 1. po-
lit. c. 12. n. 25.* & ita fuit ibi practicatū,
ex quo fuit ſubrogatus de eadē vrbe,
prout à principio eligi debuiſſet.
78 Prædicta tñ intelligo † niſi tp̃s ſub-
rogationis eſſet modicum, eo enim ca
ſu poſſe aliū ſubrogari de quocūq; lo-
co, dixit *Guttier.* (limitando tradita p̃
Bald.) *pract. q. ciuil. lib. 1. q. 34. in fine,
poſt Io. de Plat. & alios, quos allegat Bo-
lognett. in d. l. 1. nu. 9. de offi. aſſeſſ. Se-
gur. in direct. iud. c. 9. nu. 10. Auil. in lo-
co citato n. 4. Azeued. lib. 3. tit. 6. l. 4. n.*
5. ſubdens ita quotidie ſeruari, *Oroſc.
in l. ſi eadem Prouincia, nu. 7. & 8. ff. de
offic. aſſeſſ. Bonadil. d. c. 12. n. 28. Vinc.
de Franch. dec. 98. n. 4.* vbi aſſerit quòd
79 † modicum tp̃s non eſt in cōſideratio-
ne, & ita receptū eſſe, eoq; magis ho-
80 diernis temporibus, † in quibus vide-
mus ſubrogari Cōſiliarios ēt per pau-
cos dies, idq; maximè p̃cederet ſi ne-
minem eiuſdem loci inueniret, vt di-
xit *Bald. in l. certa forma, C. de iur. fiſc.
lib. 10. Ioan. de Plat. in l. nullus, C. de di-
uerſ. offi. & apparit. lib. 12. Michael Vl-
cur. de regim. mundi, d. p. 4. q. 2. nu. 14.
Affl. in cōſtit. Regni, Magni Camerarij,
nu. 10. Auend. de exeq. mandat. Princ.
c. 3. nu. 5. Bonad. in loco citato,* qui alias
adducit limitationes, *Miſing. d. cent.
4. obſeru. 30. Curia Piſana, c. 12. nu. 8.*
81 Id pariter notandum eſt, quòd † ſi
q̃s habeat duo domicilia, electo vno,
nō pōt ad aliud redire, & ſic ciuis Pa-
normitanus, & Meſſanenſis vna ſemel
quòd Magiſtratū habuerit vti Panor-
mitanus cenſetur renuntiaſſe priuile-
gio Meſſanenſi, ſecūdū *Boer. deciſ. 13.*
& ĩ Regno noſtro cautū eſt, *ex c. 112.
ſub Ferdinando Rege.*
82 Qui † autē dicantur Regnicolæ in
Regno, vide *D. Tap. in loco citato fol.
mihi 111. in verb. extra Regnū, Gugl. de
Bened. in c. Raynutius in d. ver. & vxo-
rem, nomine Adelaſiam, in 5. dec. n. 493.
& ſeq. Azeued. lib. 3. tit. 6. l. 4. nu. 4. A-
uēd. de exeq. mand. Princ. c. 3. verſ. itē
ſi iudex, lib. 1. Capic. dec. 162. nu. 16. &
ſeq. Affl. dec. 384. Grā. dec. 103. n. 111.*

Digitized by Google

Seſe dec.167.p.2.Caſar Imbria. de iud.
Regni part.poſter. nu.12.cum ſeq. vbi
83 † etiam habes, ſi ciuis factus in aliqua
ciuitate demaniali poſſit vti Regnico-
la concurrere ad officia Regni, quod
eſt prohibitū per *c.68. Ferdinandi,* &
fuit facta lata diſcuſſio in cauſa Pauli
Duranti, de quo vide *Curiam Piſanā*
fol.17.verſ.& an receptus.

Et † quid ſi fit ciuis per ductionem
vxoris? vide *Mut.ſup cōſuet.Panor.68.*
& Nepit.ſuper cōſuet.Catinenſ.tit.2.n.
85 *1.cum ſequen.* & ibi quid † ſi per habi-
tationem per quinquēniū cum fami-
lia ī aliqua ciuitate fiat ciuis, an ad of-
ficia illius concurrere poſſit? *ibidē nu.*
17. & adde *cap.Alfonſi* 501.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles in officijs, & Magiſtratibus ſubeundis, cateris paribus ignobilibus praferūtur, & n.2.5.7.& 8.& quaſi per totum intellige vt num.52.& 53. ampl.num.59.60.& 61.*

2 *Ignobiles, & plebei Decurionatus officio fungi prohibentur, & num.21.*

3 *Nobilitas conſiderari debet in officijs cōcedendis, & num.35.*

4 *Nobiles dicuntur eſſe in dignitate.*
Nobilitas idē eſt q dignitas, ſub num.4.

5 *Ignobiles, & plebei ad dignitates non admittuntur.*

6 *Nobiles dignificantur honore ſicut diuites, & potentes.*

11 *Nobilitas praſumitur in dubio in officijs adminiſtrandis.*

12 *Reipublica intereſt gubernari per nobiles, & non plebeos.*

13 *Officia, & dignitates non ſecundum numerum, & ordinem, ſed ſecundum hominum qualitates conferuntur.*

14 *Reipublica ſingularis maieſtas videtur cum ea à nobilibus gubernatur.*

15 *Reſpublica vt benè gubernetur tria requiruntur, & qua ſint.*

16 *Voces ſi ſint aquales in electionibus aut conſilijs, tunc nobiles praferūtur plebeis, & de ratione, num.17.*

17 *Vox nobilis eſt maioris authoritatis quā ignobilis.*

18 *Ignobiles, & viles perſona non debent attentare publicos honores.*
Officia ſi ignobili, & vili conferātur fit iniuria dignitati ſub num.18.

19 *Sponſa pulchra requirit pulchrū ſponsū.*

20 *Officia publica requirunt pſonas nobiles.*

22 *Nobilis dicitur habere oēs virtutes q̄ in bono iudice, & officiali requiruntur.*

23 *Iudex nobilis quas bonas cōditiones habeat in iudicando, & è conuerſo quas malas teneat ignobilis plebe⁹, & n.24*

25 *Theſeus primus nobiles à cateris ſeparauit, illiſq. Magiſtratus creandi ac leges condendi, & interpretandi poteſtatem dediſſe fertur.*

26 *Romulus nobiles ab ignobilibus ſegregādo non ſolum eis officia gerere conceſſit ſed etiam ſacra perficere ac ſecum quoque adminiſtrare permiſit.*

27 *Athenienſes eo tēpore floruerunt, quo eorum Reſpublica à nobilibus regebatur.*

28 *Solon Rex ex nobilibus tantum Magiſtratus conſtituebat.*

29 *Nobiles rationabiliter honores, & officia merentur.*

30 *Exempla multa circa eligendos officiales nobiles, vide remiſſiuè.*

31 *Reſpublica rectè per nobiles gubernatur.*

32 *Ignobiles, & viles perſona ad Principatū aſſumpti, vt pluries politicā ladūt.*

33 *Deus officiales, & Magiſtratus nobiles & ſapientes eſſe percepit.*

34 *Antiochus Rex Lyſiam virum nobilem, & ex ſanguine Regio ſuis negotijs gerendis ordinauit.*

36 *Nobilitas ſplendorem, & authoritatem ſecum affert.*

37 *Cōſuetudo eligendi nobiles ad officia, & Magiſtratus vtilis, & laudabilis eſt.*

38 *Veneti nobiles creant ad Magiſtratus, & officia.*

39 *Neapolitani nobiles eligunt officiales Ciuitatis.*

No-

40 *Nobiles plures eſſe deberent q̃ populares.*
41 *Iurati nobiles in quibus locis eligantur in Regno, ac ius eligendi habent.*
42 *Officialiũ electio quãdo fit per Proregẽ, ſolent vt plurimum inter nobiles apponi aliqui ciues honorati.*
34 *Leges ſtatuta vel conſuetudines, q̃ ignobiles admittunt ad Magiſtratus excluſis nobilibus ſunt reprobata, & nu.* 44. 45. & 47.
44 *Statutum Florentia admittens ignobiles ad officia reprobatur.*
45 *Lacedemonij permittentes ignobiles Magiſtratus adminiſtrare confutantur.*
46 *Senatores Romani an plebei vel nobiles creabantur, vide remiſſiuè.*
47 *Imperium dicitur iniuſtum quãdo ignobiles ad omnia officia promouentur.*
*Ciuitas appellari non debet in qua ignobiles officia adminiſtrãt, ſub nu.*47.
48 *Populo qui ſe cõmittit, fortunam non rationem ſequitur.*
49 *Fortunam qui ſequitur, periculo, & alea ſe ſupponit.*
50 *Ludo alearum qui ſe exponit, ad ruinã, & cladem inclinat.*
51 *Officia hodie promiſcue cõferuntur tam nobilibus quàm plebeis nam ſurſum, & deorſum fortuna aduerſatur.*
53 *Ignobilis qui virtutes, & literas habet in officijs ſubeundis praefertur nobili qui virtutibus, & literis caret.*
54 *Officia, & dignitates principaliter conferri debent non doctiſſimis, vel nobilibus, ſed his qui digni ſunt.*
55 *Nobilitas dignior, ex nulla alia re quàm ex virtute prouenire videtur.*
56 *Officiales cum eliguntur, virtutis ratio in illis habenda eſt, & num.*57.
57 *Actiones hominum magis quàm ipſi homines in conſtituenda Republica conſiderantur.*
58 *Amore, & beneuolentia ciuium nihil vtiliu in Magiſtratibus eligendis, & ibi de ratione.*
59 *Legati nobiles praferũtur Legatis ignobilibus.*
60 *Nobiles praferuntur ignobilibus in collatione beneficiorum.*
61 *Nobiles praferuntur ignobilibus etiam pendente lite ſuper nobilitate.*

ARGVMENTVM.

Nobiles ad Magiſtratus, an ignobilibus præferantur.

CAPVT VIII.

ILLA pariter inter alias qualitates ad optimũ Magiſtra-
1 tũ neceſſaria † eſt, vt in illis nobiles ignobilibus & plebeis, cęteriſq; paribus præferãtur, ꝓ quo iura ſunt aperta, *in* §. 1. *in verb. viri obſcuri, & in* §. *interim, in verb. vniuerſi nobiliores, rurrurſumq; in* §. *vlt.* ibi *cõuenit enim vnũquemq; nobilium, in Authen. de defenſorib. ciuitat.* vbi etiam *gloſ. ſuper d. ver. nobiliores,* notat *nobiliores eligi debere,* & pariter *gloſ. in c. ſtatuimus, in verb. potiorem poſt principium, de maiorit. & obedient.* dum per *illum tex.* dicit quod nobilitatis ratio habetur, ad idem *tex. in l. honor, §. de honoribus, in verb. origo natalium, ff. de munerib. & honorib. & ĩ l. honores, §. is qui, ff. de decurio.* vbi
2 † plebei honoribus Decurionum fungi prohibentur, *& in* §. *fi. coll. 2. in Authent. de referendar. & in* §. *eos autem, ĩ Authent. vt iudic. ſin. quoq. ſuffrag.* ibi, *honeſtiorum quoſdã, ad adminiſtrationes dirigere, l. prouidendum, in verb. nobiliſſimos, C. de poſtuland. l. 1. & fin. & quod ibi notat Bart. ff. de alb. ſcrib. glo. in Rubr. C. quemadmod. ciuil. muner. in d. lib. 10. & in l. 1. in verb. nobilis, C. de condit. in publ. horre. lib. 10. & in Auth. praſides, in princ.* ibi, *nobiles ciuitatũ, C. de epiſc. audiẽt. l. adſcribẽda, C. de decurio,*

rio.lib.10.ibi,digniſſimi meritis,& fa-
cultatibus, bonus etiam tex. in c.quan-
to epiſcopus,24. diſt. & in c. Grandi, de
ſupplend. neglig. prælat. in 6. per quem
3 tex. notant omnes,ꝙ† in dandis digni
tatibus ſecularibus ponderatur digni-
tas,ideſt nobilitas, vt dixit Io.And.ĩ c.
pen.nu.4.de præbend.& dignitat. vbi ẽt
Imol.in fine, & benè Io.de Plat.in d.l.1.
C.de cond. in public.horre.lib.10.& in l.
Cohortalis, in fi. C.de cohortal.lib.12.et
in d. Auth. Præſides, C.de epiſc. audient.
Bart.in l.1. nu. 46.§.præterea,C.de di-
4 gnit.lib.12. dum dicit, † nobiles in di-
gnitate poſitos eſſe, cum idem ſit no-
bilitas ꝙ dignitas, & cõſequenter non
5 † niſi nobiles ad dignitates eligi debẽt,
non autem plebei,qui dignitate carẽt,
ad tex.in d.l.honores,§. is qui,ff. de de-
curion. Luc. de Penn.in l. mulieres, ſub
n.12.verſ.quarto præferuntur,C.eo.tit.
de dignitat. & in l.2. num. 11. C. de ex
6 act.& execut. eod.lib.12. ſi quidẽ † no-
biles dignificantur honore,ac diuites,
& potẽtes, vt dicitur 4. Ethicor. idẽq;
tradit Ang.in d.Authent.de defenſor.ci-
7 uitat.in princ. vbi ait,quòd† officia pu
blica potius ſunt danda nobilibus, q̃
popularibus, ad tex. in d. §. is qui con-
firmat, Io. Brid.10. Ethicor. q.1.col.3.
8 dicens,†quòd illi,qui ſunt nobiliores,
cæteris paribus, ſunt alijs præferendi,
quem ſequitur Cepoll. in tracta. de Im-
perat. milit. eligend. in c.incip.nobilita-
tis,nu.23.& ſeq. Laudẽſ. in tract.de of-
ficial.domin.cap.38. incip. Magiſtratus
debent, D.Borel. de poteſta.Reg.c.4. nu.
2.Viu.dec.455.nu.2. Alber.optimè in d.
9 Auth. Præſides, vbi † nobiliores eligi
debere in Præſides, & Magiſtratus no
tat,idemq; ibi cæteri ſequuti ſunt, An-
dr.in c.1.in princ.de pac.iuram.firm.dũ
10 dixit, quòd † nobiliores debẽt eſſe illi,
qui ciuitatem regunt, poſt alios Tira-
quel. de nobilit.c.20.nu.1.& ſeq. Curia
Piſana,c.12.nu.3.& 20.lib.1. Greg.Lo
pez gloſ.3 tit.18.p.2. Anil.c.4. Prætor.
ver.le cũple nu.4.& ſeq.Cabed. dec.84.
11 nu.1.p.2. In dubio † enim præſumitur
pro nobilitate ad officia gerenda, ad
tex.in l.pupillus, §.ſed & ſi per interpo-
ſitam,ff.de authorit.tut.gloſ.ſing.in c.il
lud, diſt. 40. cũ ſimilibus, traditis per
Caſſan.in Cathal.glor.mund.p.8. conſi-
derat.36. Segur.d.c.2.nu.6. Palat.Run.
in Rubr.de donat.inter vir. & vx. §. 9.
n.7.ver.in his enim, Bimi.conſ.103.nu.
42.vol.2. Menoc.de pſũpt.lib.6.præſũp.
59.n.10.& eleganter Bonius in tract.de
12 nobilit.priuileg.10. ſubdens,†quòd in-
tereſt Reipublicæ gubernari per nobi-
13 les, & non per plebeos, non enim † ſe-
cundum numerum,ſiue ordinem, ſed
ſecundum hominum qualitatẽ, ſeu di
gnitatem ſunt honores cõferendi, nã,
vt dixit Ariſtot.lib.3. polit. c.8. Splen-
14 dor,† ac maieſtas ſingularis Reipubli-
cæ accedit, cum ad gubernacula nobi
les ſedent, in quibus ſingularis virtus,
ac generis ſplendor lucet, vnde D.Th.
15 de regimin.princip. docuit, quod, † vt
facilis ſit gubernatio publica, tria req-
runtur, ſapientia, ne erretur, potentia
vt quæ decernuntur, in actum produ-
cantur,& familia, ſeu nobilitas, vt cõ-
temptus tollatur, & adſit authoritas;
16 in tantum, quòd † ſi in electionibus,
& alijs actibus voces ſint æquales, &
hincinde numero pares, nobiles pręfe-
runtur, ad tex.in l. maiorẽ, ibi, qui di-
gnitate inter eos præcellit, & ibi Iaſ. &
alij, ff.de pactis, & poſt Archid. dixit Ca
poll.in d.tract.de Imperat.milit.in verb.
nobilitatis,n.26.& Caſſan. d. cõſid.36.
vbi tenet poſt Innoc.& Abb.in c.dudũ,
17 de elect. quòd† maioris authoritatis eſt
vox nobilis, quàm plebei,& ꝓ pea Bal.
in cap. per inquiſitionem, nu.5.de elect.
18 voluit, quòd † viles perſonæ nõ debẽt
attẽtare publicos honores,& iniuriam
faciũt dignitati, qui eã talibus cõmit-
19 tũt, nam † ſicut pulchra ſpõſa requirit
20 pulchrũ ſpõſum, ita † publici honores
requirũt honorabiles perſonas, idẽq;
per

Digitized by Google

per plura iura cõfirmat Azened. lib. 6.
tit. 2. in rubr. num. 23. dum ait, quòd
21 † plebei honoribus decurionum fungi
prohibentur, Decian. reſp. 18. num. 23.
lib. 1. Cattier. conſ. 31. num. 6. Belluz. in
Specul. Princip. rubr. 26. verb. Princeps,
num. 1. Segur. in Direct. d. cap. 2. dicẽs,
22 quòd † prudẽtia, induſtria, affabilitas,
magnanimitas, magnificentia, docili-
tas, & omnes deniq. virtutes in bono,
& iuſto iudice requiſitæ nobilitati fa-
mulantur, ſecundum Caſſan. in d. p. 8.
cõſid. 32. Io. de Sylu. in tract. de benefic.
p. 3. q. 7. Bonadill. lib. 1. Politic. cap. 4. nu.
23 24. vbi ait, quòd † Iudex nobilis iuris
rigorem tẽperat, eſt humanus, placa-
bilis, libẽter audit, omnibuſque ſe hu-
24 maniſſimũ præbet; ſicut è cõtra † igno-
bilis iudex ſi literis ac virtute naturam
nõ accomodat, eſt grauis, ſeuerus, ſer-
mone inconditus, inhumanus, nobi-
leſque opprimere curat, vt vterq. ſta-
tus æqualis fiat, quæ in iudice nobile
prorſus ceſſant, cùm nulla adſit cauſa,
obquam humilioribus inuideat, vt di-
xit Sarment. lib. 4. Selectar. cap. 16. hanc
eamdem opinionem tenuerũt Barbat.
in cap. accedens el 2. vt lit. non conteſt. &
conſ. 45. incip. ſcripſit preclarè in fi. vol.
2. Cott. in memorab. in verb. nobiles, Cor-
rad. de decurio. cap. 10. nu. 6. Palat. Run.
in Rubr. de donat. inter virum, & vx. §.
9. num. 7. in fin. Otalor. de nobilit. cap. 4.
p. 2. num. 2. & cap. vlt. §. 1. nu. 9. Auend.
de exeq. mand. princ. cap. 19. num. 17. &
18. Ausl. cap. prat. 4. in glo. lecumple, nu.
4. & ſeq. Didac. Perez. l. 1. tit. 1. lib. 4.
Ordinat. col. 1315. verſ. ſi tamen nobili-
tas, & verſ. ſit igitur, Boer. deciſ. 153.
nu. 32. vol. 1. Surg. de Neapol. illuſtr. cap.
17. nu. 15. Capibl. de Baron. pragm. 10.
nu. 72. Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap.
16. ſub nu. 11. D. de Pont. de poteſt. pro-
reg. tit. de elect. offic. §. 5. num. 9. & ſeq.
Simanc. de Republ. lib. 5. cap. 3. Gramm.
conſ. 6. nu. 11. Molin. de primog. Hiſpan.
lib. 2. cap. 5. nu. 66. D. Carol. Tap. lib. 2.
iuris Regni de official. in Regno cõſt. nu.
15. latè Garſia de nobilit. gloſ. 35.

Idem quoq. apud antiquos ſerua-
tum fuiſſe teſtantur Authores graues,
nam Plutarcus in vita Theſei ſcribit,
25 † Theſeum primũ nobiles a cæteris ſe-
iunxiſſe, illiſque poteſtatẽ feciſſe Ma-
giſtratus ex ſuo ordine creandi, admi-
niſtrãdique leges, tũ pia, religioſaque
interpretandi, ac diffiniendi, idemque
26 † de Romulo tradit Dionyſ. Halicarn.
lib. 2. antiquit. Roman. qui ita ſuã Rẽ-
publicã conſtituit, vt nobiles ab igno-
bilibus ſecerneret, eoſque ſacra perfi-
cere, Magiſtratus gerere, ius dicere, ac
ſecum quoque publica adminiſtrare,
plebeios autem ab huiuſmodi mune-
ribus ſolutos eſſe iuberet, & ſubdit in
27 eo. lib. 2. quod † Atheniẽſium Reſpubli
ca illo tpe florebat, cũ Patricios appel
labant ex illuſtribus familijs, & pollẽ-
tes opibus, penes quos Ciuitatis regi-
28 men fuiſſet, id quoque † pariter ſequu-
tus eſt Solõ Rex, qui Magiſtratus oẽs
ex nobilibus, & locupletibus cõſtituit,
& tradit Ariſtotel. lib. 2. Polit. cap. 8. &
29 10. vbi † nobiles, & ingenuos ſibi ratio-
nabiliter honores arrogare, multaque
30 alia † ad id exempla cumulat Tiraq. in
d. cap. 20. num. 5. & ſeq. Otolor. in ſimili
tract. de nobilitat. cap. 4. p. 2. Simanc. de
Republ. lib. 5. cap. 3. num. 9. Bonad. d. lib.
1. Politic. cap. 4. num. 18. & ſeq. vnde
Sanctus Thom. lib. 4. de regim. Princip.
31 ait, † Ad rectam Rẽpublicæ guberna-
tionem nobiles aſſumendos eſſe, nam
32 de vili loco † aſſumpti ad principatum
vt pluties politicam ledũt, & fuit præ-
33 ceptum in Deuteron. ibi; eligite † ex vo-
bis viros ſapientes, & nobiles, vt ſint tri-
buni, & in lib. Machabeor. 1. cap. 3. ſcri-
34 bitur, † Antiochum Regem ſuis nego-
tijs pręfeciſſe Lyſiam hominem nobi-
lem, & ex genere Regio, & propterea
Sot. in tract. de iuſt. & iur. lib. 3. quaſ. 6.
35 art. 4. concluſ. 6. in fine dixit, † in magi-
ſtratibus creãdis generis nobilitatem
exiſti-

36 exiſtimāda eſſe, quia ſplendorem, † &
authoritatis pondus ſecū adfert. Hinc
37 Doctores laudauerunt † conſuetudinē
eligendi nobiles ad Magiſtratus, eāq.
vtiliſſimā eſſe, vt dixit *Auend. de exeq.*
mand. p.1. cap. 19. num. 18. & de more
38 † Venetorum tradit *Barbat. in cōſ.* 35.
lib. 2. & Fulgoſ. conſil. 62. & de more
39 † Neapolitani Regni in electis illius
ciuitatis, *D. de Pont. in tract. de poteſt.*
Proreg. tit. de abund. ciuitat. §. 7. *nu.* 19.
ſubdens *ex Alberic. in l.* 2. §. *deinde, ff.*
40 *de orig. iur.* plures † eſſe debere nobiles,
quàm populares, idemque mos eſt in
41 Regno noſtro † in multis Ciuitatibus
circa iuratos, qui nobiles eliguntur, &
præcipuè in vrbe Nobiliſſima Meſſanenſi, Catinenſi, & Syracuſana, vbi
42 electio fit per nobiles, licet † in cæteris
locis, vbi electio fit per Proreges conſueuerit vt plurimū inter nobiles apponi aliqui ciues honorati, quod non
ſine aliqua iuſta cauſa fieri arbitror,
43 q̃uis nō ommictam qđ † maximè fuerint improbatæ leges, quæ ignobiles
ad Magiſtratum admictebant, excluſis nobilibus, de quo per *Aug. in* §. *vlt.*
44 *in Auth. de defenſorib. ciuitat.* qui † loquitur contra ſtatutum Florentiæ, &
45 de ſimili Lacedemoniorum † lege tradiderunt *Ariſtotel. lib. 2. politic. cap.* 7.
46 & *Iuſtin. lib.* 12. & de † Romanis Senatoribus dixerunt *Tit. Liuius lib. 6. ab*
vrbe condita, text. in d. l. 2. §. deinde,
cum §. ſeq. ff. de orig. iur. Oroſc. in Rubr.
de offic. Prat. num. 12. *col.* 386. *Tiraq.*
d. cap. 20. *n.* 6. & 7. & docuit optimè
Plato, Nullo † modo iuſtum imperiū,
47 vel ciuitatem appellādam, in qua popularis improbitas ſumma queq. Reipublicæ munera tractare præſumat, q
48 † enim populo ſe commictit, fortunā,
49 non rationem ſequitur, qui † fortunæ
50 fauet, periculo, & aleæ ſe dedit, qui † in
alea eſt ad ruinam, & cladē inclinat;
51 Sed de his ſatis, † quia hodie parum,
aut nihil deſeruiunt, nam, vt dixit *Segur. in d. cap. 2. nu.* 8. lōga iſta varietas
omnia miſcuit, & ſurſum, & deorſum
fortuna aduerſabit.

52 Hæc † tamen intelligēda ſunt quādo cum nobilitate ſimul cōcurrat virtus, & doctrina, vt dixit *Bouadill. in lo-*
53 *co relato nu.* 30. nam † certum eſt quod
ignobilis, qui, & virtutē, & literas habeat, nobili tantum ſine virtutibus, &
literis præferendus eſt, quod pariter
notauit eleganter *Do. Carol. Tap. in d.*
Rubr. de official. Regni nu. 13. adducēs
ad hoc dictum *Dionyſij Halicarnaſſ.*
lib. 3. relati à *Simanc. de Republ. lib.* 5.
54 *cap.* 4. ibi, *Apud † nos Magiſtratus ac honores deferuntur non ditiſſimis, nō his,*
qui longiorem maiorum indigenarū poſſunt oſtendere ſeriem, ſed digniſſimis,
55 *nulla † enim alia re, quàm virtute hominis nobilitatem conſtare dicimus,* vt ibi
56 *per eum,* virtutis † quidem in legendo
Magiſtratu maximè ratio habēda eſt,
57 vt dixit *Plato in Menezeno,* Neque † tā
homines quàm hominū actiones benè conſtituta Republica conſiderandæ, ei plurimum tribuēdum, cuius in
animo virtus ineſt, ſecundum *Ariſtot.*
lib. 3. polit. cap. 8. & *Velleium Paterculū*
58 *lib.* 2. Addentes, quòd † nihil vtilius
amore, ac beneuolētia ciuium in Magiſtratus, cum enim tenuioris conditionis homines promouentur, excitatur virtutis ſtudium, & diligētia in rebus peragendis, & latè tradunt *Tiraq.*
Bouadill. & Azeued. in locis citatis, &
poſt eos Peguer. in pract. c. 11. *n.* 1. & 2.

59 Amplia † nunc prædicta etiam in
legatis, eo quod nobiles ignobilibus
præferri debent, *ad text. in l. pen. ff. de*
legat. Luc. de Pēn. in l. mulieres, ſub nu.
12. *verſ. ſexto circa legationes, C. de dignitatib. lib.* 12. & *in l. 2. num.* 10. *C. de*
execut. & exact. eod. lib. Capoll. in tract.
de Imperat. milit. eligend. verb. nobilitatis, num. 36.

60 Amplia † ſecundo in collatione beneficiorum eccleſiaſticorum, vt dixit
Capoll.

Capoll. in loco relato, ſub nu.28. Caſſa. d. cōſider. 36. Tiraq. d. c. 20. n. 10. Azeued. lib. 6. tit. 2. nu. 20. & 21.

61 Amplia † tertio etiam lite pendente ſuper nobilitate, vt dixit *Gutier. lib. practic. quæſt. 25. per totam, Garſia de Nobilit. gloſ. 35. nu. 49. Fab. de Ann. conſil. 80. num. 21. & ſequ.* vbi allegat *Couarru. & alios.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis, dolo vel culpa officio priuatus, amplius ad officiū aliquod promoueri non poteſt, & nu. 2. & 6. & de ratione, nu. 4. ampl. nu. 3. 7. & 9. vſque ad nu. 14. intellige, vt nu. 19. vſque ad finem.*

2 *Officialis dolo officio priuatus ammittit honorem & nobilitatem, & nu. 4.*

5 *Tex. in l. decurionibus in fine, C. de ſilentiar. & decurio. limitat omnia iura diſponentia, dignitatem officialis remanere finito officio.*

7 *Officialis etiam quod tantum ſit accuſatus, vel inquiſitus, non debet medio tempore ad officia promoueri.*

8 *Officialis finito officio per annum, retinet honorem & dignitatem.*

11 *Officialis nemo creari debet, ſi habeat malum nomen.*

12 *Officialis etiam pendente appellatione à ſententia priuationis officij, adminiſtrare non poteſt, ampl. nu. 13.*

14 *Officiales condemnati, vel inquiſiti de delictis in officio commiſſis, ſub generali indultu, & remiſſione delictorum à Principe facta non comprehenduntur.*

15 *Officialis dolo officio priuatus efficitur infamis & plebeus, & vide nu. 4.*

16 *Meritorum vita laudabilis eſt iuſta cauſa dignitates & officia tribuendi.*

17 *Officialis ex fide, induſtria, & literata probitate eſt laudandus.*

18 *Pœna remotionis officij, & dignitatis æquiparatur morti.*

19 *Officialis condemnatus ad tempus, finito tempore poteſt ad officia promoueri intellige vt nu. 23.*

20 *Relegatus, vel confinatus durante tempore relegationis & confinationis non poteſt officia adminiſtrare, intellige vt num. 21.*

22 *Capit. 118. Regis Ferdinandi quomodo intelligatur.*

23 *Officialis condemnatus ob furta, extorſiones, vel baractariam etiam quod tempus condemnationis eſſet finitum, non deberet ad officia promoueri.*

24 *Malus ſemel, præſumitur ſemper malus.*

26 *Officialis condemnatus, ſi officium ſubreptio modo obtemptum adminiſtret, eſt puniendus.*

27 *Officialis officio priuatus non poteſt eſſe aſſeſſor.*

27 *Officialis officio priuatus poteſt eſſe Conſultor.*

29 *Officialis dum ſindicatur, non poteſt officia adminiſtrare, & de rōne nu. 30.*

30 *Officialis non poteſt aliud officium adminiſtrare niſi reddita ratione alterius officij, intellige vt nu. 31.*

32 *Officialis ad Magiſtratum non admittitur ſi ob delictum verecūdiā ſit paſſus, vel inquiſitus de crimine publico.*

33 *Officialis ab officio remotus ob delictum mali exempli, & ignominioſam cauſam, non poteſt amplius ad officia promoueri.*

34 *Officialis qui ab officio fuit remotus ob minimā excuſabilē cām, poteſt vtiq; admitti ad officia adminiſtranda.*

35 *Officialis ſiue ſit condemnatus in primo iudicio, ſiue in ſecundo, non poteſt officia exercere.*

ARGVMENTVM.

Condemnati ad priuationem officij, an poſsint ad magiſtratum aſſumi.

CAPVT IX.

1 AB officio † remotus, iterum nec ad illud, nec ad aliud amplius promoueri poteſt, ad tex. cũ glo. in l. quicumque, C. de diuerſ. offic. & apparit. lib. 12. ibi, ob negligentiam vel culpam iudicio condẽnati ad nullum munus habeant facultatem aſpirãdi, melior textus in l. iudices, C. de dignitatib. lib.
2 12. Iudices (ait) qui † ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque, & plebeos habeantur, ſibi poſt hac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos iudicauerunt, ad idem text. in l. cum prætor, §. pen. ff. de iudit. ibi, lege impeditur qui à ſenatu motus eſt, & in l. 2. C. de Palat. ſacr. lib. 12. vbi officialis ſemel in officio culpabilis, iterato ad eamdem militiam non aſpirabit, nec etiam aliam acquirere poteſt, l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. & archar. lib. 10. ibi, Nemo eorum, qui ſemel interuerſione conuictus, idem rurſus officium gerat, in quo ante decoſ-
3 ſit, † & ſi reſcriptum noſtrum clandeſtina ſupplicatione intulerit, & facit l. fin. in fine, ff. de offic. procurat. Cæſar. & in Authen. de armis, ad finem, collat. 6. &
4 vbique Bart. Io. de Plat. Rebuff. & cæteri Doctores notant, cuius † ratio illa eſt, ſiquidẽ ob turpitudinem, & infamiã, in quam incidit, repellitur ad Senatũ redire, dignitatemq. amittit, vt notatur in l. 2. ff. de Senator. l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. & l. 2. C. de infamib. lib. 10. l. militi, C. de re militar. lib. 12. l. ordinariorũ, C. de cohort. lib. 12. l. Iudices, C. de annon. & tribut. lib. 10. & eſt expreſsè prouiſum in Regno per cap. 45. ſub Rege Ioanne, & cap. 118. ſub Rege Ferdinando, quæ fuerunt inde confirmata per Catholicum Regem noſtrũ
5 de anno 1596. Hinc † dixit Io. de Plat. in l. decurionibus, verſ. ſexto nota, C. de ſilentiar. & decurio. eod. lib. notandum eſſe finem illius legis ad limitationem omniũ legum diſponentiũ priuilegia, & dignitates remanere finito officio, quia hoc intelligi debet, ſi laudabiliter compleuerint officium vſque ad finẽ, alias ſecus, idemque repetit in l. 1. col. 2. in princ. C. de magiſtr. ſacror. ſcrinio. lib. 12. & in l. nullus, C. de diuerſ. offic. eo. lib. Gregor. Lopez. gloſ. 3. l. 5. tit. 24. par. 4. & glo. 5. tit. 18. par. 6. Laudenſ. de dignitatib. quæſt. 56. Anton. de Ball. lib. 5. pragm. 1. tit. 13. nu. 5. Burgoſ. de Paz. in l. 2. taur. nu. 51. Roland. conſ. 66. nu. 49. vol. 1. Riminald. iun. conſ. 185. lib. 2. Bellug. in Specul. Princip. Rubr. 26. nu. 7. Petr. de Greg. Tholoſ. lib. 47. cap. 10. nu. 3. verſ. quare nec reus criminis, Capic. deciſ. 121. nu. 17. & 18. Palat. Rub. in cap. per veſtras, §. 4. ſub num. 8. fol. mihi 198. de donat. inter vir. & vx. vn-
6 de Cicero pro Cluentio dicebat, † hominibus turpi iudicio dãnatis in perpetuũ, neque vllum honorem, nec in curiam adi-
7 tus eſto, idque † procedit, etiam ſi tantum fuerit accuſatus, quia hoc medio tempore non debet ad nouos honores aſſumi, ad tex. in l. reos criminis, C. de infamib. lib. 10. l. 1. & tot. tit. C. de reis poſtul. eod. lib. l. reus delatus, ff. de muneribus, & honorib. vbi Bart. refert, Dinum aſſerẽtem quòd iſte caſus alibi non reperitur, Cabed. deci. 84. num. 18. par. 2. Petrus de Greg. Tholoſ. in loco re-
8 lato, vbi ſubdit, † quod infra annum retinet honores, ad tex. in l. libertus, §. in
9 quo, ff. ad municipal. eoque † magis pẽdente proceſſu criminali, vt per Bar. in l. vnic. per illum tex. C. de reis poſtul. lib. 10. Caball. reſolut. criminal. lib. 1. caſu
10 121. num. 1. cum ſeqq. etiam † ex reſcripto Principis motu proprio conceſſo, ad text. in d. l. quicumque, C. de diuerſ. offic. & apparit, & d. l. ſi aliquis, C. de ſuſcept.

ſuſcept.lib.10.& diſponit dictũ Capit.
Regis Ferdinandi 118. Affiict. in cõſt.
officiales Reipublica,nu.3.& in conſtit.
nullus campio,nu.2.& in conſtit.eos nu.
7.Petr. Antibol.de munerib.p.3.nu.68.
D.de Põte in tract.de poteſt. Proreg.tit.
de elect.official.§.5.nu.2. vbi ampliat
11 † etiã in iis,qui habent malũ nomẽ,qa
nõ debent ad officiũ eligi,vel ad aliud
nominari,ad tex.in l.ſancimus, C.ad l.
Iul.repetund.& eſt tex. à cõtrario sẽſu
ĩ l.ſed ſi ex improuiſo,ff.de re milit. ibi,
inſpecto eius vita pracedentis actu, & l.
non omnis,§.barbarius,eod.tit.l.fi.C.de
offic.magiſtr.milit. & tex. in c. Epiſco-
pũ, 63.diſtinct. & in Authent. de iudic.
§.1.collat.6.Afflict.in conſtitut.vt vni-
uerſis,n.50.Burg.de Paz.ĩ d.l.2.Taur.
12 nu.49.Quinimo † etiã pẽdente appel-
latione à ſententia priuationis officij,
ſecundũ Auendagn.de exeq.mãdat.lib.
1.c.19.nu.25.Azeued.in l.12.tit.5.lib.
13 3.nu.2.eo magis † ſi ab honoribus, &
officijs futuris fuerit priuatus,quia ad
noua officia,etiã appellatione pẽden-
te,aſpirare nõ poteſt ad tex.in d.l.reus
delatus,§.vlt.ff.de munerib.& honorib.
cum ſimilib. de quibus per Couarr. lib.
1.variar.reſolut.cap.16.nu.11.cũ ſeqq.
Auiles in cap.7.Prator.in gl.ſuſpender,
nu.3.Guttier.lib.1.practica.quaſt.q.39.
nu.4.Vinc.Ann.ſingul.476. vbi refert
ita fuiſſe iudicatũ in Collaterali Con-
ſilio, & in Regno habemus Pragmat.
Marci Antonij Columnæ editam de
14 anno 1580.in tantum, quòd † ſub ge-
nerali Indulgẽtia delictorum à Prin-
cipe facta,non comprahenduntur of-
ficiales inquiſiti,vel condẽnati de cri-
minibus,& delictis in officio cõmiſſis,
ad tex.in l.mancipia,C.de ſeru. fugitiu.
iunct.glo.in verb reſcriptũ, quẽ ad hoc
ibi not. Bald.nu.1.& 6.& Salicet. nu.
8.verſ.& dicit gloſ.Pariſ.de Put.de ſin-
dicat.in verb.an ſi Poteſtas condẽnauit,
num.9.fol.mihi 25.in 8.vbi ait,ita ob-
tinuiſſe in pleno conſilio Plaz.epith.
delict.cap.38.nu.4.verſ.hinc, & illud,
Farin. de inquiſit. q.6. nu.56. Decian.
in tract. crimin. tit.de abolition. nu.14.
Carrer.in pract.criminal.§.circa, num.
336.quem refert Baiard.ad Clar.§.fi.
quaſt.59.ſub num. 103. & dixi latè in
comment. ad indult. cap.40. num.1. &
ſeq. Ioa.Aloyſ. Catalan.in ſimil. tract.
cap.42.num.5.& ſequ. Seſe.de inhibit.
iuſt.cap.1.§. 5.num.101. reputantur
15 † enim infames,ad tex.in l. Caſſius,ff.
de ſenatorib. & tanquã tales ab hono-
ribus,& muneribus repelluntur, ſecũ-
dum Tholoſan.in dict.cap.10. in princ.
Azeued.in l.7.lib.3.titul.9.num.1.cum
ſeqq.tom.1.recopilat. Bonadill.lib.1.po-
16 litic.cap.16.nu.20.ſicut è contra † lau-
dabilis vita meritorum eſt iuſta cauſa
dignitatis tribuẽdæ, vt dixit Platea in
l.agentes in rebus,C.de prapoſitis agẽt.
in reb.lib.12.Cabed.d.deciſ.84.n.1.p.2.
17 vbi ſubdit qđ † fides, diuturna indu-
ſtria, & literata probitas officialẽ cõ-
mendant, ſecundum eumdem Plat.in
l.proximos,C.de prox. ſacr. ſcrin.lib.12,
vnde Polibius ĩ lib.de iure milit.ait, Ro
18 manos † huiuſmodi pęnã remotionis
honorum morti æquiparaſſe,refert,&
ſequitur idem Platea in locis relatis, &
Quaſad. diuerſ.qq.c.27.n.25.

Pręadictã cõcluſionẽ pricipalẽ intelli
19 ge primo † qñ cõdẽnatio officialis facta
fuiſſet in perpetuũ, ſecus aũt ſi ad tp̃s
proceſſerit, eo enim finito ad alia of-
ficia admitti non prohibetur,per text.
in l.2.in princ.ff.de decurion. & eorum
fil.gl.in l.ſi Poſſidonium,in verb. relega
tũ,in fi. C.ex quib.cauſ.infam.irrog. gl.
in l.quid ergo,§.pœna grauior, in verb.
onerasset, in fine, ff. de his qui notant.
infam.vbi Bart. & Bald. ſub n.30.ver.
extra quaro,Caball.reſolut. criminal.d.
caſ.121. num.8. & ſequ. vbi idem di-
20 cit † de relegatis, ſeu confinatis, qui
durante tẽpore confinationis nõ poſ-
ſunt eligi ad honores,ex gloſ.in d.ver.
oneraſſet,verſ.ſi quaras an interim, &

gloſ.in d.l.2.verſ.alia cauſa eſt, in fine,
Bart.& Ang. in l.1. & l.ad tempus, vbi
Io.de Plat.C.de his, qui in exilium dat.
vel ord.mot.lib.10. Gail de pace publica
lib.2.c.10.Marant.ĩ l.is poteſt, n.124.
& ſeq.ff. de acq.hared.Menoc.de arbit.
21 *caſ.330.* niſi† confinatio fraudulenter
procurata fuiſſet, *ad tex.ĩ l.quãuis pro-*
uiſum & ibi Platea, C.de decurio.lib.10.
Anẽd.de exeq.mãd.c.19.ſub n.16.ver.
quartus caſus, & faciũt dicta ꝑ *Caball.*
caſ.172.eod.lib.1. Guttier.pract.ciuil.
lib.1.c.39.per totum, Greg. Thol.d.c.10.
22 *num.3.* & ita † intelligendum eſt *d.ca-*
pitulum Regis Ferdinandi 118. Hoc
23 tamen ſcio, quod† ſi talis officialis cõ-
dẽnatus fuiſſet ob furta, extorſiones,
& barattariam, nunquã conſulerem
Principem, quod eum ad officia aſſu-
meret, non obſtante quod tempus cõ-
demnationis eſſet elapſum, ex regula,
24 quod † ſemel malus, ſemper præſu-
mitur malus.

25 Secundo†intellige niſi Princeps de
eius ſuprema, & reſeruata ptãte id mã-
daret, *ad tex. notab.in l.ſi quis ex gre-*
ge, C. de cohortal.lib.12.& in l.filij, §.Se
nator, ff. ad municipalem, vbi ẽt *gl.Bar-*
tol.et cateri Doctores, Caſtald.de Imper.
q.110.caſu 125.& 322.

26 Tertio†intellige, vt talis cõdemna-
tus ſi officium ſubreptitio modo ob-
tẽtum recipiat, & adminiſtret, puniẽ-
dus erit, *ad tex.in d.l.reus delatus, ff.de*
munerib.& honorib.& ĩ d.l.quicunque,
C.de diuerſ.offic.lib.12.& l.2.C.ſi ſer-
uus aut lib.ad decur. lib.10. l.quiſquis,
C. de cohortal. lib.10. cap.nihil, de elect.
Alberic. in l.qui tum vno, §. qui ad be-
ſtias, ff. de re militar. Pariſ. de Put. de
ſindicat.in ver.inhabilitas, Roman.ſin-
gul.393. Capic.dec.128.n.3. Auendag.
de exeq. mandat.c.19.ſub nu. 16. verſ.
ſecundus eſt, Suarez ſingulariter alleg.
12. num.24.& ſeq.& eſt expreſsè pro-
uiſum per *d.pragmaticã* de anno 1580,
ſecundum quam ego aliàs iudicaui.

27 Quarto † intellige, vt ſimilis con-
demnatus, nec poſſit eſſe aſſeſſor, quia
eadem militat ratio, ad notat.per *Put.*
de ſindicat. in verb. aſſeſſor, fol.mi 68.
28 *& ſeq.* licet † poſſit eſſe Conſultor, vt
dixit *Bald.in Authen.ingreſſi, C.de ſa-*
cr.ſanct.eccl.Auendag.de exequ. mand.
cap.9.ſub num.16. verſic. tertius caſus
eſt, in fine.

29 Quinto † intellige, vt nec etiam ad
officia promoueri poſſit, qui prius ſin-
dicatum nõ dederit, vt in Regno pro-
uiſum eſt ex Regia *Pragmatica 11.ſub*
tit. de Capit. & alijs official. quod cõ-
cordat cum diſpoſitione iuris com-
munis, *ad text. in l. neminem, & ibi*
30 *Doctores, C.de ſuſcept.lib.10.* vbi † ne-
mo debet eligi ad aliud officium, niſi
redita ratione, *Bart. in l.reſcripto, §.*
debitores, ff. de munerib. & honorib. &
in l.1. C.vt omn.iudic.Pariſ. de Put.de
ſindicat. in verb.ſindicatum, & Catal-
din.in ſimili tractatu quaſt.96.Afflict.
in conſtitu. occupatis, in fine, Capiblanc.
de Baronib.pragm.5. num.93. Cabed.
d.dec.84.nu.1. Auil. c. Prator.4.verb.
iuſtitia, num.14. niſi † idem officium,
31 quod adminiſtrauerat reaſſumeret, vt
dixit *Ant.de Ball.in tract.crimin.lib.6.*
quaſt.3.num.4.

32 Sexto†intellige vt ad magiſtratum
non admittatur etiam ſi ob delictum
paſſus fuerit verecundiam, vel etiam
inquiſitus eſſet de crimine publico, ſe-
cundum *Azened.* qui plura congerit
ad hoc *lib.3.tit.9.l.7.nu.13.cum ſeqq.*

33 Septimo † intellige quando ab of-
ficio amotus fuiſſet ob delictum mali
exempli, & ignominioſam cauſam,
ad text. in l. eadem lege, & l.lex Iulia,
ff. ad l. Iul. repetund. ſecundum *Tho-*
loſ.d.cap. 10. num.3. vbi hoc exem-
34 plificat, ſecus†autem ſi ob minimam,
vel excuſabilẽ cauſam remotus fuiſ-
ſet, ſecundum eum, & optimè tra-
dit *Fontanell. in tract. de pact. nuptial.*
clauſ.4. gloſ.10. num.56.p.1. ſubdens

ita

ita fuiſſe determinatum, & ponit quã-
do dicatur parua, vel magna cauſa,
vſque ad num.59.
35 Octauo † intellige ſiue fuerit con-
demnatus in primo iudicio, ſiue in ſe-
cundo, vt dixit *Mier. in conſt.4. Iacob.
ſecundi in Cur. Barcin. col. 4. cap.3.nu.
25. & 26. Fontanell.d.gloſ.10.num.60.
vſque ad 68.*

SVMMARIVM.

1 *Caecus officia, & Magiſtratus admini-
ſtrare prohibetur intellige vt num.8.
9. & 11. & 13. & ibi de ratione, cum
ſequentibus.*

2 *Surdus, & mutus officia gerere non po-
teſt intellige vt nu.3.4.8.12. & 13.
& ibi de ratione cum ſeqq.*

4 *Curator eſt dandus mutis, & ſurdis.*

5 *Infirmi nõ debent officia adminiſtrare,
& nu.17.ampl.d.num 5.limit.nu.6.
& de ratione num.13. cum ſeqq.*

7 *Senectus quando dicatur infirmitas, vi-
de remiſſiuè.*

8 *Caecus an poſſit pro alio poſtulare.*

9 *Appius Claudius Caecus in cõſilijs publi-
cis interueniebat ac in ſenatu ſaueriſ-
ſimam tulit ſententiam.*

10 *Multa facta tenẽt, quae de nouo fieri pro-
hibentur.*

11 *Caecus poteſt per alium ferre ſentẽtiam,
& de ratione, num.12.*

16 *Timoleon Corintus cum ſenio confectus
oculorum lumina ammiſiſſet, nũquã
publicis aut priuatis rebus interue-
niſſe refertur.*

17 *Officium, & munus iudicandi podagrae
infirmitate detempti adminiſtrare
excuſantur, idq. exemplis comproba-
tur, & num.18.*

18 *Petrus Antonius Maſtrillus Authoris
Patruus Praeſes ĩ Regno Neapolis me-
ritiſſimus ob grauiſſimã podagrae in-
firmitatem fuit à Domino Rege excu-
ſatus eique (conceſſo ſalario) ad con-
ſilium accedere quandocumq. permiſ-
ſum, quod exinde cũ ſumma laude in
totum renuntiauit, & nu.19.*

20 *Officialis ob ſenectutem vel grauiſſimã
infirmitatem ſuperuenientem, nõ co-
gitur officium derelinquere, licet prin
ceps benè poſſet ei coadiutorẽ adiun-
gere, & num.21.*

22 *Furioſus etiam quod habeat dilucida in-
terualla non poteſt officium quod an-
te furorẽ adminiſtrauit exercere ſed
dignitatem retinebit, & n.23. & 24.*

24 *Officialis licet ex iuſta cauſa puta infir-
mitate, aut ſimili offi.iũ exercere non
poſſit, tamen illius dignitatem retine-
re permittitur.*

ARGVMENTVM.

Caeci, ſurdi, muti, vel infirmi ad Magiſtratum non admittun-tur, & quid de furioſis.

CAPVT X.

PROHIBENTVR
1 † etiam ad Magi-
ſtratum aſſumi cae-
ci, vt dixerunt *gloſ.
Bart. & caeteri in l.
caecus, ff. de iudic.* &
eſt *tex. cum glo. in l.
infamia, C. de decurion. lib.*10. ibi, *non
etiam ammiſſionis oculorum caſus.* Item
2 † ſurdi, & muti, *ad tex. in l. cum Praetor,
§. fin. eod. titul. l. 1. §. mutus, ff. de tutel.
vbi Bart. num 2. §. item ſurdus, inſtit.
quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam. & l.
1. §. pp caſũ, ff. de poſtuland.* vbi ponũt
rationẽ, latè *Petr. de Gregor. Toloſ. lib.*
47. *Syntagm. iuris, c.9.nu.7. & ſeq. Cu-
ria Piſana c.12.n.2. &* 18. & de ſurdo,
Fontanell. de pact. clauſ.4. glo.10. par.1.
3 *num.56.* vbi hoc † intelligit ſi omnino
ſurdus ſit, ſecus ſi ſurdaſter tantum,
vt quia audiat, ſed tardè, *ad text. in l.
fin. ff.*

Digitized by Google

ſin.ff. de legitim.tutel. & ſubdit ita fu-
iſſe iudicatum, *Burgos de Paz. in l. 2.*
Thaur.nu. 84. tūc enim iudicio carēt,
ad text. in d.§. fin. ſuiſque rebus ſupe-
4 reſſe non poſſunt, & † curatores dan-
tur *ad tex. in* §.1. *inſtit. de curat.* mul-
to ergo minus publica officia, & iudi-
cia huiuſcemodi mutis, & ſurdis cre-
di, commictique poterunt; idemquè
5 dicendum † eſt de infirmis, *ad text. in*
d.§.fin. quem ad hęc adducit *D. Tap.*
in Capit. Regis Caroli, 35. *num.* 5. *fol.*
mihi 116. & ampliat per illum *textum*
in quacumque infirmitate, quę impe-
diat exercitium liberum officij, ſecus
† autem de leui infirmitate, ſecundum
Francū. & Imol. in cap. 2. de renuntiat.
lib.6. Gomeſ. in Reg. Cancell. titul. de in-
firmor. reſignat. q. 28. Azeued. in l. 6. &
6 *9. lib. 3. recopil. tit.* 5. vbi etiam † ponit
qñ ſenectus ſit infirmitas.

8 Hæc † autem intelligenda ſunt an-
tequam cæcus, mutus, ſurdus, & ſimi-
les ad magiſtratū admictantur, vt ex-
preſsè loquitur *tex. in d. l. cæcus, & alia*
iura relata, & dixit expreſſe *gloſ. ibi*,
ſecus autem ſi poſt promotionem fiat
cęcus, mutus, ſurdus, vel aliàs īfirme-
tur, eo enim caſu retinent magiſtra-
tum, *ad tex. ſingularem cum gloſ. in l. 1.*
§. quamuis. ff. de poſtuland. quamuis au-
tem (ait ibi *tex.*) *cæcus pro alio poſtula-*
re nō poſſit, tamen & ſenatorium ordinē
retinet, & iudicādi officio fungitur, nū-
quid ergo & magiſtratus gerere poſſet?
ſed de hoc deliberabimus; eſtat quidem
exemplum eius, qui geſſit; hoc eſt Magi-
9 *ſtratum nouum acceptando; Appius † de-*
nique Claudius cæcus in conſilijs publicis
intererat, & in ſenatu ſeueriſsimam di-
xit ſententiā de Pyrri captiuis non reci-
piendis, ſed melius eſt vt retinere quidē
dicamus iā acceptum Magiſtratū poſſe:
adſpirare autē ad nouum penitus prohi-
beri, idq. multis cōprobatur exēplis, hæc
sūt verba *tex.* ex quibus limitatio no-
10 ſtra ſatis extat probata, multa † .n. (ait
ibi *gloſa.*) facta remanēt, quæ de nouo
fieri prohibētur, *iuxta tex. ī l. patre. ff.*
de his qui ſunt ſui vel alien. iur. idemq.
tradiderunt *Bart. & cæteri Doctores in*
11 *d. l. cæcus*; quandoquidem † poſſunt per
aliū ferre ſententiam, *ad tex. in l. fin. C.*
de ſentēt. ex peric. recitād. Martin. Lau-
denſ. de official. q. 177. *Bolognett. conſ.* 5.
12 *nu.* 10. Quinimo † valent ingenio, & vt
dixit *Cicero* 5. *Tuſcul.* ibi, *intentius cū-*
cta cōtēplantur, quia obiectis non impe-
diuntur, & natura quod in vno ademit,
in altero compenſat, minuſque affectibus
mouentur, id quod maximè in iudice
requiritur.

13 Veritas tñ eſt cum *gl. in d. l. cæcus, &*
tot. titul. extr. de cleric. agrot. vt in hoc
caſu dignitatē retineant, non autē ad-
miniſtrationem, quid.n. determinare
poterit cęcus in his, quę oculorum in-
ſpectione determinādā ſunt? quid pa-
riter ſurdus, & mutus, vel graui infir-
14 mitate detentus? q † propria voce ſen-
tentias proferre tenētur, *ad tex. in l. 1.*
in fi. C. de ſentent. ex breu. recitand. ma-
ximū quidē eſſet incōueniens, & ob id
15 excuſandus † eſſet ab adminiſtratione
officij, dixit *Petr. de Greg. Tholoſ. in loco*
relato n. 7. et 8. et c. 10. n. 19. vbi, *ex Emi*
16 *lio Probo* refert Timoleonē † Corintiū,
cum ætate prouectus eſſet, & ſine vllo
morbo lumina oculorū amiſiſſet, ca-
lamitatem illā ita moderatè tuliſſe, vt
neq. eū quęrentē ipsū audierīt, neq. eo
minus priuatis, publiciſq. rebus inter-
fuerit, de quo ēt *Plutarcus in Pyrro, &*
tex. in l. 1. & 2. C. q morb. ſe excuſ. ſicut
17 pariter † excuſandos eſſe à munere iu-
dicandi eos, (tradit *Tap. in loco relato,*)
q ob podagræ infirmitatē maiori an-
ni parte eſsēt impediti, *ad tex. ī l. poda-*
gra, eo. tit. C. q morb. ſe excuſ. prout ſer-
uatū fuiſſe, ſubdit, in Regno Neapoli-
tano in duobus Regijs Cōſiliarijs, q-
18 bus ego † addo ibidē Petrum Antoniū
Maſtrillū Patruū meū, cui, eo inſtāte,
fuit pariter à Catholico Rege cōceſsū

ſala-

ſalarium,& poteſtas veniendi ad conſilium quandocumq; voluerit ob grauiſſimam podagræ infirmitatem,licet
19 † inde (vt alias dixi) officium in totũ renuntiauerit, & quod de ſalario diximus ſumma eum ratione proceſſit, cũ etenim pro Regis ſeruitio, & ingentibus Tribunaliũ laboribus ſe infirmaſſe appareat, *ad tex. in l.4.§.Richus,ff. de ſtat. liber. l. in rebus commodatis*, §. *poſſunt,ff.commod* iuſtũ,& conueniens erat eis de debito ſalario ſuccurri, aliiſq́. gratijs affici,vt dixit *D.Tap.in loco citato,Peguer.in pract.cap.11.nu.4. & Petr.de Greg.Tholoſ.in d. cap.9.num.*8.
20 ſubdens, quòd † non poterit talis officialis inuitus cõpelli ad ceſſionem officij ex capite, vel prætextu ægritudinis,etiam perpetuæ ſuperuenientis,*ad tex. in cap.ſi.de cleric.ægrot. cap.ſcripſit qualiter, & cap.quamuis triſte*,7.q.1.
21 licet † poſſit benè per Principem(data grauiſſima infirmitate, vel ſenectute) dari coadiutor in officio, ad notat. *in cap. vnic. de cleric.ægrot. lib.6. cap.1.7. quaſt.1.*vbi *Canoniſta Nauarr.in cõſ.1. de cleric. ægrot. Pariſ.conſ.*49.*num.*38. *vol.4.poſt alios Flamin.Pariſ.de reſign. benefic.lib.7.quaſt.*20.
22 Idem † dicendum erit de perpetuò furioſis, *ad text.in d.l.cum prætor, & l. ſed,et ſi ſeruum.ff.de recept.arbitr.* nullum enim negotiũ legitimè gerere poteſt,*ad tex.in l.in negotijs,ff.de reg. iur. Petr.de Gregor.Tholoſ.in loco relato,nu.*
23 12.*& ſeq. & num.*14.vbi† idem ait,eſſe in eo,qui haberet dilucida interualla, addens tutum non eſſe huiuſmodi hominibus commictere Magiſtratus, & probat *ex ll. Hiſpaniarum Azened.*
24 *in l.7.num.3.tit.9.recopilat.* ſi † tamen ſuperueniat furor,retinebit dignitatẽ, nõ adminiſtrationẽ,vt ſupra dictũ eſt.

SVMMARIVM.

1 *Officia duo diuerſa in eodem loco exercere omnibus prohibetur,maximè ſi eſſent incompatibilia, & nu.2. & 19. & de rationibus num.3.vſque ad num.19. ampl.nu.9.limit.nu.20.vſq. ad finẽ.*
3 *Duabus rebus diſtinctis eodem tempore ſimul nemo ſufficiens eſſe videtur, & num.5. & 6.*
4 *Cor ingrediens duas vias exitum non habebit.*
6 *Duas res diuerſas vno tempore excogitando,illas benè explicare quis exinde minime poteſt.*
7 *Res vel negotia plura melius à multis quàm ab vno conficiuntur.*
8 *Manus ideo in plures digitos eſt diuiſa vt ad negotia peragenda celerem expeditionem habeat.*
10 *Officia duo quis obtinendo vnum tantum eligere debet, & quod optauerit exercebit.*
11 *Officia duo ſi quis adminiſtraret,multa incommoda ſequerentur, & nu.12.*
13 *Beneficia duo curata regulariter eodem tempore quis habere non poteſt,& nu. 14.vbi de ratione.*
15 *Honores, & onera æqualiter omnibus diſtribuenda ſunt.*
16 *Officio vno quis contentus eſſe deberet.*
17 *Duorum vices facilè vnus ſuſtinere non poteſt.*
18 *Diuerſitas perſonarum Rempublicã magis ornatam reddere videtur.*
20 *Officia duo poteſt quis ex neceſſitate adminiſtrare, intellige vt ibi.*
21 *Officia compatibilia, vel quæ eodem tempore in exercitio non concurrunt,adminiſtrari non prohibentur, & vide num.2.*
22 *Officia duo quæ ſunt ſine adminiſtratione,uel alterum ſine illa,poſſunt ab oĩbus exerceri,& ibi de ratione.*
24 *Officia duo, quando vnum eſt in titulum,alterum verò in commendã,quis exercere non vetatur.*
25 *Officialis qui duo officia adminiſtrat ſi in vno delinquat, an ſit vtroque priuandus.*

Offi-

*rio.lib.*10.ibi,*digniſſimi meritis,& fa-*
cultatibus, bonus etiam *tex. in c.quan-*
to epiſcopus,24. diſt. & in c. Grandi, de
ſupplend. neglig. prælat. in 6. per quem
3 *tex.* notant omnes,ꝙ† in dandis digni
tatibus ſecularibus ponderatur digni-
tas,ideſt nobilitas, vt dixit *Io.And.ĩ c.*
pen.nu.4.de præbend.& dignitat. vbi ẽt
Imol.in fine, & benè *Io.de Plat.in d.l.1.*
C.de cond. in public.horre.lib.10.& in l.
Cohortalis, infi. C.de cohortal.lib.12.et
in d.Auth. Præſides, C.de epiſc. audient.
Bart.in l.1. nu. 46.§.præterea,C.de di-
4 *gnit.lib.*12. dum dicit, † nobiles in di-
gnitate poſitos eſſe, cum idem ſit no-
biliras ꝙ dignitas, & cõſequenter non
5 † niſi nobiles ad dignirates eligi debẽt,
non autem plebei,qui dignitate carẽt,
ad tex.in d.l.honores,§. is qui, ff. de de-
curion. Luc. de Penn.in l. mulieres, ſub
n.12.verſ.quarto præferuntur,C.eo.tit.
de dignitat. & in l.2. num. 11. C. de ex
6 *act.& execut. eod.lib.*12. ſi quidẽ † no-
biles dignificantur honore,ac diuites,
& potẽtes, vt dicitur 4. *Ethicor.* idẽq;
tradit *Ang.in d.Authent.de defenſor.ci-*
7 *uitat.in princ.* vbi ait,quòd † officia pu
blica potius ſunt danda nobilibus, q̃
popularibus, *ad tex. in d. §. is qui con-*
*firmat, Io. Brid.*10. *Ethicor. q.1. col.3.*
8 dicens,† quòd illi,qui ſunt nobiliores,
cæteris paribus, ſunt alijs præferendi,
quem ſequitur *Cepoll. in tracta. de Im-*
perat. milit. eligend. in c.incip.nobilita-
tis,nu.23.& ſeq. Laudẽſ. in tract.de of-
ficial. domin.cap.38.incip. Magiſtratus
debent, D.Borel. de poteſta.Reg.c.4.nu.
2.Viu.dec.455.nu.2. Alber.optimè in d.
9 *Auth. Præſides*, vbi † nobiliores eligi
debere in Præſides, & Magiſtratus no
tat,idemq; *ibi* cæteri ſequuti ſunt, *An-*
dr.in c.1.in princ.de pac.iuram.firm. dũ
10 dixit, quòd † nobiliores debẽt eſſe illi,
qui ciuitatem regunt, poſt *alios Tira-*
quel.de nobilit.c.20.nu.1.& ſeq. Curia
Piſana,c.12.nu.3.& 20.lib.1. Greg.Lo
pez.gloſ.3.tit.18.p.2. Auil.c.4. Prætor.
ver.le cũple nu.4.& ſeq.Cabed. dec.84.
11 *nu.1.p.2.* In dubio † enim præſumitur
pro nobilitate ad officia gerenda, *ad*
tex.in l.pupillus,§.ſed & ſi per interpo-
ſitam,ff.de authorit.tut.gloſ.ſing.in c.il
lud, diſt. 40. cũ ſimilibus, traditis per
Caſſan.in Cathal.glor.mund.p.8.conſi-
derat.36.Segur.d.c.2.nu.6.Palat.Rub.
in Rubr.de donat.inter vir. & vx.§.9.
n.7.ver.in his enim,Bimi.conſ.103.nu.
42.vol.2.Menoc.de ꝓ ſũpt.lib.6.præſũp.
59.n.10.& eleganter Bonius in tract.de
12 *nobilit.priuileg.*10. ſubdens,† quòd in-
tereſt Reipublicæ gubernari per nobi-
13 les, & non per plebeos, non enim † ſe-
cundum numerum,ſiue ordinem, ſed
ſecundum hominum qualitatẽ, ſeu di
gnitatem ſunt honores cõferendi, nã,
vt dixit *Ariſtot.lib.3. polit. c.*8. Splen-
14 dor,† ac maieſtas ſingularis Reipubli-
cæ accedit, cum ad gubernacula nobi
les ſedent, in quibus ſingularis virtus,
ac generis ſplendor lucet,vnde *D.Th.*
15 *de regimin.princip.* docuit, quod, † vt
facilis ſit gubeinatio publica,tria req-
runtur, ſapientia,ne erretur, potentia
vt quæ decernuntur, in actum produ-
cantur,& familia, ſeu nobilitas,vt cõ-
temptus tollatur, & adſit authoritas;
16 in tantum, quòd † ſi in electionibus,
& alijs actibus voces ſint æquales, &
hincinde numero pares,nobiles pręfe-
runtur, *ad tex.in l. maiorẽ*, ibi, *qui di-*
gnitate inter eos præcellit, & ibi Iaſ. &
alij,ff.de pactis,& poſt *Archid.*dixit *Ca*
poll.in d.tract.de Imperat.milit.in verb.
nobilitatis,n.26.& Caſſan. d. cõſid.36.
vbi tenet poſt *Innoc.& Abb.in c.dudũ,*
17 *de elect.*quòd † maioris authoritatis eſt
vox nobilis,quàm plebei,& ꝓpterea *Bal.*
in cap. per inquiſitionem, nu.5.de elect.
18 voluit, quòd † viles perſonæ nõ debẽt
attẽtare publicos honores,& iniuriam
faciũt dignitati, qui cũ talibus cõmit-
19 tũt, nam † ſicut pulchra ſpõſa requirit
20 pulchrũ ſpõſum, ita † publici honores
requirũt honorabiles perſonas, idẽq;
per

Digitized by Google

per plura iura cõfirmat *Azeued. lib. 6.*
tit. 2. in rubr. num.23. dum ait, quòd
21 † plebei honoribus decurionum fungi
prohibentur, *Decian. reſp. 18. num. 23.*
lib. 1. Guttier. conſ. 31. num. 6. Bellug. in
Specul. Princip. rubr. 26. verb. Princeps,
num. 1. Segur. in Direct. d. cap. 2. dicẽs,
22 quòd † prudẽtia, induſtria, affabilitas,
magnanimitas, magnificentia, docilitas,
& omnes deniq. virtutes in bono,
& iuſto iudice requiſitæ nobilitati famulantur,
ſecundum *Caſſan. in d. p. 8.*
cõſid. 32. Io. de Sylu. in tract. de benefic.
p. 3. q. 7. Bonadill. lib. 1. Politic. cap. 4. nu.
23 *24.* vbi ait, quòd † Iudex nobilis iuris
rigorem tẽperat, eſt humanus, placabilis,
libẽter audit, omnibuſque ſe hu-
24 maniſſimũ præbet; ſicut è cõtra † ignobilis
iudex ſi literis ac virtute naturam
nõ accomodat, eſt grauis, ſeuerus, ſermone
inconditus, inhumanus, nobileſque
opprimere curat, vt vterq. ſtatus
æqualis fiat, quæ in iudice nobile
prorſus ceſſant, cùm nulla adſit cauſa,
obquam humilioribus inuideat, vt dixit
Sarment. lib. 4. Selectar. cap. 16. hanc
eamdem opinionem tenuerũt *Barbat.*
in cap. accedens el 2. vt lit. non conteſt. &
conſ. 45. incip. ſcripſit praclarè in fi. vol.
*2. Cott. in memorab. in verb. nobiles, Corrad.
de decurio. cap. 10. nu. 6. Palat. Rnu.*
in Rubr. de donat. inter virum, & vx. §.
9. num. 7. in fin. Otalor. de nobilit. cap. 4.
p. 2. num. 2. & cap. vlt. §. 1. nu. 9. Auend.
de exeq. mand. princ. cap. 19. num. 17. &
18. Anil. cap. prat. 4. in glo. lecumple, nu.
4. & ſeq. Didac. Perez. l. 1. tit. 1. lib. 4.
*Ordinat. col. 1315. verſ. ſi tamen nobilitas,
& verſ. ſit igitur, Boer. deciſ. 153.*
nu. 32. vol. 1. Surg. de Neapol. illuſtr. cap.
17. nu. 15. Capibl. de Baron. pragm. 10.
nu. 72. Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap.
*16. ſub nu. 11. D. de Pont. de poteſt. proreg.
tit. de elect. offic. §. 5. num. 9. & ſeq.*
Simanc. de Republ. lib. 5. cap. 3. Gramm.
conſ. 6. nu. 11. Molin. de primog. Hiſpan.
lib. 2. cap. 5. nu. 66. D. Carol. Tap. lib. 2.
iuris Regni de official. in Regno cõſt. nu.
15. latè Garſia de nobilit. gloſ. 35.

Idem quoq. apud antiquos ſeruatum
fuiſſe teſtantur Authores graues,
nam *Plutarcus in vita Theſei* ſcribit,
25 † Theſeum primũ nobiles a cæteris ſeiunxiſſe,
illiſque poteſtatẽ feciſſe Magiſtratus
ex ſuo ordine creandi, adminiſtrãdique
leges, tũ pia, religioſaque
interpretandi, ac diffiniendi, idemque
26 † de Romulo tradit *Dionyſ. Halicarn.*
lib. 2. antiquit. Roman. qui ita ſuã Rẽpublicã
conſtituit, vt nobiles ab ignobilibus
ſecerneret, eoſque ſacra perficere,
Magiſtratus gerere, ius dicere, ac
ſecum quoque publica adminiſtrare,
plebeios autem ab huiuſmodi muneribus
ſolutos eſſe iuberet, & ſubdit *in*
27 *eo. lib. 2.* quod † Atheniẽſium Reſpublica
illo tpe florebat, cũ Patricios appellabant
ex illuſtribus familijs, & pollẽtes
opibus, penes quos Ciuitatis regi-
28 men fuiſſet, id quoque † pariter ſequutus
eſt Solõ Rex, qui Magiſtratus oẽs
ex nobilibus, & locupletibus cõſtituit,
& tradit *Ariſtotel. lib. 2. Polit. cap. 8. &*
29 *10.* vbi † nobiles, & ingenuos ſibi rationabiliter
honores arrogare, multaque
30 alia † ad id exempla cumulat *Tiraq. in*
d. cap. 20. num. 5. & ſeq. Otalor. in ſimili
tract. de nobilitat. cap. 4. p. 2. Simanc. de
Republ. lib. 5. cap. 3 num. 9. Bonad. d. lib.
1. Politic. cap. 4. num. 18. & ſeq. vnde
Sanctus Thom. lib. 4. de regim. Princip.
31 ait, † Ad rectam Rẽpublicæ gubernationem
nobiles aſſumendos eſſe, nam
32 de vili loco † aſſumpti ad principatum
vt pluries politicam lędũt, & fuit præ-
33 ceptum *in Deuteron.* ibi; *eligite † ex vobis
viros ſapientes, & nobiles, vt ſint tribuni,*
& *in lib. Machabeor. 1. cap. 3.* ſcri-
34 bitur, † Antiochum Regem ſuis negotijs
pręfeciſſe Lyſiam hominem nobilem,
& ex genere Regio, & propterea
Sot. in tract. de iuſt. & iur. lib. 3. quaſ. 6.
35 *art. 4. concluſ. 6. in fine* dixit, † in magiſtratibus
creãdis generis nobilitatem
exiſti-

36 exiſtimāda eſſe, quia ſplendorem, † &
authoritatis pondus ſecū adfert. Hinc
37 Doctores laudauerunt † conſuetudinē
eligendi nobiles ad Magiſtratus, eāq.
vtiliſſimā eſſe, vt dixit *Auend. de exeq.*
mand. p.1. cap.19. num.18. & de more
38 † Venetorum tradit *Barbat. in cōſ.35.*
lib. 2. & Fulgoſ. conſil. 62. & de more
39 † Neapolitani Regni in electis illius
ciuitatis, *D. de Pont. in tract. de poteſt.*
Proreg. tit. de abund. ciuitat. §.7. nu.19.
ſubdens *ex Alberic. in l.2. §. deinde, ff.*
40 *de orig. iur.* plures † eſſe debere nobiles,
quàm populares, idemque mos eſt in
41 Regno noſtro † in multis Ciuitatibus
circa iuratos, qui nobiles eliguntur, &
præcipuè in vrbe Nobiliſſima Meſ-
47 conſid. 15. licet † malè ſeruetur, & fortè
ex tex. in l. generaliter, §. ſpurij, & in l.
ſpurij ff. de decurionib. relatis p Couarr.
48 pract. quaſt. cap. 19. nu. 6. vbi † ſpurius
quãuis infamis ſit facti, ad dignitatẽ
promoueri poſſe dicitur, ergo infert
Azeued. vbi ſupra, ad officium iuſtitiæ
eligi poterit, cum expreſsè non repe-
riatur prohibitum.
49 Nec debẽt † eligi debitores Reipu-
blicæ, Laudẽſ. de dignitat. q. 27. Capibl.
de Baron. prag. 10. n. 73. Mõtan. de admi.
vniuerſit. pragm. 2. nu. 313. Auendagn.
de exequend. mand. lib. 1. c. 19. ſub n. 16.
ver. nonus caſus eſt, Cabed. dec. 84. nu.
50 25. p. 2. vel filij † hæreticorũ, ẽt recõci-
liatorũ, nã ſatis mala fama redũdat in
filios ex hæreſi, & apoſtaſia parẽtũ, ta-
51 lẽ †. n. eſſe prẹſumiẽ filiũ, qualis fuit pa
ter, vt dixit Simãc. de Inſtit. Cathol. tit.
50. n. 10. cũ plurib. ſeqq. Azeued. ĩ l. 7. n.
1. tit. 9. recopil. Greg. Lopez gl. 1. & 2. l.
4. tit. 29. p. 1. Burg. de Paz. ĩ l. 2. Taur. n.
78. Cur. Piſa. c. 12. lib. 1. n. 8. verſ. neq;
debet, Roxas de haretic. p. 2. aſſert. 32.
& ſingu. 66. quem vide, quia facit pul-
chram diſtinctionem.
52 Debẽt† tamẽ eſſe potẽtes, & nõ ab-
iecti, ſm Peguer. ĩ pract. c. 7. nu. 13. Bo-
53 nad. lib. 1. polit. c. 15. nec ſunt† eligẽdi
criminoſi, vt dixit Burg. de Paz ĩ d. l. 2.
Taur. nu. 50. Azeued. in d. l. 7. nu. 4. &
ſeq. tit. 9. lib. 3. recopil. Affl. in conſt. vt
vniuerſis, nu. 57. Peguer. in pract. c. 2. n.
54 7. vel † Conductores Regiarũ Gabel-
larũ, ad text. in l. decurio, ff. de decurio.
Curia Piſana ĩ d. c. 12. ſub num. 19. vbi
ampliat etiã ad fideiuſſores, & notat
Auẽdagn. c. 12. de exequend. mãdat. nu.
13. verſ. octauum eſt, lib. 2. Pet. de Greg.
Tholoſ. lib. 27. ſyntagm. iur. c. 1. & ſint
55 † in aſpectu graues, ſm Plato. lib. 7. de
Republ. ibi, grauiſſimos homines decet
56 eligere, et quo ad fieri põt † ſpecioſiſſimos,
57 nã forma dignitas † plurimũ auget autho
ritatem, & deformitas minuit, vt dixit
Patricius in lib. 2. de regno Bonad. lib. 1.
polit.

polit.c.8.D.Tap.ĩ loco citato,n.18.Bur-
goſ.de Paz.in l.2.Thaur.n.54.Simã.de
Republ.lib.5.c.13.
58 Rurſus nõ debẽt † ad officia admi-
cti Banniti, vel relegati vt dixit Io. de
Plat.in l.1.C.de his qui in exil. dat. lib.
10.vbi ẽt Ang.Alex.in addict.ad Bart.
in l.1.ff. de gland. legend. Bald. qui de-
clarat in l.2.§.exactis,in addict. & ĩ §.
deinde,in fine,ff.de orig.iur. Ant.Gãm.
deciſ.135.Fab. Ann. in conſ.80. nu.25.
& conſ.94.n.38.& dixi ſupra in cap.9.
59 attamen ſecus erit † caſu,quo eſſent ꝓ
dicto banno guidati à Principe, quia
durante tempore guidatici habentur
pro nõ bannitis,& ceſſare videtur effe-
ctus banni,vt dixit Bald.in l.ſi credito-
res,C.de fideicommiſſ.& l.pen.C. de cu-
rat. furioſ. Caſtrenſ.in cõſ.199.in p.vol.
Vrſill. ad Afflict. deciſ.4. & fortius in
banno ob contumaciã, ſecundũ Bald.
in l.1.de infamib.& ita aliàs fuit deter-
minatum,vt dixit Nepit.ſuper conſuet.
Catinenſ. tit.2.nu.137. quinimo ſecũ-
dùm Menoch.conſ.275.num.54.& ſeq.
60 lib.3.eo ipſo,quòd † bãnitus ad officia
promouetur, cenſetur ex hoc reſtitu-
tus, & remiſſus, dummodo ipſe Prin-
ceps hoc fecerit,aut ipſo ſciente factũ
fuerit,ex Ruin.& alijs per eum relatis,
quos refert, & ſequitur Farinac.de cri
min.laeſ.maieſt.q.116.§.3.nu.139. idẽ
61 erit † ſi eſſet bannitus in vno loco, nã
in alio poſſet ad honores admicti, ſe-
cundum Bal. in d.l.2.§.poſtea,de orig.
iuris,Fel.ĩ c.cũ cõtingat.in prin. de for.
62 cõp.† Nec admittunť cõſanguinei Vin.
63 deciſ.455.nu.1.vel officia † ambientes
& prætendentes, vt latiſſimè explicãt
Azened.in l.1.per totam,lib.3.tit.5.&
Bonadill.lib.1.polit.cap.3.num.65.cum
ſeqq. Simanc. de Republ. lib.6.cap.13.
de quo dixi ſupra c.30.lib.1.in princip.
64 Idemq. dicendum eſt de Iudeis † ſecũ-
dùm Surd. conſ.122.num.9.
65 Præterea, nec † admittuntur ex-
communicati, vt notat Io. Belzin. in
add.ad Abb.in c. ſi duobus,de appel.Rip.
reſponſ.21.tit. de reſcript. Auendag. de
exequend. mand. c.18.ſub nu.16.verſ.
octauus caſus eſt.
66 Poſtremo debẽt † eſſe liberales,& nõ
auari,ne incidãt in extorſiones & con
cuſſiones,vt in Exod.18. expreſſis ver-
bis habemus, ibi, prouide autẽ de omni
plebe viros ſapiẽtes, & timentes Deum,
in quibus ſit veritas,& qui oderint aua-
ritiam,hinc Leo Magnus de paſſione Do
67 mini,ſermone 9. nullum, † ait, eſt in illo
corde iuſtitia veſtigium,in quo ſibi aua-
ritia fecit habitaculum; & faciunt tra-
dita in Authẽ.vt iud. ſin.quoq.ſuffrag.
collat.2. Affl.in conſt.vt vniuerſis,nu.
68 52.in medio,nam † qui quærit locuple-
tari,à iuſtitia animum ſuum auertit,
69 vnde Saluſt.in Catalin. auaritia, † in-
quit, eſt malis imbuta, & corpus, ani-
mumque effeminat, & Cicero de offic.
70 Prætorem † non tantum manus,ſed ocu-
los abſtinẽtes habere oportere,& in orat.
71 pro Milone, nullum, ait, officium tam
ſanctum, nec tam ſolem, ne quod auari-
tia non ſoleat comminuere, aut violare;
72 caput † enim eſt in oĩ procuratione nego-
tij,& muneris publici, vt auaritia pella
73 tur etiam minima ſuſpitio,nec † enim vl-
lum tetrius vitium, quam auaritia præ-
ſertim in Principibus,& Rempublicam
gubernantibus, ꝙ ſequiť D. Ambr. in c.
74 pauper, cuius eſt tex.11.q.3. vnde † ad
Magiſtratum admittendos non eſſe di
xit Burg. de Paz.l.2.Taur.nu.39.The-
ſaur.in præfat. Deciſ. nu.29. Simãc. de
Republ. lib.6.c.2. Petr.de Greg. Tholoſ.
lib.47.ſyntag.iur.c.11.n.16.Bonad.lib.
1.polit.c.3.nu.31.D.Tap.lib.2. conſtit.
Regni, in princ. nu.32. Doctor Mart. in
tract.de Tribunal.vrb.c.6.n.13.
75 Ex prædictis infertur,quod † diſpu-
tare de electione Magiſtratus facta à
Principe nõ eſt incõueniens,vt volue-
runt Canoniſtæ omnes in cap.ſi quis ſua-
76 dente,§.qui autẽ,17.q.4. quando † ta-
men conſtaret,quod eſſet melius, ſe-
cundum

cūdum eos,& præcipuè *Archid.* & ob
77 id quilibet † de populo poteſt impu-
gnare electionem officialium, *ad text.*
in l.ſi reus delatus,§.*vlt.vbi gl.ff.de mu*
ner.& honor. Auendag. de exeq. mand.
78 *lib.1.c.19.num.27.* vbi hoc † intelligit
contra promouendum ad officiū, non
autem cōtra iam promotum , ad not.
per *Rebuf.in l.vni.C.de ſent.quapro eo,*
notab.9.n.9. & notandū eſſe,dixit *Ca-*
bed.dec.112.n.2.p.1. Antibol.de muner.
p.3.nu.69.latè Fontanell.de pact.clauſ.
4.gl.10.p.1.nu.89.cum ſeqq.
79 Secundo infertur , quòd † qualitas
in Magiſtratibus requiſita debet con-
ſtare ante quam nominetur in talem ,
ex *Bar.in l.impuberem.ff.de falſis,Sua-*
rez alleg.12.Auendag.de exeq.mādat.
nu.13.verſ.octauum eſt,lib.2. Curia Pi
80 *ſana c.12.lib.1.nu.10.* ſubdēs,† quòd
neq; ſufficeret , ſi lite pendente ſuper-
uenirent qualitates , *Vinc. de Franch.*
dec.609.nu.3.Cancer.variar.reſol. lib.
3.cap.3.n.109.& 251.Vinc.Ann.ſing.
81 232. & propterea † in Regno,in quo
(vt aliàs dixi) non poſſunt niſi Regni-
colæ ad officia admitti,non ſufficeret ,
82 † ſi poſt obtentum officium Regnico-
83 la efficeretur ex prædictis, licet,† ſi ex-
ceptio talis non opponeretur , & offi-
cialis fuiſſet admiſſus, non poſſet am-
84 plius remoueri,quia† *Turpius eijcitur,*
quàm non admittitur hoſpes,vt notabi-
liter dixit *Luc. de Penn. in Rubr. de de-*
85 *curion. lib.* 10. quod † tamen minime
procedere videretur , ſi qualitas defi-
ciens omnino inhabilem redderet ad
officium prout eſſet caſus propoſitus
ſecūdùm *Azened. ad Curiam Piſanam*
d.cap.12.num.26.lib.1.Caualcan.dec.
40.num.17.part.1.Capibl.de Baronib.
pragm.10.num.78.
86 Tertio infertur quod † pendente li-
te ſuper electione,electus nō debet of-
ficium habere,ſi exercere non inchoa-
uit , *ad text. in l.qui ſtatus , ff.de re*
87 *milit.* ſecus † è contra ſi inchoaſſe , *ad*
text. in l.1.§.pen.ff.nil nou. Auth.cap.
5.prætor. verb.ſuſpendido , num.4. re-
fert,& ſequitur *Cabed.dec.112.in fi.p.*
1.Couarr.latè lib.1.variar.reſolut.cap.
16.nu.11.verſ.ſecūdo,Io.Garſ.in tract.
de nobilit.gloſ.35.num.49.fol.348.&
gloſ.10.nu.3.Fab.de Ann.conſ.80.nu.
21.& ſeq.& conſ.94.num.1.cum ſeq.
88 vbi ait,quòd † buſſula,in qua fuit po-
ſitus,& ab ea extractus , conſtituit ip-
ſum in quaſi poſſeſſione ,ex magis cōi
* Doctorum * reſolutione , quos ipſe
cumulat,*Mōtan.de adminiſtr.vniuerſ.*
prag.2.num.362.& ſequen.Caualcan.
89 *deciſ.37.num.4.par.1.* niſi † tamen ex-
ceptio nullitatis electionis malitioſè
opponeretur, vt interim tempus regi-
minis elabatur,vel ex ſua facie calum-
nioſa apparerer, his enim caſibus , &
ſimilibus minime admittenda eſſet ,
ad tex.in cap.fin.ī fine,vbi gloſa,de iud.
Cabed.dec.84.num.16. & ſequ.part.2.
90 vbi ponit † cauſas, quæ cōtra electum
91 excipi poſſent , vel ſaltim † talis quæ-
ſtio deberet quā citius terminari , an-
tequā tempus adminiſtrationis tran-
ſire incipiat,ſecundum *Bart. in d.l.1.*
92 *ff.de gland.leg.* quinimo † in cauſa
prædicta procedi poſſet etiam tempo-
re feriarum , vt notat *Alexand. in ad-*
dict. ibi. Montan.in loco relato,nu.363.

DE

Digitized by Google

DE PRINCIPIS IVRISDICTIONE, ET IVRIBVS SIBI COMPETENTIBVS

LIBER TERTIVS.

DON GARSIA MASTRILLO,

CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE,
Regioque in Regno Siciliæ Conſiliario Authore.

SVMMARIVM.

1 *Princeps dicitur primus, & ſupremus Magiſtratus, ac aliorum origo, à quo oẽs dependent, imò perpetuus, & generalis Magiſtratus, nu.8. & nu.13.*

2 *Princeps iudex appellatur, & omnium Iudicum ſupremus, & num.3.*

3 *Princeps dicitur miles, & primus omniũ militum.*

Princeps dicitur lex animata, caput Senatus, ac de numero Conſiliariorum, ſub num.3.

4 *Factũ à Senatu, & alijs Magiſtratibus, ab ipſo Principe factum videtur.*

5 *Magiſtratus, & Senatus dicuntur eſſe pars Principis.*

6 *Princeps dicitur maior qualibet poteſtate, & ab eo omnes aliæ dependent, & num.7.*

9 *Magiſtratus appellatione Princeps continetur.*

10 *Magiſtratus qui propriè ſint appellandi, & num. 11.*

12 *Reges ab vrbe condita omnem habuerunt poteſtatem, & iuriſdictionem.*

14 *Princeps, & Magiſtratus ſe inuicem cõparantur, nec inter ſe differre videntur, & num.4.15.16.& 18.*

17 *Leges nihil proſunt niſi Magiſtratus adſit, qui iura reddere poſſit.*

19 *Principis conſcientia vna, & eadem eſſe debet cum conſcientia Magiſtratus.*

20 *Papæ ſcientia vna eſſe debet cum ſcientia cancellarij.*

21 *Prĩceps conſcientiã ſuam Magiſtratibus committit ad iuſtitiã adminiſtrãdã.*

22 *Prĩceps maior eſſe dicitur in honoribus, ac ab oĩbus eſt honorandus, cum maiorem habeat authoritatem, & n.24.*

23 *Princeps ſolus eligit Magiſtratus, & illos deponit.*

25 *Iuriſdictio, & poteſtas ſuprema in quibus conſiſtat.*

26 *Deus vti Princeps omnium cunctos mortales iudicat, quia dicitur Iudex viuorum, & mortuorum, & nu.27.*

28 *Princeps propria perſona iuſtitiã adminiſtrare deberet.*

29 *Regnũ nihil aliud eſt q̃ nobiles ſeruitus.*

30 *Principi cur multa ſpecialia iura à Deo conceduntur, quæ alijs prohibentur, & num.33.& 39.*

31 *Prĩcipes, quos Regia dignitate Imperator fulgere iubſerit, iura Imperij reſeruata in ſuis Regnis ſine alia ſpeciali conceſſione habere dicuntur.*

32 *Prĩcipis ſingularis perſona debet in terris maximè ab omnibus æſtimari.*

Prĩcipis ſpeciales prærogatiuæ nõ poſsũt ꝑtio æſtimari, cũ illæ priuilegia multa oĩbus cõcedere ſoleãt, ſub n.32.et 33.

34 Regalium appellatione cõprahenduntur omnia patrimonialia, & fiſcalia.

35 Fiſcalia bona dicuntur eſſe de menſa Principis.

36 Regalium appellatione quæ veniant.

37 Genus nõ cõprahenditur in enumeratis.

38 Expreſſa quando loco exempli deducta intelligantur.

40 Princeps pro iuribus ſibi reſeruatis in Regalibus, videtur ſubditis operas ſuas conduxiſſe.

41 Princeps an latronum rapinas teneatur de ſuo ſubditis reſarcire.

42 Principis opera alia eſſe non debent, quã inter ſubditos iuſtitiam miniſtrare, & num. 63. & 65.

43 Iuſtitia vbi non habitat, ibi non eſt habitandum.

44 Iuſtitia vbi non eſt, Rex nullus regnare poteſt, nec Ciuitates, & Regna durabunt, & num. 64.

Iuſtitia ſine legibus eſſe non poteſt ſub num. 44.

Iuſtum per leges iuſtum dicitur, ſub num. 44.

45 Status ille Reipublicæ optabilis eſt, in quo ſanctitas, iuſtitia, clementia, & ſapientia vigent.

46 Iuſtitia ſine pietate, & æquitas abſque bonitate crudelitas, ac ſeuitia eſt.

47 Rex per miſericordiam, & veritatem cuſtoditur.

48 Clementia ſola magis Imperatorem commendat.

49 Miſericordia cum iuſtitia optimum reddunt Principem, & Magiſtratum.

50 Templi Salomonis ſculptura quadã per Authorem erudítiſſimè declarantur.

51 Iuſtitia vbi non eſt, nihil aliud ſunt Regna quàm latrocinia magna.

52 Redditus Regni, ad quid deſeruiant, & an Rex præter illos aliud à ſubditis perquirere debeat.

53 Tex. in cap. forma, 22. quæſt. 5. quomodo intelligatur.

54 Rex debet gerere vices vaſſallorum vt quemadmodum iſti iura debita præſtare dicuntur, ſic, & ille iuſtitia debitam omnibus miniſtrare tenetur, & num. 55.

55 Regina Sabba quæ verba dixerit Regis Salomoni.

56 Rex ita tenetur benè regere, & Imperare, ſicut vaſſalli tenentur obedire.

57 Rex quare ſic appelletur.

58 Fidelitas, ſubuentio, & Tributi ſolutio ſoli Principi benè regenti præſtari debent, & n. 59. & 60. & ibi de ratione.

60 Via Regis debet eſſe via iuſtitiæ.

61 Iuſtitia Regis quæ bona operetur, & num. 73.

62 Princeps iuſtitiam vendere prohibetur, & nihil ſubditos ſoluere pro ea conſequenda curare debet, & n. 63. & 64.

65 Principis boni decus, & honor non quærit vtilitatem.

66 Principis theſaurus nõ eſt fiſcus ſed ſubditi benè ſe habentes.

67 Auaritia, & cupiditas in Principe eſt deteſtabilis, & ibi de ratione.

68 Regi ac Principi qualitates neceſſariæ quæ ſint remiſſiuè.

69 Reges, & Principes maxime decet eſſe iuſtos, & iuſtitiam colere, & nu. 71.

72 Reges, & Principes cũ ex officio ad multa teneantur, potius alijs quàm ſibi nati videntur, & nu. 73. & nu. 79.

74 Regis honor iuditium, & iuſtitiam diligit, maxime ſi rectè viuitur erit cum Deo.

75 Deus amat iuditium, & iuſtitiam, bonos remunerat, malos autem eorumq. ſemen caſtigat.

76 Reges, & Principes erga Deum pietatem ac religionem oſtendentes maximo honore afficiũtur, ſic impietate gloriantes vti peſſimi peribunt, & nu. 77.

77 Reges, & Principes bonos ſicut minores iniurias ſubditis illaturos eſſe ſperatur, ita illis populi minus inſidiari videntur, qui erga Deum religionem obſeruare dicuntur.

78 Reges curare debent vt populi in pace benè viuant, & num. 71. & 79.

Antio-

Digitized by Google

80 *Antiochus Aſiæ Rex ſũmus iuſtitiæ amator quid circa illam obſeruandam populis ſuis ſcripſiſſe refertur.*
Reges quemadmodum populis dominantur, ita leges, & ipſa æquitas illis præeſſe deberent, ſub num. 80.

81 *Emanuel Filibertus Subaudiæ Dux leges, & æquitatem obſeruaſſe videtur.*

82 *Traianus Imperator cum Pratori iuſtitiæ inſignia commendaſſet, quid illi ſtatim præceperit.*

83 *Reges AEgiptij Magiſtratibus iureiurando iniungebant, ne ſuis iniuſtis mandatis penitus obedirent.*

84 *Antigonus Rex Præſidibus ordinabat, ac miniſtris præcipiebat ne ſua decreta executioni mandarent, ſi illa contra iuſtitiam eſſe reperiebant.*

85 *Regis, & Principis boni, & optimi vera forma, & regula quæ ſit.*

86 *Principi licet omnia ſint licita tamen propter iuſtitiam multa licere non videntur.*

87 *Princeps in omnibus rebus ad diuinam voluntatem ſemper aſpicere debet.*

88 *Principes debent eſſe prudentes.*
Principes ſancti eſſe deberent, ſub n. 88.
Principes bonos ac eruditos conſultores habere debent, ſub num. 88.

89 *Principum aulæ ſapientiæ, & pietatis, ac virtutum gymnaſia eſſe deberent, vnde omnes exemplum ſumere poſſent.*

90 *Principes quales in Republica viuunt, tales eſſe ciues exiſtimantur.*

91 *Princeps debet vt currus ſubditorũ onera portare, illiſque vt auriga rectam viam ſemper oſtendere.*

92 *Principis boni mores, quorum exemplo populus refrenatur, non ſatis laudari poſſunt.*
Principes, & Magiſtratus ſi ſunt mali quomodo malos punire poſſunt ac rectam iuſtitiam adminiſtrare, ſub numero 92.

93 *Iuſtitia opus ſacrum, & ſanctum eſſe dicitur.*

94 *Princeps iuſtus abſque impietate firmatur.*

95 *Princeps ſeu Rex malus omnium vitiorum ſeruus eſſe dicitur.*

96 *Princeps ſi eſt malus, melius à nullo Regi, quam ab illo gubernari expediret.*

97 *Rex tunc nomen Regis meretur, cum bona, & recta operatur, ſi vero malus apparet, Regis nomen ammittit.*

98 *Reges iuſtitiam adminiſtrantes à populis diliguntur, & honorantur.*
Principi nil tam proprium eſſe videtur quàm iuſtitiæ opus, & æquitatis, ſub num. 98.

99 *Principes mali in iuſtitia adminiſtranda, & qui pupillos ac viduas non defendunt, nec illorũ cauſas intelligũt, à Deo acerrimè puniuntur.*

100 *Reges, & Principes, ac Prælati ſeu Magiſtratus mali propter peccata populi à Deo permittuntur.*

101 *Magiſtratus, & officiales quare à Principe conſtituuntur.*

ARGVMENTVM.

Princeps an ſit de Magiſtratu, & quæ ſibi competant.

CAPVT I.

1 PRINCEPS † primus Regni ſui Magiſtratus, & origo aliorum, qui ab eius poteſtate pendent, nuncupatur, ſecundùm *gloſſ. in l.* 2. *in verbo, Magiſtratus, ff. de adopt.*
2 & habetur *in lib. indic.* vbi † principes iudices dicuntur, quibus conferunt, *text. in Authent. conſtit. qua de dignit.* §. 1. *gloſ. indici, l. ſi quis decurio, C. de decurio. lib.* 10. *And. in cap.* 1. *num.* 64.

Quæ ſint regal. Bald. in cap. 1. Quis di-
cat. Dux, March. in verb. à Principe So-
tus de inſt. & iur. lib. 5. quæſt. 4. art. 4.
verſ. ad quæſtionem, Luc. de Penn. in l.
contra publicam, num. 67. C. de re milit
lib. 12. & in l. 1. num. 17. C. ne ruſtic. ad
3 vll. obſeq. lib. 11. vbi aſſerit, quòd † non
ſolum ſit Iudex, & miles, ſed omnium
militum, omniumq. Iudicum ſupre-
mus, & lex animata, caput ſenatus, &
de numero conſiliariorum, ad tex. ĩ l.
ius ſenatorum, C. de dignitat. lib. 10. l.
quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. Afflict. ĩ c.
1. ver. poteſtas, num. 1. Quæ ſint regal.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 8. §.
3. verſ. nunquid, in addict. num. 24. &
idem in cathal. glor. mund. 5. par. conſid.
24. verſ. 71. & conſid. 33. Gramm. vot.
28. Landenſ. de cõſiliar. quæſt. p. & 26.
Montal. in l. 50. tit. 6. par. 1. verb. Fran-
quas, verſ. pro contraria parte, Petr. de
Greg. Syntag. iur. par. 3. lib. 47. cap. 20.
num. 6. verſ. proinde, & num. 9. Auend.
de exequ. mand. cap. 1. num. 7. Conarr.
praticar. quæſt. cap. 1. num. 9. Bonadill.
lib. 1. politic. cap. 1. num. 21. Cacher. in
4 Proœm. deciſion. num. 2. idcirco † factũ
à ſenatu, & alijs Magiſtratibus, factũ
cenſetur à Principe, cum inuicem cõ-
parentur, gloſ. vnic. in l. non ambigitur,
ff. de leg. Bimi. conſ. 103. num. 8. vol. 2.
5 ſicut, & Senatus † pars Principis dici-
tur, l. quiſquis C. ad l. Iul. mureſta. Ca-
cher. vbi ſupra nu. 1. Fontanell. de pact.
6 nupt. clauſ. 3. gloſ. 1. num. 4. vnde † ma-
ior eſt qualibet poteſtate, vt dixit Bal.
7 in cap. 1. col. 5. Hic finit. lex, & ab † eius
poteſtate omnes aliæ poteſtates pro-
grediuntur, ad tex. in cap. fundamenta,
§. 1. de elect. in 6. l. vnic. ff. ad l. Iul. de
ambit. Bart. in l. 1. num. 15. ff. de iuriſd.
omn. iud. Luc. de Penn. in l. 1. C. de priui.
ſchol. lib. 12. Camil. de Curt. de feud. p. 1.
8 §. poteſt quoque num. 4. quinimo † per-
petuus, & generalis Magiſtratus dici-
9 tur, & in Magiſtratus † vocabulo com-
prehenſus, nam vt dixit Ariſtot. lib. 4.
10 polit. cap. 15. ij ſunt † appellandi Magi-
ſtratus, quibus eſt conceſſum ius deli-
berandi, & ſtatuendi, ſeu inhibẽdi; hęc
autem Principi maxime competunt,
ad tex. in l. 1. ff. de conſtitut. Princip. &
clarius dicit text. ĩ l. 2. §. poſt originem,
iũcto §. qđ ad Magiſtrat⁹, ff. de orig. iur.
ibi, poſt originẽ iuris, & proceſſum cogni
tũ, cõſequens eſt, vt de Magiſtratuũ no-
minibus, & origine cognoſcamus, Ma-
11 giſtratus † enim dicuntur qui iuridicun-
do præſunt, deinde quòd Magiſtratus
12 attinet, ſubiungit, initio † ciuitatis hu-
ius conſtat Reges omnem habuiſſe pote-
13 ſtatem, & ſic apertiſſimè Regem † ap-
pellauit Magiſtratum, idemq. tenue-
runt Bart. Dec. & cæteri ĩ l. 1. ff. de iu-
riſd. omn. iud. ĩ princ. Guerin. Piſo. ĩ l. 1.
ff. de offic. eius, num. 42. Feneſtell. de
Magiſtra. cap. 1. ibi, ne Reges quidem,
aut Conſules, aut alius quiſpiam Magi-
ſtratus incõſulto Senatu aliquid moli-
retur. Affl. vbi ſupra, num. 2. verb. prin-
14 ceps autem, & in nullo differre † viden-
tur Princeps, & Magiſtratus tã in lege
condenda, quàm in exequẽda; ad tex.
in l. humanum, C. de leg. vbi Imperator
15 † Procerum, & Senatorum delibe-
ratione ad cõſtitutionem legis proce-
16 dit, l. 1. ff. de leg. & ita in eius † exequu-
tione Magiſtratus videlicet eã in me-
17 lius producere valent; parum † enim
eſſet iura cõdere, niſi ſint, qui iura red
dere poſſint, ad tex. ĩ d. §. poſt originem
18 & † ob id equales eſſe, dixit Vlcur. de
regim. mund. par. 4. quæſt. 1. princip. nu.
19 13. & 14. quia † conſcientia Magiſtra-
tus vna eſt cum conſcientia Principis,
ad text. in cap. cum dilecta, de reſcript.
20 vbi Innoc. ſubdit quòd † ſciẽtia Papæ,
& eius cancellarij vna eſt, & proinde
21 † Princeps conſcientiam ſuam Magi-
ſtratibus cõmittit, vt in pacifico ſtatu
ſubditos teneant, reddẽdo vnicuique
22 quod ſuum eſt, licet † Princeps maior
ſit honore, iuxta illud Apoſtol. Deum
timete, Regem honorificate, ſubditi eſtote
omni

Digitized by Google

omni humana creatura, ſiue Regi tamq̃
præcellēti, c. ſolita, de maiorit. & obed.
& ſit dñs omniū, ad text. ī l. depræca-
tio, ff. ad l. Rod. de iact. & demum ma-
23 iorē authoritatē habeat, cū † ipſe Ma-
giſtratus eligat, & deponat, vt in Au-
thent. de iud. §. & vt nulla, cū ſimil. de
quibus latè ſupra, lib. 1. c. 1. eoq. per-
tinet id, quod Zelēchus in prohem. le-
24 gum ait, cunctos † oportet obbedire legi-
bus, Principes uereri, eiſq; aſſurgere,
& quod præcipitur facere, ſiquidem poſt
Deū proximis honoribus afficiūtur pa-
rentes, leges, ac Principes apud homines,
qui mentē havēt, & incolumes agere ſtu-
dent, idēq; dixit Charondas ī prohemijs
legum, & Plutarcht. u Temiſtocle, vbi
Artabanus cū Temiſtocle loquēs, in-
quit, hoſpes vobis propoſitū eſt libertatē
atq. æqualitatē maximè admirari, nobis
vero ideſt Perſis, cum multæ atq. pul-
cherrimæ ſint leges, illa oīum honeſtiſſi-
ma eſt obſeruare, Regē ſimulacrūq. Dei
oīa ſeruantis adorare, ſi igitur noſtris le
gibus parere volueris, Regemq. adorabis,
fas erit tibi intueri Regē, atq. alloqui,
ſin aūt tibi alia mens eſt, inter nuntijs
tibi cū Rege vtendū erit, nō enim patriū
eſt Regi hominē minus adorantē audire.
25 & propterea ſuprema † ptās verſatī in
cōponendis litibus, in delictis puniē-
dis, vigilātia in ſubditos, vt ait Ariſt.
lib. 1. œconom. Andr. in c. Imperialē, §.
præterea, nu. 80. de prohib. feu. alie. per
Fed. Capibl. in prohem. de Auth. Baro.
num. 56. pro quo allegatur text. in §.
itaq. Deo in auth. vt iud. ſin. quoq. ſuff.
Bellug. in Spec. rub. 8. & reddēdo cui-
que quod ſuū eſt, ad tex. ī c. quo iure,
26 8. diſt. c. 1. de off. ordin. Hinc † Deus
Princeps oīum abſolutè oēs gētes, &
mortales iudicat, ad tex. ī c. 18. in Ge-
27 neſ. Iudexq; eſt † viuorū, & mortuo-
28 rū, vt in actis Apoſtol. c. 10. Idq; † pro-
pria perſona per Principes fieri debe-
re, vt infra c. 5. latius explicabimus. vn-
29 de ex Antigoni ſententia, † nil aliud eſt
Regnum, q̃ nobilis ſeruitus, & ob id
30 † multa ſpecialia iura, quæ alijs omni-
no interdicuntur, ſibi tamq̃ ſupremo
Principi, eiuſq; fiſco in ſignū ſupremę
præeminentiæ ob immēſi laboris pręmia, & publicæ vtilitatis cōmoda ad
Regiā dignitatē, & maieſtatē cōſeruā-
dam tendentia, competere dñr, ſecun-
dum Andreā Rauen. Bald. præpoſ. Lau-
deuſ. & cæteros in d. c. 1. Quæ ſint reg.
Affl. in conſt. ea, quæ ad decus, in princ.
Corſet. de poteſt. Reg. q. 49. Boſſ. de Re-
ga.. nu. 1. Auend. de exeq. mād. c. 4. nu.
20. p. 2. Otalor. de nobil. p. 1. c. 1. Aluar.
Velaſc. de iur. emph. q. 9. Petr. de Greg.
de cōceſſ. feud. p. 7. q. 5. nu. 1. Rol. cōſ. 1.
n. 153. vol. 2. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n.
7. Pereg. de iur. fiſc. lic. 1. tit. 1. n. 4. Ferr.
31 Mont. de feud. c. 7. vbi ait, q † illi, quos
Imperator Regia dignitate eminere
iuſſerit, vel alios Reges, & Principes,
hæc iura Imperij reſeruata in ſuis Re-
gnis ſine alia conceſſione habere dñr,
Cepoll. de ſeruit. ruſt. præd. c. 28. de por-
tu, nu. 2. Pereg. d. tract. de iur. fiſc. lib.
1. tit. 2. nu. 76. quod iuſta rōne factū
32 fuiſſe affirmādū erit, cū enī † Princeps
ſingularis perſona cōſideretur in ter-
ris, Auth. habita, C. ne fil. pro patr. ibi,
Deo, & nobis eius miniſtris, vbi Bal. &
in l. 1. C. de iur. aur. anul. Iacobi. in Rub.
de iuriſd. omn. iud. n. 7. in 5. tēpor. Frāc.
Parmen. in tract. de priuileg. fiſ. q. 1. col.
pen. in fi. propterea multa ſpecialia, &
particularia ei dēnt, huiuſmodi autē
p̃tioſa ſunt, & magni exſtimant̄, eaq.
ſola tribuūt nobilitatē, dignitatem, &
alia priuilegia, de quib⁹ p̱ Bart. in l. 1.
col. vlt. ver. ciuitas verò, C. de dignit. lib.
12. Guid. Pap. dec. 385. Caſſan. conſ. 64.
33 in tantum q† non pñt pretio numera-
rio æſtimari, And. in c. 1. §. cæteri, Quis
dicat Dux, vel March. & in c. 1. §. præ-
terea, p̱ quos fiat inueſt. Luc. de Pen. in
l. mulieres, col. 2. verſ. quarto ex comita-
tu, C. de dign. lib. 12. Decian. conſ. 2. n.
167. vol. 1. hinc dixit Andr. in d. cōſt.

ea

34 ea quæ ad decus,quod † verbū,Regali-
bus,cōprehēdit oīa patrimonialia, &
fiſcalia,ſequit̄ Liparul.in add.Rub.quæ
ſint regal. in add. magna lit. L. Camer.
in c. Imperialem, col.3.fol.37. de proh.
feud.alie.p Feder.Bal.in c.1.n.8.Epiſc.
vel Abb. Bart.in l.ſi vacātia, C.de bon.
35 vacant.lib.10. vbi addit,q† fiſcalia de
menſa dñi, Luc.de Penn.in l.1.col.5.C.
de priuileg.ſchol.lib.2. Crauet. cōſ.128.
nu.5. & licet in tex.d.c.vnici,de Regal.
36 aliqua tantū Regalia enumerentur,&
inter cętera ptās hæc creādi Magiſtra-
tū,vt latiſſimè examinat Regner. Sex-
tin. de regal. lib. 2. c.15. nu.4.cum ſeq.
ideoque ea tantum eſſe Regalia dicat
Velaſc.in d.tract.de iur.emph.q.9.cęte-
ra verò ad Regis ptātem pertinere;ve-
rum & alia his ſimilia minime excludi
aſſeuerat And.ibi,num.3.niſi militaret
alia rō, ad not.per gl. in l. cum Prætor,
37 in ver. videtur,ff.de iud. & genus † nō
taxatur in enumeratis, ac expreſſa lo-
38 co † exempli deducta reperiuntur, vt
notant Affl.& Aluar.ibi in prin.Iacob.
de feud. in ver. feudum,n.4.Cabed.dec.
42.n.2.p.2.vbi hoc ex ordinationibus
illius regionis euidētiſſimè conuincit.
39 Hæc† aūt,non niſi,vt Rex iuſtitiam fa
ciat ſubditis conſtituta fuēre, ſecūdū
Affl.in Rub.quæ ſint regal.nu.7.& dec.
265. nu.81. Do.de Pont.in tract. de po-
teſt.Proreg. tit.de Tract. nu.11.in tan-
40 tum, q† Princeps operas ſuas condu-
xiſſe videtur pro iuribus his regalibus
ſibi reſeruatis, ad text. in l.1. ff. locat.
And.in conſt. Regni, ſuper inciſionibus,
col. 3. in c. 1. de pac. tenend. & in cap.
41 1. ver.vectigalia, inde eſt,q† latronū
rapinas teneatur ipſe ſubditis de ſuo
reſarcire, vt dixit idem And. in c.1. §.
nauigia, de ſtatut.& conſuet. contr. lib.
eccl. & in conſtit. Regni, Damna clan-
deſtina, Cancer. variar.reſolu.lib.2.tit.
2.nu.91. D.Borell. de præſt.Reg.c.11.
42 nu.55. opera† enim Principis alia eſſe
non debēt,q̄ inter ſubditos iuſtitiā mi
niſtrare, vt boni inter malos quietè vi
uant,& mali coarceātur, c. nō fruſtra,
23.q.5. l. quidam exiſtimauerunt, ff.ſi
43 cer.pet. & vbi† iuſtitia, nō habitat ibi
44 quoque non eſt habitandū, nam † ci-
tra eam nullus Rex eſſe poterit;neque
iuſtitia citra legem, iuſtum enim per
legem iuſtū eſt, lex autem efficiens cā
iuſti,vt dixit Diotogenes ī lib.de Regno,
45 illeq; † (teſte Polib.lib.6.) Reipublicæ
ſtatus optabilis, & firmus eſt, in quo
& priuatim,ſanctè,innoxièq; viuitur,
& publicè iuſtitia,clementia,ac ſapiē-
tia vigent, vnde D. Pet.Criſegon.ſerm.
46 145. dicebat, q † ęquitas ſine bonita-
te ſeuitia eſt,& iuſtitia ſine pietate cru
delitas, & in Prouerb. c.20. miſericor-
47 dia† & veritas cuſtodiunt Regē,& robo-
ratur clemētia thronus eius, vnde Gre-
gor. Naz. in oratio.ad ciues & Princip.
ait, nihil tibi ſit, vt pp ea inducas aīam
aliquid admittere, qd à Principis beni-
gnitate abhorreat;nihil cōmiſerationem,
animiq. manſuetudinem excludat; non
temporis acerbitas, non metus,non ma-
ioris præfectura ſpes, non audacia,& a-
ſperitas opibus, & gratia florens, & ob
id Vulcac. Gallica & Senec. de Clemen.
48 c.3. Nihil optimè (dicebat) † eſſe,quòd
Romanum Imperatorem magis comen-
59 det, q̄ clementia; quæ † quidem ſimul
cum iuſtitia optimum reddunt Prin-
cipem, & Magiſtratum, ſecundum
Perier. in Hiere. lib.26.cap. de apibus
ibi, Qui in obeundis vitæ officijs,nō ma
gis iuſtitiæ aculeum,q̄ dulcem mellis cle
mentiam oſtentare debeant, latè diſcu-
tit Io. de Torres Societatis Ieſu in ſua
Philoſoph. moral. lib.7.c.8. & Capibl.
in probe.tract.de author.Baro.nu.51. &
50 ſeq. ſubdens,† eò pertinere ſculpturas
illas,quas myſteriosè Salomon inter
tres angulos Baſium ſuſtentantiū ma
re figurandas curauit, erat.n. in ipſis
Baſibus ex vna parte aſpectus Cheru-
bin,ex alia Leonis, & ex altera Bouis,
mare ab his ſuſtinebatur (hęc eſt figu-
ra)

ra,) figuratum mare mundus eſt, iux-
ta dictū *Profeta, hoc mare magnum eſt,*
aquę ei⁹ sūt populi multi; *iuxtà illud,*
Aquæ multæ populos multos deſignant;
Baſes ſuſtinētes mare, ſunt Principes
& ſuperiores regentes populos, in iſtis
Baſibus, ideo ſculptę ſunt tres illę ima
gines, Cherubin enim pro ſapientia
ponitur; Bos pro clementia, & man-
ſuetudine, Leo pro iuſtiria pingitur;
quod ſi vna ex his careat ſuperior, nō
dicetur vtiq. iuſtus, & ſuſtentabilis, &
ex his vna debet aliam infirmare cum
ſapientiæ condimento, ad tradita per
Luc. de Pen. in l. 1. nu. 44. & 48. C. de
deſerto. lib. 12. cum ſimil. quibus ſemo-
51 tis nil aliud † ſunt regna, quàm latro-
cinia magna, ſm *Auguſt. de ciuit. Dei,*
hinc *And. in d. conſt. ſuper inciſionibus,*
poſt D. Tho. in opuſc. 21. & in 2. 2. q. 63.
52 ait, quòd redditus † Regni, quos Rex
hēt, ſunt ſtipendia, quaſi ad hoc con-
ſtituta, vt iuſtitiam faciat in terra Re-
gni, & ꝙ ex illis viuentes à ſpoliatione
ſubditorum abſtineāt, idq; ſecundum
Theologos probari ait, *in Epiſt. ad Ro-*
ma. c. 13. ibi, *ideoque ſubditi eſtote non*
ſolū propter iram, ſed etiā propter cōſcie-
tiā, ideo enim & tributa præſtantes &c.
& ex noſtratibus *Luc. de Penn. in l. ne-*
minē, C. de ſuſcept. & archar. lib. 10. idē
And. in c. 1. de pac. tenend. & in c. 1. ver.
vectigalia, quæ ſint regal. Affl. d. deciſ.
265. *num.* 80. & 81. refert, & ſequitur
Tholoſ. de Republ. d. l. 6. c. 6. ſub nu. 5. &
53 hoc eſt illud, quod dr̄ de † domino,
qui debet gerere vices vaſſalli, *ad tex.*
54 *in c. de forma, 22. q. 5.* nam † ſicut vaſ-
ſallus præſtat iura, quæ tenetur Regi,
eadē rōne Rex debet præſtare ſubdito
ea, ad quæ ipſe ſibi tenetē, videlicet red
dere iuſtitiam, *c. Regum 10. lib. 3. verſ.*
55 *quinto,* vbi Regina † Sabba ſalutando
Salomonem ait, *ſit dominus tuus bene-*
nedictus, cui complacuiſti, & poſuit te
ſuper thronum Iſrael, eo quod dilexerit
dominus in ſempiternū, & conſtituit te
Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiā,
& *Hierem. c. 22. Audi verbum Domini*
Rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid
tu, & ſerui tui, & populus tuus, qui in-
gredimini per portas iſtas, hæc dicit Do-
minus, facite iudicium, & iuſtitiam, &
liberate vi oppreſſum de manu calum-
niatoris, idēq; de iuſtitia debitia ſub-
dito tradit *Luc. de Pen. in l. iudices, col.*
vlt. C. de dignit. lib. 10. Fulg. conſ. 20.
in fi. vbi ait hāc eſſe cōem * opinionē,
Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. nu. 10. &
tit. 2. Tuſc. concl. 333. ver. Rex. Aluar.
in Spec. Pontif. & Reg. c. 54. nu. 7. & n.
20. verſ. vnde conſtituti ſunt redditus,
56 & propterea † ſicut vaſſallus tenetur
benè obedire, ita obligatur ipſe benè
imperare, & regere, vt dixit *Bal. ī Rub.*
de rerum diuiſ. & in §. ſi dominus, in
princ. de nou. forma fidelit. Auil. in proh.
c. Prat. verb. ſeruitio & verb. regimēto,
57 vbi ait, ꝙ † Rex dicitur, quia populū,
& Regnū regere debet, quod per iuſti-
tiam fieri tradit *Iſidor. in lib. Clement.*
58 *Montal. l. 5. tit. 1. p. 2.* Inde eſt, ꝙ † iuſti-
tiam facienti, & benè regēti rectè de-
betur fidelitas, ſubuentio, & Tributi
ſolutio, *c. ſi apud, 23. q. 5. cap. ſi tributū,*
59 *11. q. 1.* quod † ſi nō faceret, poſſent ſi-
bi denegari introitus Regni, *And. in*
c. 1. de milit. vaſſ. qui cont. eſt, quini-
60 mo † nec tunc dici poſſet Princeps, ac
verus dn̄s, ſecundum *Affl. d. dec. 265.*
nu. 76. & ſeq. & via regia dicitur via
iuſtitiæ, *Luc. de Pen. l. 1. C. de conduct.*
& procur. lib. 11. & optimè docuit *Ci-*
prian. de duodecim abuſionibus, dicens,
61 quòd † iuſtitia Regis pax eſt populorū,
tutamen Patriæ, immunitas plebis,
munimentum gentiſ, cura langorum,
gaudium hominū, temperies aeris, ſe-
renitas maris, terræ fecunditas, ſola-
tium pauperū, hæreditas filiorum, &
ſibimetipſis ſpes futuræ beatitudinis,
62 in tantum ꝙ † iuſtitiam vēdere prohi-
betur, *vt in conſtitut. Regni, Magiſtri*
63 *Camerarÿ,* nec permittere dēt, † quòd
ſubdi-

ſubditi aliquid ſoluant pro ea conſe-
64 quenda, cũ gratis † illã miniſtrare te-
65 neatur, honor enim boni Prĩcipis † nõ
requirit vtilitatem, vt dixit *Federic. de
Sen. conſ. 185. ĩ fine, verſ. & poſito quod*
66 *renocatio*, & theſaurus † Principis non
eſt fiſcus, ſed ſubditi benè ſe habẽtes,
ſecundũ *Bald. cõſ. 404. nu. 5. verſ. qua-
dã ergo lib. 5.* vbi ait, quòd † cupiditas,
67 & auaritia in Principe eſt deteſtabilis,
eo qđ ipsũ facit incidere in tirãnidẽ,
ſequitur *Card. Tuſc. d. concl. 679. verb.
Prĩceps, nu. 9. Rolan. conſ. 1. nu. 101. &
ſeq. lib. 1.* maximè ſi liquore miſericor-
diæ temperata non ſit, *ad text. notab. ĩ
cap. oĩs, 45. diſtĩct. Doct. ĩ cap. grãdis, de
ſupplend. neglig. prælat. Aluarez. d. cap.*
68 *54. n. 40. & ſeq.* vbi † refert qualitates
Regi neceſſarias pro rectè adminiſtrã-
69 do, & *num. 47.* ſubdit, quòd † maximè
decet Reges eſſe iuſtos, & ĩ ſuo Regno
70 iuſtitiã obſeruare, quia † ſine ea Ciuita
tes, & Regna durare nõ poſſunt. Hinc
D. Gregorius lib. 7. Epiſt. 120. ſcribens
ad duos Reges Gallos Theodoſium,
71 & Theodobertum ait, *Summum † ĩ Re-
gibus bonum eſt, iuſtitiam colere, ac ſua
cuiq. iura ſeruare, & ſubiectis nõ ſinere,
quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum
72 eſt cuſtodire.* Ad † multa quidem
tenẽtur Principes vt publica perſona,
alijs enim, & nõ ſibi nati ſunt, vt opti-
mè ſcriptũ reliquit *D. Ambroſius lib. 1.
73 offic. cap. 28. Magnus*, † ait *iuſtitiæ
ſplendor, quæ alijs potius nata, quàm ſi-
bi, communitatem, & ſocietatem noſtrã
adiuuat, excelſitatem tenet, vt ſuo iudi-
tio oĩa ſubiecta habeat, opera alijs ferat,
pecuniam conferat, officia nõ abnuat, pe-
ricula ſuſcipiat aliena:* & propterea di-
74 citur *ĩ pſalmo 98. Honor † Regis iuditiũ
diligit*, quod declarat *Baſilius* his ver-
bis, *Honorabile hoc Regem redit, quòd
iuſtitiã diligit, maximè ſi, vt decet, vni-
75 tus erit cum Deo, † qui amat iuditium, &
non derelinquet ſanctos ſuos, in æternum
conſeruabuntur, iniuſti punientur, & ſe-
men Impiorum peribit, iuſti autem hære-
ditabunt terram, & inhabitabunt in ſe-
culum ſeculi ſuper eã;* vnde *Cyrillus lib.
de recta fide, Glorioſa*, inquit, *in Deum
76 pietas † regijs honoribus immobile funda-
mẽtum, impij Reges miſeri, ac mali ma-
lè pereunt contra verò pietatis cultores
ſine labore vincere ſolent, et aduerſarijs
prævalere*, & obid *Ariſtot. lib. 5. polit. c.
77 11. Iurandum eſt Regi † atq; ẽt Tyranno
vt Deũ, religionemq. ſemper egregiè co-
lere videatur, nam minus iniuriã homi-
nes à talibus hominibus metuunt, cum
Principẽ religioſum eſſe, ac Deum vereri
putãt, minuſq. inſidiantur ei, qui Deum
auxiliatorem habere videatur*, & *Diuus
Thomas opuſc. 20. de regimin. Principis
78 lib. 1. cap. 15.* docet, quod † ad hoc præ-
cipuũ ſtudium debet intendere, quali-
ter multitudo ſibi ſubdita benè viuat.
Inde *Xenofont. lib. 3. de dictis, & factis
79 Socrat.* dicebat, quòd † Rex eligitur nõ
vt ſui ipſius curã habeat, ſed vt per ip-
ſum, qui eum eligerũt, in fęlicitate vi-
uant, & *Camillus Gilianus lib. 6. cap. 5.*
80 refert † Antiochum Tertium Aſiæ Re-
gem iuſtitiæ admodum amatorẽ fuiſ-
ſe, eo maximè quòd omnibus ſui Re-
gni Vrbibus ſcripſit, vt ſi quid in lite-
ris, quæ eius nomine ſcribetẽtur, eſſet
quod legibus aduerſaretur, crederent
ignaro ſe huiuſmodi literas ſcriptas
fuiſſe, & quod propterea eis non pare-
rent, ſanctiſſimum profectò verbũ, &
qđ iuſto Principi maximè conueniat;
vt quemadmodũ ipſe populis præeſt,
ita & ipſi leges, at æquitatẽ præeſſe in-
81 telligatur, quod † idem vſq; ad hodier-
na tempora ſeruari per decretum ex-
preſſum Emanuelis Filiberti Subau-
diæ Ducis teſtatur *Anton. Theſaur. in
præfat. deciſ. nu. 24. iuxta tex. in auth.
de iudic. §. pen.* Idemq. commemorat
82 *Zonaras in tom. 2. in † Traianum*, quod
cũ inſignia iuſtitiæ Traianus Prętori,
ſeu Gubernatori cõmendaſſet, ei præ-
cepit, dicens *vtere hiſce iuſtitiæ inſi-
gnijs,*

Digitized by Google

gnijs, cum ipſe iubſero, quod iuſtũ ſit, &
contra me ipſum, ſi contrarium præcepe-
83 ro, vnde † Ægiprij Reges (vt refert Plu-
tarcus in Apoph.) eorũ Magiſtratibus
iureiurãdo iniungebant, ne ſuis iniu-
84 ſtis mandatis obedirent, & de † Anti-
gono Terrio tradit idem Plutarcus, ꝙ
omnibus ſuis Præſidibus, & miniſtris
præceperat, ne ſua mandata execurio-
ni demãdarent, etiam quod eius ma-
nu ſcripra, & firmara fuiſsẽt, ſi illa cõ-
tra iuſtitiam, & contra Regni leges re-
perirentur, ad quod facit tex. in l. 1. C.
de præcib. Imper. offer. & cap. ſi quando,
85 extr. de reſcript. quapropter † Iob. c. 29.
repræſenrat formam, & regulã bono-
rum Principum, dicens, Auris audiens
beatificabat me, & oculus videns teſti-
monium reddebat mihi, eo quod liberaſſẽ
pauperem vociferãtem, & pupillum, cui
non eſſet adiutor, benedictio perituri ſu-
per me veniebat, & cor viduæ conſolatus
ſum, iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me
ſicut veſtimento, & diademate iuditio
meo, oculus fui cæco, & pes clauco, pater
eram pauperũ, & cauſam quã neſciebã,
diligentiſſimè inueſtigabam, quod pa-
riter docet Seneca lib. de cõſolat. ad Po-
86 libinm, cap. 26. dũ ait, † Cæſari quoque,
oni omnia licent, multa non licẽt propter
hoc ipſum, omnium ſomnos illius vigilã-
tia defendit, omnium otium illius labor,
omnium delitias illius induſtria, omniũ
vacationem illius occupatio; ideo remiſ-
ſum aliquando animum habebit, nũ-
quam ſolutum, vt ſubdit Lipſius lib.
2. c. 6. quod notauit Bieſi. lib. 4. de Re-
87 publ. dicens, quod † Princeps intentiſ-
ſimis oculis ad diuinam voluntatem
ſemper aſpiciat, ad eam inſtituat om-
nium rerũ cum priuatarum, tũ publi-
88 carum gubernationem: itaque † opere
pretium eſt vt Principes ſancti ſint, &
prudentes, boniſq. conſultoribus, &
89 eruditis vtantur, aulas † eorũ oportet
eſſe gymnaſia quædam ſapientiæ, &
pietatis, vnde ciues omnes omniũ vir-
tutũ exẽpla ſumant, & Cicero in Epiſt.
90 Quales † in Republica (inquit) Princi-
pes ſunt, tales reliquos ſolere eſſe ciues
cum ſimilibus, de quibus per Lipſium
91 lib. 2. polit. cap. 9. vnde † Eliſeus 4. Reg.
cap. 2. vocat Heliam ſuperiorẽ currus
Iſrael, & aurigam eius, eo quod ſupe-
rior debet vt currus onera populi ve-
here, & vt auriga viã alijs demoſtrare,
92 ſicq. † mores boni nũquam ſatis lau-
dati in perſonis populos regentibus,
quorum exemplo multitudo refrena-
tur, & regitur; quomodo enim pote-
rũt Principes mali, & Magiſtratus in-
crepare malefactores, adulteros, & fu-
res, ſi ipſi delinqunt, furantur, & adul
terantur, arg. tex. in l. ſi vxor §. Iudex
ff. ad l. Iul. de adulter. & quomodo iu-
ſtitiam adminiſtrare poterunt, cuius
93 † opus ſacrum, & ſanctum eſt, ſi ipſi ſi-
miles non reddantur? ad tex. in l. leges
ſacratiſſima C. de leg. Capibl. in Probe.
tract. de auth. Baro. n. 47. Luc. de Penn.
in l. ſi vacantia C. de bon. vacãt. lib. 12.
94 hinc dicitur in Prouerb. 25. aufer † im-
pietatem de vultu ſuperioris, & firma-
95 bitur iuſtitia eius. Quòd † ſi malus re-
gnat, (vt dixit Auguſtin. de ciuit. Dei)
Seruus eſt, nec vnius hominis, ſed qđ
eſt grauius tot dominorũ, quot vitio-
rum, eoq. pertinet, quod ſcribit Chri-
ſoſtomus in Epiſt. 24. ad Habreos, Melius
96 † eſt à nullo, quàm à peſſimo Prĩcipe Re-
gi, ille quidem ſaluatus eſt ſæpe numero,
plerumque etiã in periculum decidit, iſte
autẽ omnibus modis pericula ſubiturus
eſt, dum ad foueas, & ruinas impellitur;
& ideo ſecundũ Iſidorũ lib. 3. de ſũmo
bono c. 98. quilibet † rectè faciendo, Re-
gis nomen tenet, ſed peccãdo amittit,
98 nihil † enim ſecũdum Plutarc. in De-
metri. tam egregium, tamq. propriũ
Regis eſſe videtur, quã iuſtitiæ opus,
eſtq. cauſa vt ipſe ſubdit in Ariſtide,
cur Principes amentur, honorẽtur, & co-
99 lãtur; & ob id Deus † arguit per Profetã
Iſaiam c. 1. verſ. 23. huiuſmodi malos

Digitized by Google

Principes in iudicando, & minatur illis pœnas acerrimas, ibi, *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligũt munera, ſequũtur retributiones, pupillo nõ iudicant, & cauſa vidua non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſrael, Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & cõuertam manũ meam ad te, & excoquã ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum, & reſtituã iudices tuos, vt fuerunt prius, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitus. Poſthac vocaberis ciui-*

100 *tas iuſti, vrbs fidelis, &c.* quod † ſi aliquãdo eueniat in Regno, quod abſit, nõ niſi propter peccata noſtra à Deo permittitur, ſecundũ *Iob. c. 34. ver. 38.* ibi, *Qui regnare facit hipocritam propter peccata populi*, & addit in propoſito *D. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 20. Nullus, qui talem rectorem patitur, eũ quem patitur, accuſet, quia nimirum ſui fuit mariti, puerſi rectoris ſubiacere ditioni*, hiſq. cõſonat id qđ dixit *Anaſt. Nicen. to. 6. Bibliot. veteris edita. q. 15.* in ſcripturam, ibi, *Quamobrem quando videtis indignum aliquẽ & ſceleratum Regem, aut Principem, aut Magiſtratũ, aut Epiſcopum, ne mireris, nec Dei accuſes prouidentiam, ſed diſce et crede, quod propter noſtras iniquitates tradimur eiuſmodi Tyrannis, & ne ſic quidem à malis abſtinemus* & *D. Thom. lib. 1. de Regim. Princ. c. 6.* ait, *In vltionem peccati diuina permiſſione impios accipere Principatum*.

101 Sed quia † Principes ſoli pro recta iuſtitia adminiſtranda vbique perſonaliter intereſſe non poſſunt, eo magis ſi plures poſſideãt Regiones, prout eſt Catholicus, & inuictiſſimus Rex noſter, vtq. eam vbilibet maiori commodo ſingulis eorum ſubditis pręſtare valeant, ſitq; iuſtitiæ copia; Magiſtratus, & diuerſos officialiũ ordines, tamquã auctores inſtituerunt, qui prudenter, æqualiterque iuſtitiæ officiũ exerceant, *ad tex. in l. magiſtros, C. de profeſſ. & medic. lib. 10. vbi Luc. de Pen. l. cõgruit ff. de offic. Praeſid. c. 1. §. iudices de pac. iuram. firm. & tex. in cõſtit. Regni, fidelium, ſub tit. de defenſ. impon. ab official. vbi Affl. in 10. notab. Andr. in c. 1. in 1. & 2. col. de prob. feud. alie. per Lothar. Bellug. in Spec. Princ. Rub. 22. in §. & quia, nu. 53.* & eſt pręceptum *in Deuteron. c. 16.* ibi, *Iudices, & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio*, refert *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. mag. iuſtit. nu. 9.* Et vt ſuũ quaſi officium ſubſtineant, *ad tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambit. Menoch. de arb. q. 2. num. 6. cum ſeqq. Bimius conſ. 103. nu. 6. vol. 2.* & hæc ſatis.

SVMMARIVM.

Princeps tamquam primus Magiſtratus omnem & ſupremam, ac veram habet iuriſdictionem, & nu. 9.

Iuriſdictio omnis à principio Regia fuiſſe refertur, ſub nu. 1.

2 *Gentes à principio iure Regio viuebant.*

3 *Populus Romanus, expulſis Regibus, per vſurpationem iuriſdictionem acquiſiuit, quam exinde in Imperatorẽ tranſtuliſſe refertur, & nu. 4.*

5 *Omnia loca à Principe tamquam à fonte fluunt.*

6 *Princeps reſpectu iuriſdictionis habet intentionem fundatam in tota Prouincia, & nu. 11.*

7 *Princeps in qualibet eius Prouincia dicitur eſſe praeſes, & Monarcha, & numero 8.*

16 *Princeps debet per ſe, vel per alium à ſe deputatum iuriſdictionẽ exercere.*

11 *Iuriſdictionem praetendens contra Regẽ illam probare tenetur.*

12 *Princeps poteſt cogere vaſſallos, vt oſtendant titulum eorum iuriſdictionis, & numero 17.*

13 *Aduocatus aſſerens vaſſallum habere iuriſ-*

iuriſdictionem aduerſus Principẽ non eſt audiendus.

14 *Barones reſpectu iuriſdictionis habent intentionẽ fundatam contra ſuos vaſſallos, licet non contra Regem, & de ratione nu.15.*

16 *Iuriſdictioni ſuprema quilibet exiſtens in Regno ſubditus eſſe dicitur.*

18 *Iuriſdictio & poteſtas ſuprema ipſius Principis ſemper intelligitur reſeruata in conceſſione iuriſdictionalium, et nu.32.33.35.& 38.*

19 *Iuriſdictio omnis tam maxima, & ſuprema, quàm minima, & inferior abſque Principis licentia exerceri nõ poteſt.*

Iuriſdictionem exercens, & gerens ſe pro officiali, cum non ſit, tenetur crimine leſæ maieſtatis, ſub n.19 et 20.

21 *Princeps poteſt iuriſdictiones aliorum ſupprimere, vnire, & diuidere, & non ſolum perſonarum ſed etiam Ciuitatum, etiam quòd illis ſpecialiter conceſſiſſet, & num.22.*

23 *Principis ſuprema iuriſdictio præſcriptione, aut conſuetudine acquiri prohibetur, & de ratione, nu.25. & 26.*

24 *Principis ſuprema iuriſdictio dicitur quoddam ius publicũ Regni, quod oẽs tangis, & ab omnibus approbari dẽt.*

27 *Princeps ab omni præſcriptione dicitur exemptus.*

28 *Iuriſdictio non poteſt à Principe ſeparari, ſed apud eum ſemper remanet, & num.30.34.& 35.*

29 *Princeps poteſt iuriſdictionalia alienare ſi non ſequatur magna dignitatis diminutio.*

31 *Princeps non poteſt concedere priuato ſuam ſupremã ptãtem, & iuriſdõnẽ.*

32 *Princeps concedens Caſtrum licèt iuriſdictio illi annexa conceſſa videatur, ſupremam tamen dare non videtur, & n.33.35. & 38. & vide n.18.*

36 *Prĩceps ratione ſua ſuprema iuriſdictionis ſibi radicata poteſt contra Barones procedere non obſtante quod illis conceſſerit merũ, & mixtũ Imperiũ.*

37 *Iuriſdictio inferior quæ à Principe conceditur dupplex eſſe videtur, & num.46. ibique vtraque declaratur, cum pluribus nu.ſeqq. eſt & alia quæ olim dicebatur ĩ gubernium ſeu capitaniã, quæ hodie non eſt in vſu, de qua vide num.59.& 60.*

39 *Officialis ſi ſit creatus in Ciuitate ſuper aliqua re vel cauſa ab ipſius Gubernatoribus, non propterea tollitur iuriſdictio q̃ hẽt ipſe Gubernator, & n.40.*

41 *Princeps ſi alicui iuriſdictionem, & cauſam ſpecialiter committat non videtur priuatiuè concedere reſpectu Iudicis loci ordinarij ſuperioris, ſed cumulatiuè.*

42 *Princeps poteſt cauſam vni commiſſam ſimul alteri demandare, vel ab illo eã penitus tollere non prohibetur.*

43 *Princeps in iuriſdictione concurrit cum quouis alio ordinario.*

Princeps poteſt officialem ad nutum iuriſdictione priuare, ſub num.43. ampliã num.44.

45 *Princeps non poteſt reuocare priuilegiũ ex cõtractu vel mediante pecunia, niſi in iuriſdictionalibus, quod tamen cum iuſta cauſa procedit.*

47 *Feudo conceſſo, oĩs iuriſdictionis vſus, & commoditas ex vtili dominio tranſlata videtur.*

48 *Dominus vtilis reſpectu vſus, & commoditatis præfertur directo.*

49 *Princeps concedens iuriſdictionem Baronibus non poteſt in cauſis ſuorum vaſſallorum ſe aliquo modo intromictere, ampl. vt ibi.*

50 *Princeps licet ſit directus dominus non tenetur curare per ſe fieri proclamata in Terris Baronum, ſed ſcribit vt illi id fieri procurent.*

51 *Princeps licet ſit dominus non poteſt mãdare Baroni aut eius ſubſtituto vt in iuſtitia adminiſtranda conſilium, & votum certa perſona ſequatur.*

52 *Princeps non poteſt ſtatuta Baronũ ſubuertere, aut derogare, lim. nume.53.*

& de ratione num.55.
55 *Baro turbatus in naturali poſſeſſione feudi a domino directo poteſt agere interdicto vti poſſidetis.*
56 *Princeps licet dominus non poteſt iuriſdictionẽ in dominium Baroni conceſſam reuocare, & ibi de ratione, ampl. num.57. lim.num.58.*

ARGVMENTVM.

De ſuprema Principis iuriſdictione.

CAPVT II.

1 REX † ſeu Princeps tãq̃
primus Magiſtrat⁹ ſu-
premam, & oẽm habet
iuriſdictionẽ, cũ à pri-
cipio iuriſdictio, & po
teſtas omnis fuerit Regia, iureq. Re-
2 gio † gentes viuerẽt, *ad tex.* ſæpius al-
legatũ *in l.2. ff. de orig. iur.* exinde ve-
3 rò per † vſurpationem fuit populi, ſed
expulſis Regibus, & eorum dominis,
4 *vt in §. exactis*, populus † omnem iu-
riſdictionem in Imperatorem trãſtu-
lit, *ad text. in l.1. ff. de conſtitut. Prin-
cip. §. ſed & quod Principi, inſtitut. de
iur. nat. gent. & ciuil. l.2. §. cum enim,
C. de vet. iur. enucl. Andr. & cæteri in
cap.1. in verb. poteſtas, num.64. Quæ
ſint regal. Azened. lib.3. recopilat. tit.9.
l.9. nu.2. Menoch. lib.3. præſumpt. 123.
nu.30. Boſſ. de regal. nu.18. Auiles ĩ c.1.
Prætor. n.2. Peregr. de iur. fiſc. lib.1. tit.
1. & tit.2. nu.10. & conſ.3. nu.11. vol.
4. Auguſt. Morl. in emporio, par.1. tit.2.
5 n.3.* oĩaq. loca ab eo tãq̃ à fonte fluãt,
ad tex. ĩ c. ad hæc, vbi *Bal. de pac. iuram.
firm. Andr.* & poſt eũ *oẽs feudiſtæ in lo-
co citato, Hoſtien. Io. And. Imol. & Abb.
in c. nimis, de iureiurand. Bald. in c.1. n.
11. de Allod. & in c. cum venerabilis, de
præſcript. Iacob. de ſãcto Georg. de feud.
in verb. de caſtro montis rubei, num.16.
Alex. conſ.87. lib.6. Boſſ. de Princip. nu.
233. Couarr. pract. quæſt. c.1. nu.9. Rol.
cõſ.89. n.1. & ſeq. vol.1. Velaſc. de iur.
emphit. q.8. n.21. & 29. Natt. cõſ.636.
nu.126. vol.3. Menoch. conſ.2. nu.3. &
ſeq. & præſump.14. n.1. lib.2. D. Borell.
in ſuo eleganti tractat. de præſtant. Reg.
Cathol. cap.21. nu.17. Auẽdag. de exeq.
mandat. cap.1. nu.6. & ſeq. Peguer. dec.
36. nu.6. D. de Pont. dec.2. nu.6. Ludou.
6 Caſan. conſ.43. nu.2.* qui ait, quòd † re-
ſpectu iuriſdictionis Princeps funda-
tã habet eius intẽtionem in tota Pro-
uintia ſecundũ *Cabed. dec.9. p.2. Roſẽ-
tall. de feud. c.5. concl.4. n.1. Bonad. lib.
2. polit. c.16. nu.70. & 76.* diciturq. cu-
7 iuſcunq. † prouintiæ ſibi ſubditæ prę-
ſes, *ad tex. in l.1. §.2. ff. de appellat.* qui-
8 nimo † & Monarcha, ſecundũ *gl. ĩ pro-
hem. cõſtit. Regni*, vbi ẽt *And.* adeoque
9 fũdata eſt hæc ꝓpoſitio, ꝙ † oĩs ciuilis
poteſtas, & iuriſdictio apud Principẽ
reſideat, vt ea tãtũ propria, & vera iu-
riſdictio dicaĩ, vt dixit *Caſſiad. lib. va-
riar.6. c.15. Ferrar. Mont. de feud. lib.6.
c.4. Auẽd. de exeq. mãd. d.c.1. nu.12.* &
10 ab ipſo in oĩbus Regni partibus ꝑ ſe,
vel aliũ à sè deputatũ, eſt exercẽda, *ad
tex. ĩ d.l.1.* vbi *Oroſc. de cõſti. prĩc. gl. in
verb. criminalibus, ĩ tit. de pac. cõſtant.
Cabed. d. dec.9. n.1. & dec.11. n.5. Pereg.
11 ĩ locis relatis*, in tantũ ꝙ † quilibet alius
ſi prætendat in aliquo Regni loco iu-
riſdictionem, hoc neceſſariò probare
debet, alioquin ſuccumberet ex ſola
præſumptione iuris, quæ Regẽ comi-
tatur, *ad tex.* qui hoc probare videtur
13. Salas. diſp. 9. ſect. 1. Roxas de hæret.*
84 *p. 1. n. 240.* Vel † qa aliter honeſtę nõ eſ
ſent, virtutũ oĩum actus præcipiẽdo,
vel vitia ɔ̃ria ꝓhibẽdo, vt latiſſimè exa
minat *Suarez lib. 3. c. 12. Salas. diſp. 9.*
85 *ſect. 2.* Itẽ † rõne finis dr̃ lex iniuſta, cũ
Prĩceps nõ publicũ intẽdat cõmodũ,
ſed priuatã ſuã, aut cuiuſcũq; vtilitatẽ
ad tex. in l. 1. ff. de leg. ibi, *iura nõ ad ſin
gulas pſonas, ſẽ generaliter cõſtituũtur*,

&

& dixit,poſt *Diuum Thomam,de regim.*
princ. cap.11. Alfonſ. à Caſtr. in loco ci-
tato lib.1. cap.5. Ariſtotel.1. Rethor. c.
4. vbi docet, legiſlatorem multa debe
re attendere, vt leges ad ſalutem Rei-
publicæ fiant, *& 3. Ethicor. cap.7. in*
ſine, ait, *leges, quæ ad rectas gubernatio-*
nes accommodata nō ſunt, iniuſtas eſſe,
& *cap.8. Quæritur*, inquit, *an nō nullis*
nium legum cōditor in rectiſſimis legibus
ſerēdis ad nullorum commodum debeat,
an ad plurium vtilitatem ſpectare: nam
fortaſſe quod rectum eſt ſuſcipi debet, for
ſitan autem rectum eſt, vt totius ciuita-
tis commodum, & ciuium commune bo-
num, legum lator ſibi proponat, & *4. po-*
lit. cap.1. ait, *leges eſſe ad Rempublicam*
accomodandam, nō Rempublicam ad le-
ges, & notat etiā *Plutarch. in Solone*.
Hinc *Plato dialog. 1. de leg. in Critia*,
Iſocrates in Parenetico, & Cicero 2. de
leg. Iniuſtas eſſe leges, (dicunt) *quæ ad*
ſalutem ciuium, & Ciuitatum incolumi-
tatem non reſpiciant, qui autem (vt ipſi
aiunt) *aliquarum partium gratia leges*
condunt, eos non ciues, ſed ſeditioſos pu-
tamus, & iura ſua fruſtra ſic ab eis vo-
cari cenſemus, variaque etiam ſancto-
rū Patruum huiuſmodi exempla tra-
dunt *Bieſius 4. de Republ. Andreas ab*
Exea in c.1. de conſtit. nu.320. cum ſeq.
Vaſq. diſputat.151. Salas diſput.1. ſect.
86 8. Poſtremo † ex defectu formæ lex in-
iuſta dici poſſet, cum non ſeruaretur
æqualitas proportionis inter eos, qui-
bus legē imponit, vt per *Auguſt. Morl.*
ī loco citato, num.51. Greg. Lop. gloſ. 2.
l.2. tit.1. p.1. & gl.4. l.2. tit.1. p.2. Re-
buff. ad conſtit. Gallia, in prohem. num.
18. gloſ.1. Vaſq. controu. illuſtr. perſon.
cap.3. nu.1. Bellug. in Specul. princ. rub.
47. §. ſciendum, nu.4. & ibi addict. Cā-
cer. variar. reſolut. lib.3. cap.3. num.94.
Doctor Mart. in tract. de iuriſdict. p.1.
87 *c.38. nu.26.* In tantum quòd † illis ne
que parendum eſſet, *ad tex. in c. contra*
bonos mores, 8. diſtinct. & ibi Cardinal.

vnde exclamat *Iſaias Profeta c.10. Væ*
qui cōdunt leges iniquas, & ſcribētes in-
iuſtitias ſcripſerunt, licet poſſint eſſe
aliquæ leges iuſtæ, quæ tamē reſpiciāt
particularium fauorem, de quibus *per*
Morl. in d. tit.1. p.1. nu.17. cum ſeqq.
88 Quarto infero, quòd † lex debet eſſe
poſſibilis, & ſic ne alium obliget ad id,
quod nullatenus facere poteſt, ita *D.*
Iſidorus in loco citato, c.21. & eſt text.
in l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. cum ſi-
milibus relatis per Salas. diſputa.1. ſect.
9. nu.55. quinimo oportet quòd non
89 ſit difficilis ſecundum *Ariſt.5. Methaf.*
difficilia † *enim* (ait ipſe) *impoſſibilia*
reputari ſolent. ad tex. in l. nepos procu-
lo, in fine, ff. de verb. ſignif. & facit lo-
90 cus *Matth. c.23.* vbi † Chriſtus redar-
guens leges, & præcepta Fariſeorum,
dixit, *Allegant enim onera grauia, & im*
poſſibilia, et imponūt in humeros hominū
reprehēdēs illa, quæ ſunt nimium dif-
ficilia, vt explicat *Diuus Chriſoſtomus*
homil.73. ſuper Matth. idq; docuit *Pla-*
to 5. de leg. Tucid. lib.3. dū dixit, quòd
leges debent eſſe ſcriptæ de hijs, quæ
fieri poſſunt, aliàs erunt vota inania,
non leges, & ad deſperationem ſubdi-
tos impellent, vnde *Demoſthenes con-*
tra Timocratem, ſic loquitur, *quòd ſi lex*
præclarè conſtituta ſit, aliquid tamen,
quod nequeat fieri proponat, id voti po-
tius, quàm legis fuerit officium, & *Plu-*
tarcus in Solone, Decet autē in ferendis
legibus poſſibilitatis, & facultatis ratio-
nem habere, ſi quis mallet vtiliter ī pau-
cos, quā ſine vtilitate in multos animad-
uertere, hinc refert *Alexād. ab Alexād.*
lib.3. Genial. c.11. quòd Tiberius Cæ-
91 ſar, † cum de coercendo luxu legem
ferre vellet, videret autē coerceri ſum-
ptus in modicos non poſſe, ſatius eſſe
(dixit) omittere, quod aſſequi non
poſſet, quàm tētare turpiter, quod po-
ſtea non efficeret.
92 Qninto infero, quod † lex debet eſ-
ſe conueniens loco, & tempore, reſpi-

ciatque maximè Reipublicæ cuiuſque
formam, ad tex. in d.c. erit autem lex,
4. diſt. & l. pratia rerum, §. non nullã,
ff. ad leg. Falcid. Ariſtotel. lib. 6. Ethi-
cor. c. 3. & lib. 2. polit. c. 4. Couarru. lib.
2. variar. reſolut. c. 3. num. 4. Didacus
Perez l. 2. titu. 23. lib. 2. ordinat. Mat-
thienſ. in l. 1. tit. 11. lib. 5. nou. recopil.
gl. 2. num. 2. & 3. Auguſt. Morl. d. tit. 1.
93 num. 53. quinimo † & ſecundum mo-
res patriæ, ad tex. in cap. qua contra mo-
res, diſt. 8. & d. c. erit autem lex, diſt.
4. vnde Ariſtot. lib. 3. polit. ait, Lex eſt
determinata ratio iuxta ciuitatis conſen
ſum, qua ſingula, quomodo faciẽda ſunt,
declarat, & eleganter tradit Doct. Mar-
94 ta in d. cap. 38. num. 23. In † tantum
quod ſi id ratio ſuadeat, poteſt ex ne-
ceſſitatis cauſa mutari, & reuocari, ad
tex. in l. 3. ff. de conſtit. princip. ibi, in
rebus nouis conſtituendis euidens eſſe
debet vtilitas, vt recedatur ab eo iure, qđ
diu æquum viſum eſt, poſt plures Couar.
in initio 2. partis, c. Alma mater, nu. 2.
de ſentent. excommunicat. in 6. Salas.
de legib. diſput. 18. vbi latiſſimè, ſect. 1.
& 2. Simanc. de Republ. lib. 4. c. 11.
95 Sexto infero, quòd † lex, ſiue ſtatu-
tum, licet de ſui eſſentia non requirat
ſcripturam, ad tex. in l. 1. ff. de conſtit.
princ. Bellug. in Specul. rubr. 47. §. ſcien
dum, num. 9. verſ. & primo, Andr. ab Ex
ea, in rub. de conſtit. num. 188. vſq; ad
* finem, vbi ait eſſe * communẽ opinio-
nem, & dixit Ariſtot. 10. Ethicor. cap.
9. ibi, ſcripta ne ſint leges, an nõ ſcripta,
intereſſe nihil videtur, & Demoſthenes
contra Ariſtogitonem ait, † Lycurgum
96 nullas ſcripſiſſe leges, ſed memoriæ ci-
uium inſculpendas tradidiſſe, attamẽ
97 † requiritur ad faciliorem probationẽ,
ad tex. in l. humanum, vbi Bal. C. de leg.
& in l. contrahitur, ff. de pignorib. Dec.
in rubr. de cõſtitut. c. 1. de renũt. in 6.
& facit l. iubemus, §. ſed ne aliqua, C. de
teſtam. Salas. diſput. 1. ſect. 9. nu. 64. &
ſeq. Menoch. de arbit. caſ. 420. num. 26.
Cenal. comm. contr. comm. q. 584. & vt
verificetur per omnes populos, vt ne-
mini liceat iura ignorare, ad text. ĩ l.
cõſtitutiones, C. de iur. & fact. ignor. &
& conſenſum, non ignorantiam iura
obligant, ad tex. in l. generali, C. de ta-
98 bular. lib. 10. & de neceſſe eſt, quòd † le-
ges applicentur hominibus, qui ſecun
dum eas regi debent, vt ex pluribus tra
dit Didacus Perez in princ. tituli 4. lib.
1. ordinamentor. ver. ſecundo dubitatur,
Io. Andr. in regul. nemo põt, nu. 8. de reg.
iur. in 6. Aug. Morl. d. tit. 1. p. 1. q. 4. n. 4.
99 Septimo infero, quòd † lex, vt ſuam
obtineat obligandi virtutem, dẽt pro-
mulgari, ad tex. in c. 1. de poſtulat. præ-
lat. Authẽt. vt fact. nou. cõſtitut. coll. 5.
& quod notatur in c. propoſuiſti, 82. di-
ſtinct. d. cap. erit autem lex, 4. diſt. l. le-
ges, C. de leg. & ibi Doctores, vbi dicit,
quòd leges ſacratiſſimæ, quę conſtrin-
gunt omnium vitas, intelligi ab om-
nibus debẽt, vt vniuerſi præſcripto ea-
rum manifeſtius cognito, vel in habi-
ta declinent, vel permiſſa ſectentur, gl.
in c. cognoſcẽtes, verb. ante prohibitio-
nem, de conſt. Sebaſt. Medic. in repet. d.
cap. erit autem lex, num. 67. Zerol. in
prax. epiſcop. par. 1. ĩ verb. pragmatica,
Vaſq. cõtrou. illuſtr. perſon. lib. 1. cap.
44. & 45. Azeued. ĩ l. 1. titu. 1. num. 7.
lib. 1. nou. recopil. Gabr. commu. opi. cõcl.
4. tit. de leg. Humad. ĩ l. 16. titu. 1. p. 1.
gl. 4. num. 7. Didacus Perez l. 1. titu. 4.
lib. 1. col. 2. verſ. poſtremo quæro, Bellug.
in Specul. d. rub. 47. ſub num. 9. & nu-
* me. 15. & eſſe * communem opinio-
nem omnium Thologorum, poſt D.
Thomam, & alios, dixit Salas. diſput.
100 12. ſect. 1. nec † ſufficit promulgatio,
quæ fieret in Curia Principis, niſi & in
ſingulis Prouincijs, & Ciuitatibus pro
mulgetur, Doctores ĩ c. 2. de cõſt. Azor.
lib. 3. de inſt. & iur. c. 3. q. 2. poſt alios
Molina de inſt. & iur. tom. 2. diſputat.
395. Salas. d. diſputat. 12. ſect. 2. & ſeq.
101 & licet, † data ſcientia, etiam ante pu-
bli-

Digitized by Google

blicationem, poſſit puniri trāſgreſſor,
vt tenet *gl. in c. 2. de reb. eccleſ. non alie-*
102 *na.* attamen † non niſi facta publica-
tione leges ligant, ad notata *per Bart.*
in l. omnes populi, q. 6. ff. de iuſt. & iur.
Suarez de legib. lib. 3. cap. 16. 17. & 18.
Menoch. de arbit. d. caſ. 420. n. 27.
103 Octauo infero, quod † leges debẽt
eſſe perſpicuæ, claræ, & manifeſtæ, non
autẽ obſcurè & ambiguè ſcriptæ; aliàs
interpretationes variæ, & controuerſiæ
infinitæ orirentur, vnde neceſſe eſt, vt
non tantum à prudentibus, verum ẽt
imperitis intelligantur, *ad text. in d. c.*
erit autem lex. 4. diſtinct. & dixit *Demo-*
ſthenes contra Timocratem, ibi, *arbitror*
conſitendum eſſe omnibus probam legem,
& multitudini profuturam, primum ſim-
pliciter, & omnibus aquè apertam eſſe
oportere, ne eam alius aliter interprete-
tur, &c. atque hac de cauſa Rullus re-
prehenditur *à Cicerone*, quòd leges
ferat ambiguas, & eadẽ de cauſa *An-*
tonius quoque *in Philippicis* perſtrin-
gitur; ad quod pertinet id *Deuterono.*
27. *deſcribes oĩa verba legis huius pla-*
nè, & lucidè, & *Iſocrat. in Panathenai-*
co, Leges ſint cognitu faciles, & *Chriſo-*
ſtomus pſalmo 110. *Carpit humanas le-*
ges obſcuras, vnde *Alexand. ab Alexād.*
lib. 6. Genial. cap. 14. dixit, leges, & cõ-
ſtitutiones breues eſſe debere, veluti mo-
nita Oraculorum, diuinitus miſſa, vt pau-
cis iubeāt, non pluribus diſputent, ſua-
deātque magis, quàm comminētur, aut
pœnam imponāt, quod benè cõfirmat
Plato 9. de legib. dicens, *ſic igitur leges*
Ciuitatibus cõſcribantur, vt patris, ma-
triſque perſonam lator legum penitus ge-
rat, ſcriptāq. charitatis, prudētiaq; uirtu-
tē habeat potius q̃ domini Tirāniq. impe-
riū minitātis, & deſcribētis, rõnẽ verò
104 *nullā penitus aſſignantis*; hinc eſt, ꝙ in
hoc † caſu Princeps tãtũ põt eas inter-
pretari, vt dixit *Salas. poſt alios, diſp.*
21. ſect. 2. per tex. in l. fi. C. de leg. cum
ſimilibus, ibi adductis.

105 Nono infero, quod † lex ſiue ſtatutũ
ad futura, non autem præterita ſe ex-
tẽdit, *ad tex. in l. cum lex, ff. de leg. & l.*
3. & l. leges, C. de leg. ita Bartol. Bald. &
oẽs in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.
vbi hanc eſſe * cõmunem ſententiam
affirmant *Canoniſta, in c. 2. & fin. de cõ-*
ſtit. per illum tex. Menoch. de arbitr. caſ.
106 185. Princeps † enim non præſumitur
lege ſua alteri præiudicare velle, *ad tex.*
ĩ l. 2. §. marito, & §. ſi quis à Principe,
107 *ff. ne quid in flum. publ.* ſi † enim lex no-
ua ad p̃terita extenderetur totius Rei-
publicæ ſtatus perturbaretur, quia in-
nocentes punirentur, & contractus le-
gitimè facti, nec non teſtamenta irri-
tarentur, & quamplurima alia abſur-
da ſequerentur, ſecundum *Doctores* re-
latos, poſt *alios Ang. Morl. ĩ d. tit. 1. p. 1.*
q. 6. vbi multa ad ꝓpoſitum cumulat.
108 Decimo infero, quod † ſi ſtatutum,
ſiue lex non ſit vſu recepta, ad eorum
obſeruantiam ſubditi non tenentur,
ad text. in c. 1. vbi latè *Felyn. extr. de*
treg. & pac. Soc. in l. ſi filius, num. 7. ff.
de liber. & poſth. Pariſ. conſ. 105. *num.*
8. lib. 4. Cephal. conſil. 136. nu. 18. lib. 1.
Roland. conſ. 99. num. 39. lib. 2. & eſſe
* * communẽ opinionẽ teſtatur *Ioſeph.*
109 *Ludou. concl. 54. nu. 1.* vbi ampliat, ſi à
principio non fuiſſent vſu receptæ, &
à maiore parte populi, vt ibi per eum,
ad quod facit doctrina *Ariſtot. 2. polit.*
c. 6. vbi ait, quod lex nullam vim hẽt,
vt illi pareatur, niſi ex more, licet in
110 † dubio cenſeantur vſu receptæ, & qui
eas pro ſe allegat, habet intentionem
fundatam, ſecundum *Bart. in l. in illa*
col. 2. ff. de verb. obligat. Rolād. conſ. 90.
* *nu. 53. & 54. lib. 1.* & de magis * cõmu
ni opinione teſtatur *Benintend. dec. 13.*
111 *nu. 9. & 10.* ſubdens † vſu receptas eſſe,
ſi ſint inſertæ in corpore iuris, vel ſint
repoſitæ in publico Archiuio, ſecundũ
Roman. conſ. 260. num. 3. quo caſu neq;
neceſſe eſt ꝙ in ſpecie allegentur, vel ꝙ
in iudicio producantur, de qua re vide
latè

laiè *Suarez lib.3. de leg.c.* 19. *Io. Salas.*
*diſput.*16. *ſect.*1. *&* 2.

112 Vndecimo infero, quòd † leges pau-
cæ eſſe debent, & de grauioribus tan-
tum latæ, non multæ, quia quo plures
leges iubent, eo lites plures oriũtur ex
illarum interpretatione, turbantur ci-
ues multitudine, & argumentum ma-
læ conſtitutæ Reipublicæ eſt, vbi mul-
tæ leges, itaque paucas *Solon*, paucio-
res *Lycurgus* tulit, vt refert *Plutarcus*
113 *in vita vtriuſque*; *Plato* † quoque pau-
ciſſimas eſſe leges promulgãdas puta-
uit, propterea quòd ſi ſuo Magiſtratus
munere fungatur, legum ſuperuaca-
nea multitudo ſit, ſi non fungatur, mo
leſta, & perniocioſa, *idemque* refert *in hi-
ſtoria Io. Curopalates*, ibi, *dabit operam
optimus Princeps, non vt multas condat
leges, ſed vt quàm optimas, maximèque
Republica ſalutares, nam benè inſtitu-
ta Ciuitati ſub bono Principe, & integris
magiſtratibus pauca leges ſufficiunt*, &
Demoſtenes aduerſus Leptinem, paucas
& perſpicuas leges eſſe ſuadet, & inter
alia, inquit, *Hoc erit tanta multitudo le
gum, ſi leges ſuperflua reijciantur, &
qua barbara ſunt, & incommoda ab-
rogentur, qua in deſuetudinem abie-
runt, ex libris gentium tollantur, &
pauca admodum, ac de grauioribus dũ
taxat leges noua ferãtur*, ſequitur *Ale-
xand. ab Alexand. lib.6. Genial. cap.*14.
ideoque *Dom. de Ponte in tracta. de po-
teſtat. Proregis, tit. de diuerſ. prouiſion.
num.* 9. ait, quòd de hijs tantum fieri
leges debent, in quibus conſideratur
exceſſus, licèt negandum nõ ſit, mul-
114 titudinem † legum aliquando neceſſa-
riam eſſe propter improbitatẽ homi-
num, ideo tunc non eſſe ommictendã
quamuis aliqua afferret incommoda,
ſed puniendi grauiter eſſent, qui nouæ
legis condendæ cauſam darent, vt di-
xit *Alexand. ab Alexand. in d. cap.* 14.
*& ex noſtratibus Rebuff. in prohem. cõ-
ſtitut. Reg. gloſ.*1. *num.*15. *Salas. de leg.*
*diſputat.*6. *ſect.*3. *Simãc. de Republ. lib.*
4. *ca.*9. vbi, *ex Iſocrate in Areopagitico*,
ait, *decere prudentes Magiſtratus non
porticus implere legibus, ſed efficere, vt
ciues animis inſitum iuſtitia ſtudiũ ha-*
115 *beant*; quemadmodũ † enim vbi Phar-
maca multa, multiq. medici ſunt, ibi
& morbi abundãt, vt dixerũt *Stobeus
in ſermone de Republica, & Strabo lib.*
6. *Geographia*, ita & vbi leges plurimæ
corruptiſſimam reddũt Rẽpublicã, ſe-
cundum *Cornel. Tacit.*8. *&* 11. *annal.*
& ob id medeatũ Princeps, vt ait, *Lip-
ſius lib.*2. *polit. cap.*11. ne legibus fun-
data Ciuitas, legibus euertatur.

116 Duodecimo infero, quòd Prĩceps,
& Magiſtratus non debent eſſe ita fa-
ciles ad condendas nouas leges, vt di-
xit *Simanc. d. l.*4. *de Republ. cap.*10. nã,
117 † vt in morbis non ſunt tentãda noua
remedia, ſi veteribus ſuccurri malo
poſſit, ſic non ſunt cõdendæ nouæ le-
ges, ſi veteres miniſtrent aliquid, quo
malis Reipublicæ medearis, ſecũdùm
*Tucididem lib.*6. *in oratione Alcibiadis*
vbi addit *Tutiſſimos inter omnes degere
eos homines, qui praſentibus moribus, ac
legibus, etiam ſi minus bona ſint, vten-
tes, eodem tenore Rempublicam admini-
ſtrant*, in tantum, quòd refert *Zaleucus
in prohem. legum, & Demoſtenes contra*
118 *Timocratem*, quòd † ſi quis volebat no-
uam ſtatuere legem, is collo in laqueũ
inmiſſo, de lẽge verba facere debebat,
quòd ſi per ſuffragia bona eſſe videba-
tur, indemnis manebat, quòd ſi noua,
quæ proponebatur, iniuſta eſſet, is, qui
legem mouebat, laqueo attracto mo-
riebatur.

119 Decimo tertio infero, quòd † Rex
poteſt facere legem ſubditis ſuis extra
fines Regni, quia poteſt etiam iubere,
& iudicare, *ad text. in l. fin. ff. de offic.
Prafect. vrb. Andr. de Iſern. in cap.*1. *de
cap. Corrad.* refert, & ſequitur *Iacob.
Calc. in margar. fiſc. dubit.*8. *caſu* 201.

120 Decimo quarto infero, quòd † Prin-
ceps

Digitized by Google

ceps tantum,qui poteſtatem habet le-
gis cõdendæ, poteſt ſuper ea ex aliqua
cauſa ſibi benè viſa diſpẽſare, vt dixit
*Couarr.2.par.4.decretal.cap.6.§.9.nu.
1.& ſequen.& in cap. quamuis pactum,
par.1.§.3.*& poſt infinitos Theologos
Salas de leg.diſput.20.ſect.1.

121 Decimo quinto infero, quòd † lex,
ſiue ſtatutum iuſtũ ligat etiam in foro
conſcientiæ,vt dixerunt *Angles in cap.
prat.6.Auẽd.de exequend.mand.prĩcip.
cap.8.& 19.par.1.Menoch.conſ.800.&
conſ.1000.* de cuius veritate vide latiſ-
ſimè *Auguſt. Morl.in empor. tit.1.q.7.
8.& 9.Suarez de legib.lib.3.cap.21.22.
23.& 34.Salas in ſimili tractat.diſput.
10.ſect.1.& diſput.15.ſect.1.& ſeq.
Surd.conſ.301.vol.3.Burg.de Paz.in l.
1.taur.nu.453.cum ſimilibus.*

Et pro materiæ complemento, & ſi
multa dici poſſent, quæ habentur in
locis Topicis, nec mei inſtitutum eſt
tractatum de legibus cõpilare,id om-
mittendum nõ eſſe arbitratus ſum, vt
122 Princeps† valde curare debeat circa le-
gum,& ſtatutorum obſeruantiam,ne-
dum à ſe metipſo,vt dixi ſupra *illat.2.*
verum etiã & ab omnibus Magiſtrati-
123 bus,nam vt ait *Plato lib.ciuili.ſi† Magi-
ſtratus ſpretis legibus, aut lucri cauſa,
aut propria libidinis gratia alia quadam
prater ea,qua ſunt legibus cõſtituta, im-
peritus rerum agere tentet, ſcelus graue
committit, officia vita confundens, atq.
peruertens,qua propter legibus conſtitu-
tis altera rata nauigatio eſt,vt nemo qc-
quam vnquam prater illas facere permi-
ctatur, ſiue ſinguli, ſiue populus id cone-
tur, nec ad hoc ſedes ipſe vt per gratiam
concedat, ſed vt iudices ſecundum leges,
124 eiq. † dandus erit Magiſtratus, qui legi-
bus maximè parebit, & hac re cateris in
ciuitate praſtabit*, hinc enim ſalus eſt
ciuitati, & contrarium ex contrario vt
tradit *idem Plat. in Apologia, & in Cri-
tia. Bodin.de Repub. lib.3.cap.1.*& do-
cuit pariter *Ariſtot. lib. 1. Retoricorum*
125 dum ait,quòd †qui legibus ſemper ob-
temperarunt,ij optimi videntur, & in
optimatum ciuitate gerendarum rerũ
principatu potiuntur,ſequitur *Simãc.
de Repub.lib.4.cap.16.*vbi ex *Demoſtene
126 aduerſus Midiam* ſubdit, quòd † leges
quando feruntur ſunt conſiderandæ,
quænam,& cuiuſmodi ſint, cum verò
receptæ fuerint cuſtodiendæ, & cõfir-
mandæ, id quod pariter dixit, *Dioge.
Lac.in vita Biantis, Cunctanter aggre-
diendum negotium,verùm in ſuſcepto cõ-
ſtanter perſeuerandum,* maximè vt ip-
127 ſe *idem Demoſtenes* inquit,*leges † tuẽda
ſunt à nobis, qui quoquo tempore iudicia
exercetis,harum enim praſidio boni ſunt
improbis ſuperiores, & omnia proſperè
ſuccedunt, quod ſi ab illarum diligẽti ob-
ſeruatione diſcedant,neq. conſilia eorum
exitiora inuenient, & boni ipſorum opi-
nione conatus in calamitates immedica-
biles deſinũt* ſecundum *Ioſeph. in prob.
de antiquit. Iudai.* & ob id dicere con-
128 ſueuimus, q † nullibi reperiuntur tàm
ſanctæ,& bonæ leges,quàm in Regno
noſtro,ſi tamen ſeruarẽtur, illiſq. Ma-
giſtratus vterentur, eoque pertinet
quod *Anaxandrides* facetè dixit.

*Vrbs conſultabat, leges qua negligit
almas.*

129 Ideoq. *Plato in Critia interitum †eſſe
paratum* (ait) *illi ciuitati,in qua nõ lex
Magiſtratibus,ſed legi Magiſtratus pra-
ſunt* cõtra *Solonis* dictum, qui rogatus
quomodo ciuitas in optimo ſtatu de-
geret dixit,*Si ciues quidem Magiſtratuì
obbediant, Magiſtratus autem legibus,*
ſic *Ariſtophanes apud Stobeum ſermone
130 de Republica,tunc † ſalua ſunt ciuitates,*
(inquit) *cum leges vt decet obſeruãtur,
& in eis habitandum,vbi leges viuerẽt,*
ſecundum *Iſocra.*nec legum vſus in eo
conſiſtit,vt benè illæ ſcriptæ, ſed vt his
131 poſitis pareatur,&† melius eſt non eſſe
prorſus leges,quàm legibus non obtẽ-
perare ſecundum *Ariſtot.lib.3.politic.
132 cap.8.*neque Reſpub. dicenda eſt,quæ
bonas

bonas habet leges, his verò non vti-
tur, vt dixit *idem Ariſtot. lib. 7. eiuſdem*
133 *polit. cap.* 10. quinimo nullam † eſſe Rẽ-
publicam (*ait ipſe Ariſt. 4. polit. c. 4.*)
vbi leges non tenent imperium, opor-
tet enim vt lex rerum omnium impe-
rium habeat, hinc legimus apud *Pau-
ſaniam in Meſſenicis* Athenienſem
134 † Remp. magnos habuiſſe progreſſus,
eo qđ religioſiſſimè leges obſecrarit,
135 & Theodoſius † Imperator dignã vo-
cẽ Imperatoris eſſe dixit, legibus obli-
gatum eſſe ſe profiteri, & Lacedemo-
136 nij † non tàm de legibus fuerunt ſolli-
citi, quàm earumdem obſeruantia, &
137 cultu, vnde † Legatus Athenienſis cum
domum reuerſus Sparta, interrogare-
tur à Senatu, quomodo Spartam Rẽ-
publ. ſuam adminiſtrarent; funẽ, fur-
cam, gladium ſecum in Curiam attu-
lit, & ijs oſtenſis, in his poſitam eſſe ſa-
lutem Ciuitatis, haſce leges Sparta-
norum eſſe dixit, periculoſum enim
138 † maximè eſt, vt imperio non ex legis
ſcripto, ſed ſuo iudicio, & arbitratu
Magiſtratus fungãtur, ea quidem om-
nia rectius ex lege, quàm ex voluntate
hominum, quæ periculoſa norma eſt,
efficerentur, vt dixit *Io. Salas de legib.
diſput. 6. ſectio. 2.* & idem *Simano. lib 9.*
139 *cap. 7.* Vnde in Regno † habemus *Cap.
Regis Fiderici* 26, in quo grauiſſimæ,
imponuntur penæ contra Magiſtratus
leges non obſeruantes.

SVMMARIVM.

1 *Princeps dicitur ſupremus Magiſtratus.*

2 *Principis iuriſdictio, & poteſtas valde differt ab ordinaria Magiſtratus iuriſdictione.*

3 *Princeps ordinem iudiciariũ ſeruare non tenetur, intellige vt num. 4.*

5 *Princeps eius præſentia ſupplet omnes ſollemnitates de iure ciuili, & num. 33. vſque ad num. 39. ibiq. de ratione.*

6 *Princeps poteſt ſine ſcriptis ſententiam proferre.*

7 *Veritas coram Principe magis locum habet quàm rigor.*

8 *Princeps in cauſa propria poteſt ſubditos iudicare, & nu. 11. & de ratione nu. 9. declara vt num. 10.*

9 *Princeps ſuperiorem non habet, & num. 211.*

12 *Rex noſter Catholicus in cauſa, & lite propria aliquos eligit Magiſtratus, ampl. num. 13.*

14 *Fiſcus non poteſt in alium Iudicem conſentire, nec alterius iuriſdictionẽ prorogare, ſed coram ſuo litigare debet.*

15 *Iudices in Regno deputati in cauſa fiſci qui ſint.*

16 *Epiſcopus vel prælatus an ſit Iudex in cauſa ſua eccleſia, remiſſiuè.*

17 *Princeps eius præſentia reſtaurat actus inualidos. quod intellige vt ibi.*

18 *Princeps non poteſt in iudicijs vt ſuſpectus recuſari, ſed declara vt num. 19. ampl. num. 20. & de ratione num. 21. ſed quid in eius vicario, vide nu. 22. remiſſiuè.*

20 *Papa non poteſt vt ſuſpectus allegari, & de ratione num. 21.*

23 *Princeps poteſt tollere recuſationem Iudicis, & illam committere iudici notoriè ſuſpecto.*

24 *Princeps poteſt admittere procuratorem in cauſa criminali licet Reus non ſit in carceribus.*

25 *Princeps poteſt tollere exceptiones, & defenſiones alicui competẽtes de iure ciuili nõ autem naturali, & nu. 28. 29. & 58. & de ratione nu. 27. declara vt num. 31. limit. num. 32.*

26 *Exceptio an ſit defenſio, vide remiſſiuè.*

29 *Statutum quòd Bannitus non audiatur valet quo ad defenſiones iuris ciuilis, nõ autem naturalis. ſed quid in defenſione nullitatis, vide num. 30.*

34 *Princeps poteſt ſupplere defectum inſinuationis donationis, & nu. 35. & de ratione num. 36.*

37 *Princeps poteſt validare proceſſũ nullũ,*

vel

Digitized by Google

vel iniuſtum, quod declara vt ibi.

38 *Princeps poteſt validare contractum celebratum cum minore, vel muliere ommiſſa forma.*

39 *Princeps poteſt dilationes iuris abbreuiare.*

40 *Princeps ſecundum conſcientiam ſuam iudicare poteſt, & nu. 41. & 46. declara, vt num. 45.*

42 *Princeps non eſt ſubditus regulis iuris.*

43 *Princeps omnes iuris veritates praeſumitur in ſe habere, ac omnia iuſtè facere, nec poſſe errare aeſtimatur, & nume. 44.*

46 *Princeps poteſt delinquentem punire, licet in iudicio probatus ſit innocens, & è conuerſò liberare.*

47 *Iudex etiam ſupremus tenetur iudicare ſecundum acta, & probata, non autē ſecundum conſcientiam.*

48 *Princeps poteſt mādare quod ſuper poſſeſſorio, & petitorio ſimul & ſemel procedatur & ſententiatur.*

49 *Princeps poteſt alterare, & praepoſterare iuris ordinem, quod declara, vt numero 50.*

50 *Princeps non debet uti poteſtate abſoluta abſq; legitima magna cauſa.*

51 *Principis aſſertioni ſtari debet eiq; credendum eſt, & num. 114. ampl. nume. 52. 53. & 55. & de ratione nu. 54. limit. num. 56. & 57. cum ſeqq. & nu. 115.*

54 *Princeps nō debet argui de mendacio.*

57 *Princeps non poteſt priuare vaſſallum feudo abſq. cauſa cognitione, nec eius aſſertioni ſtatur circa felloniam, & num. 58. & 59. vbi etiam de ratione.*

58 *Defenſio eſt de iure naturali.*

60 *Princeps poteſt concedere priuilegium vt in domo alicuius aliquis non capiatur.*

61 *Hidalghi Familia in Aragonia habet priuilegium vt in eius domibus aliquis capi non poſſit.*

62 *Panormi Vrbs habet priuilegium, vt nemo pro debito ciuili poſſit in eius domo moleſtari, lim. num. 63.*

64 *Princeps ſpoliatus ab aliquo poteſt propria authoritate poſſeſſionem recuperare, non autem è contra, & nu. 65.*

65 *Spoliatus à Principe non reſtituitur ad poſſeſſionem cum fructibus. lim. num. 66.*

67 *Princeps poteſt decerne vt aliquis ī emptione praeferatur, & cogere emptorē ad retrouendendum, & nu. 68. & de ratione num. 70. ampl. num. 71.*

68 *Statutum vel conſuetudo, quod quis in emptione praeferatur vel retrouendere ſit coactus, vtique valere dicitur.*

69 *Princeps dicitur lex animata, & ordinaria poteſtate vtitur.*

72 *Princeps poteſt cogere dominos ad vendendū domos neceſſarias pro amplatione Ciuitatis, vel ſtrata publica, ampl. num. 73. & 74.*

74 *Princeps pro aedificanda ſtrata publica poteſt imponere collectam, ac pro illa taxam domorum dominis cōſtituere.*

75 *Vicinus an poſſit cōpelli vendere domum pro ampliatione Eccleſiae conſtruenda, vide remiſſiuè.*

76 *Princeps tempore penuriae poteſt iuſtum pratium frumento conſtituere, ac illius dominos inuitos vendere cogit, & num. 91. declara vt num. 77. ampl. nu. 79. & 80.*

78 *Barones tempore penuriae dominos ad uendendum frumentum cogere non poſſunt.*

80 *Fiſcus poteſt capere frumenta, aliaſque res neceſſarias pro uictu militū à dominis inuitis ſoluto iuſto pratio, illoſque cogere vt vendant in ciuitate, & nō extra territorium, & num. 94. & 96.*

81 *Vniuerſitas ſi non habet pecuniā ex qua emat neceſſaria pro uictu poteſt Princeps mandare quod imponatur collecta, vel cogere diuites ad mutuandum gràtis, & num. 82. & 84. ampl. num. 83. & 86. declara vt num. 85.*

87 *Priuilegia omnia ceſſant tempore famis.*

88 *Ciues tẽpore famis, vel neceſſitatis vniuerſitati ſuccurrere tenentur, ampl. num.* 89.

90 *Fornarij tempore famis coguntur ad coquendum panem etiam diebus feriatis.*

91 *Exteri, & rebelles poſſunt aſſecurari ſub verbo Regio ad portandum frumentum tempore famis.*

92 *Statutum limitans certum pretium in venditione frumentorum tempore famis, validum eſt.*

93 *Vendentes frumentum tempore penuria vltra ſtatutum pretium, vti pacis violatores puniuntur.*

94 *Frumentum tempore neceſſitatis poteſt ſub pena decerni vt vendatur ciuibus tantum, & non exteris, & num.* 96. *& vide num.* 80.

95 *Famis tempore poſſunt diuites compelli ad diſtribuendum eleemoſinas.*

67 *Famis tempore poſſunt ciues compelli ad emendum frumentum ante tempus.*

Pretium conſtitutum frumentis à Magiſtratibus tempore penuria an dicatur iuſtum ſub num. 97. *remiſſiuè.*

98 *Princeps an poſſit cogere partes ad compromittendum, & num.* 99.

100 *Statutum cogens partes ad compromittendum validum eſt, & de ratione, num.* 101.

102 *Banniti poſſunt cum licentia Principis à quocumque impunè occidi, ampl. numer.* 103.

103 *Banniti ſocios occidendo, vel capiendo, poſſunt à Principe aggratiari, & nu.* 104. *&* 106. *& ibi de ratione.*

105 *Occidens foriudicatum, an ſit tutus in foro conſcientia.*

107 *Princeps non niſi ex magna cauſa licentiam dare debet occidendi bannitos, & num.* 125.

108 *Princeps an poſſit conſanguineos Bannitorum à Terra eijcere, & exulare, & numer.* 109. *cum pluribus ſeqq. vſque ad num.* 131. *& quid in faminis, & minoribus, vel conſanguineis clericorum vide num.* 117. *&* 118. *& num.* 126.

109 *Princeps an poſſit imponere panam non delinquentibus, & nume.* 110. *cum plurib. ſequentib. & num.* 128. 129. *&* 130.

110 *Conſanguinei praſumuntur bannitis, & criminoſis fauere, & eos occultare, & num.* 11. *&* 12.

113 *Banniti, & latrones metu pana Imponenda eorum conſanguineis, à delictis ſe abſtinere praſumuntur, & num.* 120. *&* 127.

116 *Probatio bona fama tollit praſumptionem mala.*

117 *Statutum diſponens, quod conſanguinei Bannitorum à Terra exulent, an comprehendat faminas, & minores, & num.* 118. *cum ſeqq.*

Famina ſunt minus audaces quàm viri, ſub num. 117.

119 *Statutum diſponens, quòd propter homicidium, & delictum vnius, omnes cõſortes expellantur, an valeat, & nu.* 120. *cum ſeqq.*

120 *Statutum contra ius naturale an ſit validum, & num.* 121. *cum ſeqq.*

121 *Statutum Florentinum diſponens, quòd vno de agnatione delinquente, cateri agnati teneantur, an ſit iuſtum.*

122 *Statutum vel decretum diſponens, quod alius pro alio patiatur non ſolum eſt contra ius commune, ſed etiam contra ius diuinum, & nu.* 124.

Princeps non niſi ex magna cauſa debet contra ius commune diſponere, ſub nume. 122. 125. *& num.* 130. *ampl. nume.* 126.

123 *Pœna ſuos debet habere authores.*

124 *Princeps an vrgente maxima neceſſitate poſſit contra ius diuinum ſtatuere, & num.* 125.

131 *Princeps poteſt cauſas ſubditorum, vbiq; iudicare.*

132 *Locus ius dicendi quis dicatur in Principe.*

133 *Iudices debent iudicare in loco vbi ſubdi-*

ti

ti ſunt, & de ratione nu. 134.

135 *Princeps poteſt ex ſua Prouincia eÿcere omnes exteres, ſed quid ſi ibi habeant bona, vide num. 143. remiſſiuè, & de ratione num. 136. & 137. cum ſeqq. ſed quid in alijs perſonis, vide n. 140. etiam remiſſiue.*

138 *Princeps poteſt multitudini, vel exercitui prohibere tranſitum per viam publicam, & num. 139. vbi etiam de ratione.*

141 *Princeps poteſt mandare ne quis forenſem recipiat, niſi prius a Magiſtratu recognoſcatur, ſed quid ſi patrimoniũ habeat in illo loco, vide num. 143. remiſſiuè.*

142 *Lombardi tenent exploratores, quia ſcire volunt qua de cauſa forenſes ad eorũ Ciuitates veniunt.*

144 *Princeps ſolus poteſt concedere gentes armatas & armorum cuſtodiam pro ſecuritate itinerantium, & inimicitiam habentium.*

145 *Princeps mandare poteſt, vt nomen eius, ſuaque inſignia & arma in operibus publicis apponantur, declara vt num. 147. & 147.*

148 *Baro an in eius Baronia poſſit depingi facere ipſius inſignia & arma.*

149 *Princeps poteſt manus apponere contra illos, qui eorum ſubſtantia abutuntur.*

150 *Princeps ſolus poteſt aſſignare inſulam deportatis, vel relegatis.*

151 *Sententia deportatorum, vel relegatorum exequi non poteſt, niſi conſulto Principe.*

152 Princeps *ſolus concedere poteſt Conſulatum nationis in aliquo loco, ſed quid in Terris Baronum, vide num. 157. remiſſiuè.*

153 *Conſules habent iuriſdictionem in cauſis illorum de natione, eaſque ſecundũ mores, & cõſuetudines decernere debent, & nu. 154.*

154 *Admiratus Officiales non poſſunt cognere de cauſis nautarum nationum.*

155 *Conſules poſtquam per* Principem *ſunt electi, non poſſunt iuriſdictionem administrare in aliquo loco niſi de mandato Gubernatoris illius.*

156 *Conſulatus officium eſt perpetuum, licet perſona mutetur.*

158 Princeps *ſolus poteſt ad ſe auocare cauſas viduarum, & pupillorum, ampl. ẽt in virgine nume. 159. ſed quid ſi vidua exinde tranſeat ad ſecundas nuptias, vide nu. 165.*

160 *Sententia lata poſt auocationem cauſa eſt nulla limit. num. 161. declara vt num. 163. & 164.*

162 *Princeps poteſt derogare priuilegio per ipſum, vel ius commune conceſſo.*

166 *Princeps propter potentiã litigãtium poteſt ad ſe cauſas auocare.*

167 *Princeps cauſas vi oppreſſorum ſibi poteſt auocare.*

168 *Princeps an ipſe ſolus, vel etiam alÿ officiales debeant cognoſcere de priuilegÿs alieni conceſſis, & nume. 169. & 170.*

171 *Princeps poteſt arbitrari pœnam vltra iuriſditionẽ Iudicis, qui reum punire debet, & ibi de ratione.*

172 *Princeps ſolus poteſt concedere priuilegium fiſci in exequutione debitorum.*

173 *Iudex ordinarius in cauſis ad Principem tranſmiſſis non poteſt amplius ſe intromictere etiam de conſenſu partium, & ibi de ratione.*

Princeps vbi manum imponit, omnibus ſilentium imponitur ſub num. 173.

174 *Citatio per edictum à ſolo Principe demandatur, ẽt die feriata, & eumdem producit effectum ac ſi perſonaliter facta fuiſſet, & num. 176.*

175 *Citatio à ſolo Principe tolli poteſt.*

177 *Princeps ſolus poteſt mandare quod fur bulletur in ſpatulis more mancipiorum.*

178 *Princeps ſolus poteſt taxare locrium in domibus locandis.*

179 *Rex etiam quod ſit minor poteſt regere, & gubernare Regnum ſuum,*

& inter ſubditos iudicare, ſed declarauit num. 180. & 181.
182 Rex noſter Catholicus Philippus III. vigeſimum annum attingens in tot Regnis ſuccedens, omnia cum voto Regiorum cōſiliariorum feliciter gubernauit, qua glorioſè gubernat, & per mille annos gubernabit.
183 Princeps poteſt concedere licentiam mulieri tranſeundi ad ſecundas nuptias vt poſſit penes ſe filios retinere, nō obſtante voluntate teſtatoris, ſed quid patre conuolando ad ſecūda vota, vide num. 184. remiſſiuè.
185 Teſtium receptio, & examinatio an, & quando poſſit alijs committi, & num. 186. & 187.
188 Feria à ſolo Principe Tribunalibus indicuntur circa iudicia adminiſtrāda, ampl. num. 189. 190. & 191. cum ſeqq. vbi diuerſæ ſpecies feriarum apponuntur.
194 Feriatis diebus Magiſtratibus ius dicere nō permittitur ſub pœna nullitatis.
195 Feriæ voce præconis antiquitus nuntiabantur, vt oēs à litibus ſe abſtinerēt.
196 Prorex dicitur Vicarius Regis.
197 Calendarium nouum circa dies feriales in aduentu euiuſcunq. Proregis Tribunalibus conſtituitur, quod aliquando vario modo reformatur.
198 Feriæ multæ ſunt in maximum Reipublicæ præiudicium, & ibi de ratione.
199 Feſtorum obſeruantia ad ſolos Prælatos ſpectare dicitur.
200 Princeps ſolus dat licentiam ſepeliendi cadauera punitorum, & de ratione num. 201. cum ſeqq.
202 Princeps ſolus poteſt remittere pœnam quæ poſt mortē delinquentis remanet.
203 Corpus condemnati dicitur confiſcatum.
204 Corpus Domini noſtri IESV CHRISTI quare poſt mortem Ioſeph ab Arimathia ad ſepeliendum petijt à Pilato.
Delinquens efficitur ſeruus pœnæ ſub num. 204.
205 Seruus pœnæ effectus iura Ciuitatis amittit.
Sepultura ius dicitur de iuribus Ciuitatis ſub num. 205.
206 Qui non poteſt in vita in aliquo loco morari non poteſt in morte ibi ſepeliri.
207 Cadauera punitorum abſq. licentia Principis non poſſunt medicis tradi ad faciendam anatomiam.
208 Corpora punitorum antiquitus nō ſolum ſepultura ſed etiam exequiarum ſollemnitatibus carebant.
209 Appellatio à ſententia Principis non permittitur, nec illa emendari conceditur, & num. 210. cum ſeq. & ibi de ratione, ampl. num. 212. & 213.
212 Supplicatio à ſententia Principis an ſit concedenda.
213 Appellatio vel ſupplicatio an detur à ſententia Senatus Principis.
214 Princeps ſolus poteſt ſententiam ſiue in parte ſiue in totum corrigere, & emendare tàm in ciuilibus quàm in criminalibus.
215 Princeps ſolus poteſt concedere ſecuritatem delinquentibus, & an aliquando inferioribus à Principe ſit permiſſum, vide ibi.
216 Princeps poteſt cogere otioſos, & vagabundos ad exercendam aliquam artē.
217 Ocioſi, & vagabundi ſunt ſimiles fucis aculeatis.
Otioſi, & vagabundi quæ mala afferant Ciuitati, ſub num. 217. 218. & 223.
Medicus optimus in morbis periculoſis requiritur, ſub num. 217.
219 AEgyptij ſinguli annis officialibus demonſtrare tenebantur quomodo legitimè viuerent, aliàs morte afficiebantur.
220 Athenienſes otioſos, & vagabundos pœna capitis puniebant.
221 Otioſi, & vagabundi in Hyſpania cum exilio flagellantur, declara vt n. 222.
224 Pauperes mendicantes per Ciuitatem an ſint expellendi, vel in aliquo hoſpitio gubernandi, & prouidendi, & n. 225. & 226.

Prin-

228 *Princeps poteſt ſine cauſa cognitione homines mala vita, & fama ex ſola ſuſpitione à Ciuitate relegare.*

228 *Princeps poteſt ex cauſa mandare quod quis non tranſeat per domum alicuius, vel quod aliquis mutet hoſpitium ſuum ſub certa pœna, & numero 229.*

230 *Princeps poteſt homines digladiatores, & facinoroſos armorum apportatione ſub certa pœna priuare, & de ratione nu.237. & 238.*

231 *Princeps poteſt homines partitarios, factioſos, rixoſos, & iniurioſos punire, & expellere, & nu.232. & de ratione nu.237. & 238.*

233 *Fœmina inhoneſtæ poſſunt à conuicinio honeſtarum perſonarum expelli, ampl. nu.234. ſed quid de domo propria, vide d. nu.233. & de ratione n.237. & nu.238.*

235 *Lenones poſſunt per Principem puniri, & expelli, & de ratione nume. 237. & 238.*

236 *Vſurarij publici poſſunt per Principem puniri, & expelli, & de ratione nu. 237. & 238.*

Princeps quas perſonas poſſit punire, & expellere, ſub n.236. remiſſiuè.

239 *Cenſores (qui olim Panormi fuerunt) ad quid erant conſtituti.*

240 *Melius eſt opportune occurrere, quã poſt vulnera remedium quærere.*

241 *Magiſtratus non debet pati, & expectare ad arma & rixam deuenire, quem poteſt antea iuriſdictione coercere.*

242 *Mundus dicitur communis patria.*

243 *Pœnam eſt expellere aliquem.*

244 *Pœna ſine cauſa infringi non debet.*

Cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe cum aliquid facit, ſub num. 244. & 298.

245 *Princeps diſpenſare poteſt, vt proximus pubertati, aut doli capax, vel ſurdus, & mutus teſtamentum facere poſſit, & num. 247. intellige vt num.246.*

248 *Princeps cauſas pendentes coram ordinarijs in quacumque parte iudicij ad ſe poteſt auocare, illaſque ad libitum ſuum alijs committere valet, & ibi de ratione & nume.250. ampl. num. 249. intellige vt nume. 251. 252. & 253.*

254 *Delegatus Principis poteſt ſubdelegare.*

255 *Princeps poteſt reſcribere Delegatis, quod ſic faciant, & de ratione numero 256.*

257 *Principis mandatis iniuſtis an ſit obediendum, vide remiſſiuè.*

258 *Princeps ſolus poteſt committere cauſam cum clauſula) appellatione remota) ampl.nu.259.*

260 *Princeps ſolus committere poteſt cauſas cum clauſula (ſummariè & de plano) lim.nu.261.*

262 *Comites, Marchiones, & ſimiles habentes iuriſdictionem perpetuam pro ſe & in perpetuum, dici poſſunt Præfecti prætorio, & in hoc Regibus æquiparantur in eorum Terris.*

263 *Princeps ſolus committit cauſas cum clauſula(de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij.*

264 *Cauſa, in quibus ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij proceditur, quæ ſint.*

265 *Princeps ſolus poteſt vti clauſula (habentes pro expreſſis) & clauſula (non obſtante.)*

266 *Sigillo Principis abſque alijs teſtibus credendum eſt.*

267 *Princeps poteſt derogare, & alterare diſpoſitiones vltimarum volũtatum, declara vt nu.268. & 269.*

268 *Teſtamentum eſt de iure gentium.*

270 *Princeps poteſt villã, ſeu caſtrum ſeparare à Ciuitate ĩ cũ imperiũ habẽte, lim. nu.271. declara vt nu.274. & 276.*

272 Princeps *poteſt de vna Prouincia facere duas, & è conuerſo, & nu.275.*

273 *Ciuitas vnita an retineat ſua priuilegia, vel illis vti debeat, quibus vtitur locus cui vnitur, & nu.274. & 276.*

In-

Digitized by Google

276 Iuriſdictio (ſeparato territorio) an dicatur etiam ſeparata.

277 Princeps quando poſſit vnire, vel ſeparare iuriſdictiones, vide remiſſiuè.

278 Princeps poteſt cogere offenſos ad faciendum pacem cū eorum inimicis, & de ratione nu.279. ampl.nu.280.

281 Officiales antiquitus deputabantur in reconciliandis inimicis ad faciendam pacem, & an hoc poſſint facere ordinarij Magiſtratus, num. 283. 284. & 285.

282 Irenarcha qui dicantur, deque illorum officio.

286 Fideiuſſio de non offendendo, quando ſit praſtanda, & quibus magiſtratibus competat talis iuriſdictio.

287 Magiſtratus in perſonis pacificandis nō debent ſe partiales oſtendere, ſed ſtatim, orta inimicitia, illos quietare procurent.

288 Seditiones non de paruis rebus fiunt, ſed ſi ex paruis ſeditio emanat, exinde magna oriri videtur, & nu.294.

289 Seditiones magna tunc inualeſcunt cum inter Principes, & potentes agitantur, vnde ſtatim illis eſt ſuccurrendū, & nu.290.

290 Error paruus in principio, efficitur maximus in fine. & nu.291.

291 Principijs eſt obuiandum, ne multa mala ſequantur, & n.292. 293. & 294. & vide nu.287.

295 Princeps & Magiſtratus in ſeditionibus, & inimicitijs, quid ſtatim facere debeant, & vide nume. 287. cum ſeqq.

296 Princeps ſolus mandare poteſt, quod procedatur ex abrupto, vt quis torqueatur ex proceſſu informatiuo, aut ex eius conſcientia abſq; legitimis indicijs, & nu. 303.

297 Princeps ſi mandat aliquem decapitandum, vel quid ſimile, an illi ſit obediendum, vel quid iudex facere debeat, & num.299. & 230. cum ſeqq.

298 Princeps praſumitur iuſtè aliquem condemnare.

300 Princeps ſi mandat aliquem iniuſtè ſpoliari, & condemnari grauiter peccat.

304 Princeps ſolus poteſt mandare quod credatur copia inſtrumētiſ ſicut originali, lim.nu.305.

306 Princeps an poſſit mandare quod iudex pronūciet magis vno modo quàm alio, & num.307. & quid ſi cōſenſu partium mandatum ſit obtemptum, & nume.307. & 309. ſed de vera opinione ibi aſſignatur ratio, nu.308.

310 Princeps ſolus concedit delinquenti impunitatem delicti; vbi illi circa hoc aduertendum eſſe videtur.

311 Princeps poteſt mandare quòd eius ſubditus non gaudeat iure communi in ſuo territorio ſi propter delictum ſit bannitus.

312 Princeps ſolus poteſt ius quaſitū ex praſcriptione alteri tollere.

Princeps an poſſit conſuetudinem abrogare, ſub nu.312.

313 Princeps poteſt mandare, vt credatur dicto vnius teſtis, vel duorum ſingularium.

314 Princeps an & quando aliquid diſponendo, poſſit tertio praiudicare, & nu. 315. cum ſeqq. vſque ad num.326. & num. 418.

316 Id quod noſtrum eſt non poteſt ſine facto noſtro à nobis auferri, & nu. 419.

321 Princeps poteſt ad libitū ſuū quandocūque priuilegium reuocare, limit. nume. 323. 324. 325. 421. & 424. cum ſeqq.

Priuilegij ac legis natura eſt, vt quandocunque poſſit ad libitum Principis reuocari, ſub nu.321. & 422.

322 Imperator non poteſt ſibi legem imponere de non reuocando conceſſionem, & num. 423.

426 Princeps ex iuſta cauſa poteſt ius alteri quaſitum auferre, lim. nume.327. & 328. cum ſeqq. intellige vt num.352. & 353. cum ſequentib. vſq; ad nume. 364. & num.420. cum pluribus ſeqq.

Quæ autem ſit iuſta cauſa, vide num. 346. vſq; ad nu. 152.

328 *Princeps ius quod alteri concedit per cõtractum, non poteſt amplius tollere, & num. 329. cum ſequentib. vſq; ad nu. 334. ampl. num. 335. 338. & 339. vſq; ad nu. 345. & ibi etiam de rationibus, limit. nu. 342.*

333 *Princeps in materia contractus cum ſubdito celebrati habetur pro priuato.*

334 *Deus licet leges ſubiecerit Principis poteſtati, non tamen contractuum vincula eius arbitrio conceſſit.*

Contractus ſunt de iure gentium, ac in naturali ratione conſiſtunt, ſub numero 334.

336 *Princeps ſi non ligaretur pacto, nemo cum illo contraheret, & nu. 337.*

340 *Succeſſor tenetur ſeruare contractum licitum ſui prædeceſſoris, non autem eius leges, & num. 341. & de ratione nu. 343. & 344. ampl. num. 345. lim. num. 342.*

347 *Cauſa iuſta in his, quæ ſunt iuris poſitiui præſumitur in Principe, ſecus verò in his quæ ſunt iuris naturalis, vel gentium.*

Cauſa iuſta in Principe quando eſſe dicatur, vide nume. 347. vſque ad numer. 352.

352 *Princeps licet ex iuſta cauſa rem alicui tollat tenetur tamen iuſtum pretium illi dare, vel aliter recompenſando retribuere, & nu. 353. 360. & 362. & de ratione num. 354. ampl. num. 355. cum ſeqq. declara vt nu. 358. etiam cum ſeqq. lim. num. 360. quod autem ſit iuſtum pretium, & à quo ſit præſtandum, vide nu. 361. & 363.*

359 *Ablatiuus abſolutus importat conditionem præcedere debere, lim. nu. 360.*

361 *Pretium iuſtum in redditibus rationatur ad octo pro centenario.*

364 *Appellatio à ſententijs Principis non cõceditur.*

365 *Principis promiſſiones, & reſcripta in caſu ſingulari habent vim legis, & ius faciunt nedum inter partes, ſed etiam inter alios, ampl. nu. 366.*

367 *Princeps ſolus poteſt mandare ſubditis, quòd prorogent alterius iuriſdictionē.*

368 *Princeps ſolus poteſt inſufflare ſpiritum inſtantiæ, ampl. nume. 370. 371. & 375. lim. num. 366. & quomodo ſeruatur in Regno num. 374. remiſſiuè, quid autem in cauſis ſindicatus, vel cauſis grauibus, num. 377. & 378.*

371 *Princeps ſolus poteſt in Terris vaſſallorum ſuſcitare litem mortuam.*

372 *Appellatione deſerta an à ſolo Prcīpe, vel etiam à partibus inſtaurare inſtantiā peremptam, & quid in cauſa appellatis, & nu. 377.*

374 *Inſtantia an communi conſenſu partium poſſit prorogari.*

376 *Princeps poteſt mandare quod iterum reuideatur ſentētia abſolutoria delicti.*

379 *Princeps ſolus concedere poteſt quod aliqua Ciuitas ſit Metropolis aliarum, vel quod talis Terra ſit Ciuitas.*

Princeps ſolus poteſt mandare quod Ciuitas aratro exterminetur, ſub numero 379.

380 *Ciuitas aratro exterminata ammittit priuilegia niſi non à Principe, ſed ab hoſtibus deſtruatur.*

381 *Princeps poteſt mandare quod domus, & prædia rebellium diruantur, vbi etiā ampl. ſed limita. num. 383. quid autem ſi quis compareat pro ſuo intereſſe, num. 382.*

384 *Princeps etiam ſi iniuſtè, & enormiter lædat vaſſallum, non priuatur directo dominio, & de ratione nu. 385.*

385 *Princeps non poteſt in præiudicium Coronæ à ſe abdicare directū dominiū.*

386 *Argumentum de alienatione ad delictū valet.*

387 *Princeps ſolus poteſt procedere ad modū Belli, vbi etiam ampl. & an tali caſu competat remiſſio cauſæ vaſſallorum Baronibus, vide etiam ibi.*

388 *Appellatio à ſententia, quæ tranſiuit in*

in rem iudicatam à ſolo Principe conceditur.

389 Princeps ſolus poteſt vnico verbo caſſare & annullare ſententias iudicum rectè latas.

Princeps ſolus poteſt aduerſus ſententiam in integrum reſtituere, ſub numero 389.

390 Princeps poteſt mādare quod veritas cauſæ iam deciſæ iterum diſcutiatur.

391 Princeps poteſt concedere tertiam appellationem.

392 Princeps poteſt concedere reuiſionem rei iudicatæ.

393 Princeps ſolus poteſt poſt ſentētiam probationes admittere, ac terminum de nouo concedere, & de ratione nu. 394.

394 Condemnatus quandocunque doceat de eius innocentia, ſemper eſt audiēdus.

395 Sententia, lata ex reſcripto Principis contra rem iudicatam, valida eſt.

396 Princeps ſolus poteſt famam reſtituere.

397 Emens à Principe, vel à fiſco non poteſt ab aliquo moleſtari, declara vt num. 398. ampl. nu. 399. lim. nu. 400. vſq; ad nu. 408.

408 Princeps poteſt minoribus veniam ætatis indulgere.

409 Tempus ſtante ſtatuto, vel iuſſu Principis currere poteſt ignoranti, ſed an Legatis à Latere competat talis poteſtas, vide nu. 410.

411 Contractus geſti cum Principe habent vim legis, ampl. nu. 412.

413 Princeps ſolus poteſt vti plenitudine poteſtatis, licet de conſuetudine ſeruare non videatur.

414 Princeps ſolus habens rem communem cū alio poteſt eo inuito illam alienare, vel locare refecto pretio.

415 Princeps ſolus poteſt concedere ſaluam guardiam, & nume. 416. & 417. vbi etiam quid in eius Vicario.

416 Saluaguardia duplex eſt, & n. 417. et ibi vtraque declaratur.

427 Princeps poteſt propter publicam vtilitatem ſuſpendere introitus, & immunitates ſubditis conceſſas.

428 Princeps licet non poſſit vſuras permittere Chriſtianis, poteſt tamen ex iuſta cauſa legitimum intereſſe concedere, illudque percipiendū moderare.

Intereſſe legitimum qualiter conſueuit taxari pro centenario in uēditionibus frumentorum, ſub nu. 428.

429 Iudæi an cum licentia Principis poſſint vſuras exercere.

430 Princeps ſolus poteſt interficientes hoſtes Reipublicæ de publico premiare.

431 Græci interfectoribus Tyrannorum diuinos honores tribuebant.

432 Princeps ſolo verbo dominium tranferre poteſt.

433 Princeps ſolus poteſt emancipationes confirmare, ac ſuper arrogationibus decretum interponere.

434 Princeps ſolus poteſt debitoribus dilationes, ſeu moratorias concedere, vbi qd in debitis iuratis, vel fiſcalibus, aut incertis.

435 Tutelam ſubire non coguntur Conſiliarij Principis.

436 Princeps ſolus à ſubditis adoratur, lim. nu. 437. & hæc impropria adoratio in quo conſiſtat, vide nu. 438.

438 Deo ſoli competit vera, & propria adoratio.

Papa ab omnibus adoratur, cuius non ſolum manus, ſed etiam pedes oſculātur, ſub nu. 438.

439 Princeps cum tractatur de iuribus ſuis poteſt per inquiſitionem procedere.

440 Iudæi & Saraceni à ſolo Principe à Regno expelluntur.

441 Princeps ſolus poteſt concedere monopolia, collegia, ligas, ſeu conuenientias.

442 Princeps ſolus poteſt apponere clauſulam, ſeu pœnam indignationis ſuæ, vbi quid vult dicere talis pœna, & quid operetur eius incurſio, vide numero 443.

444 Princeps ſolus confirmat venditiones, expenſiones, electiones, & alios actus vniuerſitatis, eique concedit licentiam

tiam conſilium congregandi, quod declara vt ibi, & etiam num. 445.

446 *Vniuerſitates non poſſunt collectas imponere per emendis frumentis, ſeu pontibus reficiendis, vel alijs ſimilibus abſque licentia principis, ſed limita, & declara vt ibi.*

447 *Infames non poſſunt reſidere vbi Princeps commoratur.*

Infamibus porta dignitatum non patent ſub num. 447.

448 *Libri improbata religionis, vel cōtra Regiam iuriſdictionē tractantes poſſunt à Principe prohiberi.*

449 *Princeps ſolus decernere poteſt quod filij matris originē ſequantur, & ab ea cognominētur omiſſo cognomine patris.*

450 *Repraſalia à ſolo Principe conceduntur, & quæ Ciuitates ab illis ſint immunes, vide ibi.*

451 *Duellum licet à ſolo Principe permittatur, tamen in Regno noſtro prohibitum eſt.*

452 *Sententia lata à Principe contra non citatum eſt valida.*

453 *Princeps poteſt mandare quod Reus ſequatur forum Actoris.*

Actor ſequitur forum Rei, niſi Princeps aliter mandauerit, ſub num. 453.

454 *Princeps poteſt ſuam ſententiam quandocumque corrigere, & reuocare, eiuſque cognitionem alteri committere ampl. vt ibi.*

455 *Princeps ſolus poteſt pecuniam ad certū vſum relictam in alios vſus conuertere, limit. vt ibi.*

Papa ſolus poteſt relicta ad pias cauſas in alias commutare ſub num. 455.

456 *Princeps ſolus poteſt ſubijcere quæſtionibus, & tormentis perſonas in dignitate conſtitutas.*

457 *Ceſſio bonorum olim à ſolo Principe concedebatur.*

dixerunt *Imol. Gemin. Franc. & alij in cap.Grandi, de ſupplend. neglig. pralat. lib.*6.*Vaſq. de ſucceſſ.creat.*§.1.*nu.*13.
latiſſimè *Cald.Perier. in l. ſi curatorem habens, de reſtitut.in integr.nu.*46.licet
180 † ſecũdùm magis tutam opinionẽ nõ
ſolus debeat per ſe proprio motu, &
conſilio adminiſtrare,ſed nomine ſuo
cum cõſilio, & directione virorum fi-
deliũ,& prudentum,ſecundũ *Guttier. in tract.de tutel.& curat.p.*1.*c.*18.*n.*7.
181 vbi etiam ponit † qui debeant eſſe iſti
prudentes, & qualiter eligantur, quæ
182 opinio fuit † ſeruata per Catholicam
Maieſtatẽ Philippi Tertij Regis no-
ſtri, qui vigeſimum annũ attingẽs ob
mortem prudentiſſimi, & Catholici
Philippi Secundi eius patris, in tot
Regnis ſuccedens omnia cum cõſilio
Regiorum Præſidum, & cõſiliariorũ,
sũma cũ felicitate gubernauit, & ad-
huc per mille annos gubernabit.

183 Trigeſimo quinto † concedit licen-
tiam mulieri tranſeunti ad ſecundas
nuptias, vt penes ſe poſſit retinere fi-
lios,nõ obſtante voluntate teſtatoris,
*Ruin.conſ.*125.*lib.*5. *Pragm.de tuto.q. fin.nu.*30. refert,& ſequitur *Guttier.de tutel.p.*1.*c.*9.*n.*18. *Menoch.de arbit.caſ.*
168.*num.*1.*Vinc.de Franc.dec.*350. &
184 † quid in patre tranſeunte ad ſecundas
nuptias *Cabed.dec.*99.*par.*1.

185 Trigeſimo ſexto põt examinationes
teſtiũ alijs cõmictere ſecũdũ *Specul. in tit.de teſte*, §.*ius tractãdũ,in* 1.*verſ.ẽt in criminalibus.ꝑ text.in c. propoſuit, de cõceſſ.prabẽd. Auendag. de exeq.mãdat.*
* *Reg.lib.*2.*c.*17.*n.*4.ꝗ allegat cõm.*op.
186 nõ † tñ ille,cui cõmictit, põt alijs ſub-
delegare, ſecũdũ eũ,licet in criminali-
bus non poſſit cõmicti receptio teſtiũ,
ſed ibi examinari debeãt ꝑ iudices, *ad tex.in Auth.apud eloquẽtiſſimum, C. de fid.inſtr.gl.in clem.*1.*de off.dele. in ver. ciuili,c.*2.*vbi gl. in ver.prohibẽte, de iudicijs, in* 6.*& tex.in l.*3.§. *Diuus, ff. de teſt.vbi DD. Aug.in* §.*quoniã, in Auth. de teſt.colla.*7. vbi † ampliat ẽt ſi teſtes
eſsẽt extra prouĩtiã, *Auiles.c.*37.*Prat. ver.Porsi*, vbi limitat in aliquib.caſib.

187 Trigeſimo ſeptimo † ipſe indicit fe-
rias Tribunalibus circa iudiciorũ ad-
miniſtrationem, *ad tex.in l.à nullo vbi*

Docto-

Doctores,C.de ferijs,& in l.1.& l.colo-
ni,vbi Andr. de Barul. C. de agricol. &
cenſit.lib.10. Natt. in clement. ſæpe, in
Princip.col.88. in gloſ. in verb.ob neceſ-
ſitatem,verſ.ſecundo à Principe ſolo In-
189 *dici poſſunt de ver.ſignificat.*quod† in-
tellige tam de ferijs vindemiarum,vel
meſſium ad colligendū fructus intro-
ductis,iuxta *tex.in l.præſides,ff.de fe-*
rijs,& d.l.à nullo,Specul.de ferijs,§.1.
Greg.Lopez.in l.37.tit.2.p.3.& apud
antiquos *Varro de lingua latina lib.* 5.
Plinius, lib.8.c.3. de quibus apud Hi-
ſpanos eſt *text. in d. l.37.* quàm de fe-
rijs tonnariarum, & cānamelarum,ex
ſpeciali Regia *Pragmatica* in Regno
190 conſtitutis, vel † in ferijs ſeruitij mili-
taris, ſiue Parlamenti, in quibus cum
ipſis ius dici prohibetur , *ad text. in*
191 *cōſtitut. Hoſtici,* cum † etiam de ferijs
ſollemnibus diuini cultus cauſa inſti-
192 tutis, *toto titulo C.de ferijs,* ſiue† hono-
rarijs in honorem Principis decretis,
ad tex.in l.omnes,C.eod. ſiue repētinis,
quæ à Principe propter inauguratio-
nem,triumphum,rem proſperè geſtā,
natalem alicuius magni Principis,vel
filiorum, aut † alias cauſas extra ordi-
193 nem indicūtur, quæ cum nulla earum
certa lex,aut tempus eſſe poſſit,repen-
tinæ appellantur,*ad tex.in d.l.à nullo,*
& gloſ.in d.clement.ſæpe,in verb.ob ne-
194 *ceſſitatem.* His † inquam temporibus
ius dicere permiſſum non eſt in omni-
bus Regni Tribunalibus ſub pęna nul
litatis, ſecundum *iura allegata,* & prę-
cipuè *tex.in l.1.ff.eod.tit.cap.vlt. de fe-*
rijs, gloſ.in l. omnes dies, & in l.dies fe-
ſtos,C.eod.cap.fi.de iudicijs,& cap.pla-
cita,10.quæſt.4. Cuiatius in l. pridie,
ff.eod.Chriſtof. de Pax. in ſchol. ad ll.
ſtili,l.156.num.5.cum ſeqq. & nu.15.
Cenall.comm.contra comm. quæſt.366.
quod etiam apud antiquos fieri con-
ſueuiſſe habemus *Ciceronis locum, lib.*
195 *1.de diuinat.*dicentis, Præconem†edi-
cere ſolere feriatum tempus , quo liti-
bus,& iurgijs abſtineretur,*& in lib.2.*
de leg.ibi feriarum,feſtorumque dierum
ratio in liberis requiem habet litium, &
iurgiorum, inde *Ouidius lib. 1. Faſtor.*
de ferijs Calendarum Ianuarij.

Lite vacent aures, inſanaque proti-
nus abſint.

Iurgia differt opus liuida lingua tuū.
& *Martialis,Natalem colimus,tacete li-*
tes,& plura apud *Aullum Gellium lib.*
16.cap.4. & lib.9.cap.15. Alexand.ab
Alexand.lib. 5.cap.7. Petr. de Gregor.
Tholoſ. Syntagm.lib.2.cap.16.num.3.
Marant.in ſpecul.par.6.Coraſius lib.3.
Miſcellan.18.num.11.Cabed.deciſ.87.
nu.10.par.1. & de ferijs Tribunalium
Regni Neapolitani *Marc. Ant. Surg.*
de Neapol.illuſtr.cap.27.nu.50. Vnde
in Regno conſueuit in aduētu cuiuſ-
196 cumq. Proregis,qui † Vicarius Regis
noſtri dicitur, (vt infra *lib.* 5. videbi-
197 mus)publicatur nouum†Calendariū,
in omnibus Regni Tribunalibus ſer-
uandum , & per omnes Magiſtratus,
vt in Pragmat.10.§.2.tom.2. Pragma-
ticarum tit. de Magiſtr. Rational. & in
conſt.Pragmatical.titul.2. fol.4.& ali-
quādo plures dies feriales adiungun-
tur, alijs vero temporibus multi delē-
tur , prout nouiſſimè vidimus ſeruatū
per Illuſtriſſ. Ducem Oſſunæ huius
Regni Proregem,qui plures dies feria
les ab antiquis calēdarijs abſtulit ; sūt
198 † enim in maximum Reipublicæ præ-
iudicium, nam lites fiūt immortales,
quod (factum fuiſſe per Claudiū Cę-
ſarem quarta vice conſulem ,) ſcri-
ptū inveniri apud *Dionem Caſſium,lib.*
51.hiſtoria Romana, vt refert *Bouadill.*
199 *lib.1.politic.cap.17.* licet † circa obſer-
uātiam fęſtorū ſpectet hoc ad Illuſtriſ
ſimos , & Reuerendiſſimos Prælatos,
ſecundum *Couarr. variar. reſolut.cap.*
19. lib. 4. Didac. Perez,l.5. titu.1. lib.
1.ordinat.Ioan.Maior. in ſumm. cōfeſſ.
lib.1.tit.12.quæſt.6.
200 Trigeſimo octauo † Princeps cōce-
dit

dit ſepulturam cadaueri punitorum, ſeu ad mortem condemnatorum prę- ter ſolitam; ad tex. in l. 1. & fin. vbi Re- buff. ff. de cadauerib. punitor. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. nu. 11. Caſ- ſan. in conſuet Burgund. Rub. 2. §. 1. nu. 5. vbi ita intelligit tex. in l. obnoxius C. de relig. & ſumpt. funer. Clar. in §. fin. quæſt. 100. & ibi Baiard. in add. Marc. Anton. Surg. de Neapol. illuſtr. cap. 15. nu. 28. ibique D. Mutius in add. fol. mihi
201 328. vbi rationem reddit,† quia pęna etiam poſt mortem remanet, quã ſo-
202 lus† Princeps remictere poteſt, cũ cor-
203 pus puniti iam ſit † confiſcatum ipſi Principi, l. fin. ff. de cadauer. punitor. &
204 adducitur per DD. † exẽplum Ioſeph ab Arimathia, qui petijt à Pilato, tũc vice principe, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſepulturæ traderet, Ioann. 24. & Matth. c. 27. eo quòd de- linquẽs efficitur ſeruus pænæ, l. Impe- ratoris, ff. de iur. fiſc. §. ſerui, inſtitut.
205 Quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. & † qui efficitur ſeruus, ammictit iura Ciuita- tis, inter quæ eſt ius ſepulturæ, quini-
206 mo, & ratione contumaciæ, nam† qui viuus non potuit in aliqua Ciuitate morari, mortuus non poteſt in illa ſe- peliri, ad tex. in l. 2. C. qui teſtam. facer. poſſ. quem vti ſingularem dixit Iaſ. n. 2. Abb. in cap. ad hæc, de priuileg. Dec. in cap. 2. de except. Royas de hæret. ſingul. 62. num. 6.

207 Et ob id † ampliãt Doctores in prin- cipio relati, vt ſine licentia Principis, nec medicis punitorum cadauer tradi poſſit ad anatomiam faciendam, licet publicam reſpiciat vtilitatem, vt per Bart. in d. l. fin. & optimè Duaren. vbi id à Principe ipſo, non à Magiſtratu perendum erit, Rip. in tract. de remed. preſeruat. contr. peſt. num. 142. & ſeq. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 285. nu. 10. qui licet teneat, quòd hoc iudicis ar- bitrio relinquatur, verũ ſubiungit ip- ſe, tutius eſſe Principis voluntatẽ pre- ſcrutari, & ita vtimur in Regno.

208 Vnum † nõ omictam, quod legitur apud Ciceronem in lib. 2. de legib. pro ampliatione prædictorum, vt nedum ſepultura, ſed & iuſtis exequiarum ſollemnitatibus ſceleroſi damnati ca- rebant.

209 Trigeſimonono à ſententia Princi- pis non appellatur, quia eius ſentẽtia diffinitiua pro lege habetur, vt dixit, Bald. in prohem. ff. col. 4. verſ. item nota, & in l. 1. ff. de offic. præfect. vrb. Felin. in cap. cum non liceat, col. 5. circa mediũ, de præſcript. Oldr. conſ. 52. incip. quæſtio talis eſt, ad finem, vbi concludit, quòd
210 † à ſententia Regis non poteſt appel- lari, nec etiam error ipſius emendari,
211 quia † ſuperiorem non habet, idẽ Bal. in cap. cum veniſſet, col. 2. de eo qui mict. in poſſeſſ. & in Auth. hoc amplius, C. de fideicommiſſ. Brun. conſ. 154. vol. 2. Ca- lic. de fiſc. dub. 8. ſpect. 45. Natt. in clem. ſæpe, in princ. col. 76. de verb. ſignificat. per l. 2. §. exactis, ff. de orig. iur. Dom. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de
212 delegat. num. 5. & † maximè quia Prin- ceps nec ſupplicationem admictere tenetur, vt per Afflict. in rubr. quæ ſint regal. num. 35. & num. 41. & in prohem. conſtit. Regni, quæſt. 21. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 62. ſed vide Natt. conſ. 608. vol. 3. qui idem videtur te-
213 nere † in Senatu cuiuſlibet Principis, Corn. conſ. 200. vol. 1. quinimo, & ipſe
214 † ſolus poteſt eius ſententiam ſiue in parte, ſiue in totum, ſi videat eam in- iuſtam retractare, ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali, vt concludit Abb. conſ. 92. num. 3. par. 1. per tex. in l. index, ff. de re iudicat. & l. moris eſt, §. & ſi for- te, ff. de pæn. & l. 1. C. ſentent. reſcind. non poſſ. Bar. in l. ab exequutore, num. 7. ff. de appellat. & in l. 2. C. de ſent. ex pe- ri. recitand. vbi etiam Bald.

215 Quadrageſimo † ſecuritatem con- cedit delinquentibus, Magalott. de fal- uo conducto, col. 2. licet in inferioribus

à Prin-

à Principe hoc ampliet *Soc. iun. conſ.*
76.num.5.vol.3. Affl. decis.4. Menoch.
conſil.100.num.227. Caſtald. de Imper.
quæſt.110. priuileg.239. Dom. de Pont.
in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ.
prouiſ. §. de ſaluo conduct. num.1. & dixi
ad indul. c.2. num.15. quibus adde no-
uiſſimè *Regner. ſextin. de Regal. lib.2. c.*
2. nu.41. cum ſeq.

216 Quadrageſimoprimo † cogit otio-
ſos ad faciendum aliquam artem, vel
honeſtum exercitium, *vt in auth. de*
q̃ſtor. §. ſi verò liberi, & §. ſeq. vbi Bart.
not. Brun. conſ.132. vol.2. id enim Rei-
publicæ expedit, cum (vt dixit *Plat. lib.*
217 8. *de Republ.*) otioſi † fucis aculeatis
ſimiles ſunt, & in quacumque fuerint
Ciuitate, eam turbãt, quemadmodũ
bituita, ac bilis corpus, quos oportet
bonum medicum, & legum fundato-
rem, nõ minus quàm ſolertem apum
cultorem, eminus præcauere, primum
quidẽ ne oriãtur in Ciuitate, quod ſi
oriuntur, vt cum ipſis fauis protinus
excidãtur; *& eccleſiaſt. Multa*, inquit,
218 *mala† docuit otioſitas*; permultaque, ſe-
cundum *Xenophon. lib. de Republ. Lace-*
demo. ab otioſis, & abſurda patrari ſo-
lẽt, ſunt enim Ciuitatis venenũ, pro-
ni ad libidinem fiunt, bonis inuidẽt,
aliena appetunt, denique ſeditioſi, &
turbulẽti euadunt; Hinc *Catull. otium*
Reges prius, & beatas perdidit vrbes; in-
219 de apud † Ægyptios Amaſis legẽ con-
didit, vt ſingulis eorum annis apud
Prouinciarum Prȩſides demoſtrarẽt;
vnde viuerent, & qui aut hoc non fa-
ceret, aut non demoſtraret ſe legitimè
viuere, is morte afficeretur, quam le-
220 gem † Solon ab Ægyptijs mutuatus
Athenienſibus tulit, & diaconis lege
pariter capite puniebantur, vt dixerũt
Herodot. lib.2. Diodor. Siculus lib.2. &
Patrit. lib.1. de Inſtit. Reipubl. Flagel-
221 lorum tamen & exilij pœnam† in Re-
gnis Hiſpaniarum ſancitam eſſe teſta-
tur *Simanc. d. lib.8. c.27. in fi.* ſubdẽs,
222 prius† monendos eſſe, vt vel alicui ſer-
uiant, vel operas ſuas locent, quod ſi
non fecerint, ea pȩna in illos exequẽ-
da eſſet, nam, qui † ſemel otio ſunt aſ-
223 ſueti, ſi deſit quod illud alãt, ad ma-
las artes confugiunt, & vt plurimum
latrones, lenones, aleatores, & his de-
teriores euadunt; idẽq; pariter proui-
ſum eſt in Regno per binas *Pragmati-*
cas in tit. de vagabundis, tom.2. † ſicuti
224 idem † dicendum eſt de validis, & in-
certis mendicantibus, vt omnimodo
è Ciuitate per magiſtratus extermineẽ-
tur, & puniantur, ſecundum *D. Aug.*
ad fratres in eremo, ſermone 35. & eſt
tex. expreſſus in l. vnica, C. de Mendi-
225 *can. valid. lib.11.* vnde † ſatis conſul-
tius eſſet Reipublicæ, ipſiſq; veris men
dicis, ſi quotannis ſemel ſaltim explo-
rarentur, quis ſit vnus quiſque pau-
perum, & quamobrem mendicus ſit,
& curarentur morbi eorum, & nemini
226 † liceret mendicando viuere, niſi prius
ab Epiſcopo, & Magiſtratu aliquo,
cauſa cognita, id illi permitteretur, &
ob id pluries in hac fœliciſſima Vrbe
fuit concluſum debere veris mẽdican-
tibus locum certum aſſignari, ibiq. de
publico victũ prebere, ſed numquam
exequutioni miſſum; & de his valde
exclamat *Plat. lib.11. de legib. Nullus in*
ciuitate noſtra mendicus ſit, quicumque
vero id tentauerit, victumq; inexplebili-
bus pracibus colligere caperit, à rerũ ve-
nalium curatoribus è foro pellatur, ab
adili magiſtratu ex vrbe eijciatur, ex to-
ta denique regione ab agri Magiſtratu
extermInetur. vt ab eiuſmodi animalium
omnino vniuerſa regio munda ſit.

227 Quadrageſimoſecundo † poteſt ſi-
ne cauſæ cognitione ſubditos homi-
nes malæ vitæ, & famȩ, ac criminoſos
pro quieto, & pacifico Reipublicæ
ſtatu ex ſola ſuſpitione relegare, &
à Regno eijcere, *ad tex. in l. moris, ff. de*
pan. l. fi. ff. de interdic. & relegat. l. Pra-
ſes, in fi. l. congruit, ff. de offi. Praſ. Bal.

Digitized by Google

in l. ex facto proponebatur, in fin. ff. de
hæred. inſtit. & in c. 1. §. ſi dominus, de
nou form. fidel. Ang. in §. vnū in Auth.
de reſtitu. & ea quæ par. in 11. menſe,
Natt. conſ. 625. vol. 3. Capibl. de Baron.
pragm. 7. nu. 18. Auendag. de exeq. mād.
Princip. lib. 2. c. 6. nu. 14. vbi quotidie
practicari teſtatur; hinc eſt quod ho-
die in Regno per Magiſtratus ſupre-
mos hæc omnia fiunt, cōſulto tamen
Principe, quinimo ob inimicitiā, vel
228 † aliam cauſam mādat, quòd vnus nō
tranſeat per domum alterius ſub certa
pœna, ſecūdum Bart. Iaſ. num. 25. &
alios ī l. quod iuſſit, ff. de re iud. pro quo
eſt tex. in l. ſi cuius §. ſi inter duos, ff. de
vſufr. D. Mut. ſuper conſuet. Pan. 33. nu.
229 4. vel † quòd aliquis muret hoſpitium,
vt poſt Iaſ. ī d. l. quod iuſſit, dixit Anil.
in c. 2. Prætor. ver. partialidad. vel q̄ di-
230 gladiatores, † & facinoroſi homines
priuētur armorum apportatione, qđ
in Regno fieri ſepiſſimè conſueuit. itē
231 † partitarij, & factioſi, vt notat Barbat.
in prob. Clem. Nenix. in Silu. nupt. lib. 4.
nu. 177. Io. Grand. de Bell. exul. verb. in-
cip. quæro an poſſint, fol. mihi 137. num.
232 5. Item † rixoſi, & iniurioſi, ad text. in l.
fi. vbi omnes notāt, ff. de offic. Procurat.
Cæſar. ſiue vir, ſiue fœmina ſit, Grām.
in cōſt. Qua paſſim, num. 1. & facit tex.
in l. 2. §. exactis, ff. de orig. iur. Meretri-
233 ces † quoq; à conuicinio honeſtarum
perſonarum expelli poſſunt, l. nullus,
& ibi Caſtrenſ. C. de ſum. Trinit. & fid.
Cath. Affl. & Gramm. in d. conſt. Qua
paſſim, & vbique adſunt ſpecialia ſta-
tuta ſuper hoc, vt ī Vrbe noſtra, c. 33.
vbi D. Mut. latiſſimè, Vinc. de Franch.
dec. 316. licet dubium ſit, ſi hoc proce-
dat, vt expellantur è domo propria, de
quo per Peguer. dec. 12. & Gaſpar. The-
ſaur. poſt alios in quæſt. forenſ. 33. lib. 1.
quinimo † & ab Vrbe ſi aliquo modo
234 Rempublicam perturbent, vel iuuenes
in perditionem reducerent, vt notat
Auendag. de exeq. mand. cap. 6. num. 3.
D. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de pro-
235 miſ. fier. ſol. in rubr. nu. 16. Item † & le-
nones, vt in Auth. de lenon. in fi. Grām.
in d. conſt. Qua paſſim, Anto. Sol. ſuper
236 decret. Pedem. tit. de lenon. † Item vſu-
rarij publici, ſecundum Affl. in conſt.
vſurariorum, Luc. de Penn. in l. deuotū,
C. de metall. lib. 12. & quam plurimæ
aliæ perſonæ, de quibus per eundem
Luc. de Penn. in l. 1. C. eod. tit. & non ſi-
ne maxima ratione prædicta iuſtifica-
ri videntur; quandoquidem factis, &
237 † moribus Rempublicam perturbant,
ſm Bald. in l. fin. ff. de offic. Procurat.
Cæſar. Iodoch. in prax. c. 63. nu. 11. vn-
de ſicut medici membrum ſępe putre-
factū incidūt, atq; in totum eradicāt,
ne aliam corporis partem labefactare,
238 ac corrumpere poſſit, ſic † neceſſe eſt, ſi
Rempublicam ſaluam eſſe volumus,
vt perditiſſimos, & malos homines ex
Vrbe penitus extirpemus, ne corrupt⁹
integro, violatus caſto, labem infrin-
gat, vt refert Cicero in Vatinium; & ex
hoc forrè vidimus in Regno eligi ſpe-
239 ciales † magiſtratus, licet inde eorum
officium ex mandato Regio aboletū,
quos Cenſores dicebamus, & in iure
exploratores, ſiue curioſi nuncupant,
ad quos pertinebat diligēter perquire-
re q̄d homines improbi, & otioſi vbi-
que molirentur, idque Principi refer-
re, vt eos à Regno extirparet ad tex. in
l. 1. §. cura carnis, ibi, & ſanè debet diſpo
ſitos milites ſtationarios habere ad tuēdā
popularium quietem, & ad referendum
ſibi quid vbique agatur, melius enim eſt
240 opportunè occurrere, quàm poſt vul-
nera remedium quærere, nec pati dēt
241 † magiſtratus, ad arma, & rixam proce
dere, quos poteſt iuriſdictione ſua cō-
ponere, vt dixit Simanc. de Republ. lib.
8. cap. 25. id tñ ſuadente cauſa facere
242 debet, cum † mundus ſit omnibus cō-
243 munis patria, & expellere † pœna eſt,
244 quæ ſine cauſa dari † non debet, ad tex.
in l. relegatorum, ff. de interd. & releg.
Anil.

Anil. in c. Prat. 1. verb. ſeruitio, num. 5.
vbi ait hoc præſumi in Principe, ſecun
dum *Abb. in cap. niſi ſpecialis, de offic.*
deleg. in 6.

445 Quadragesimotertio † diſpenſat cũ
ꝓximo pubertati, q̃ poſſit teſtari, *Fel.*
in c. cum vigeſimum, col. 2. verſ. ſecundo
arguũt, de offi. deleg. Bart. in l. 3. ff. de
teſta. & idem in pupillo doli capace, vt
poſt *alios* dixit *Gugl. de Bened. ĩ c. Ray-*
nutius ĩ 5. p. ver. adiectè puberi, nu. 63.
in fi. de teſtam. Theſaur. dec. 87. vbi op-
246 timè diſtinguit, idque † intellige ſerua-
tis alijs ſollemnitatibus, *ad tex. in l. ſi*
* *quando cum gl.* communiter * recepta,
de qua per *Rim. iun. conſ. 679. num.* 88.
247 *vol. 6.* & † pariter concedit licentiam
muto, & ſurdo faciendi teſtamentum,
ad tex. in l. ſi mutus, ff. de teſtam. vbi gl.
& ĩ l. diſcretis, C. q teſtam. facere poſſ.

248 Quadragesimoquarto † auocat ſibi
cauſas coram ordinarijs pendentes in
quacũque parte iudicij, alijſque com-
mittit, & delegat, *ad text. in l. iudicium*
ſoluitur, ff. de iudicijs, l. vnic. §. fi. C. qui
pro ſua iuriſd. ind. dar. cũ ibi notatis per
Bart. gl. in l. 1. C. de exhib. reis, c. vt no-
ſtrum, de appell. Caſtr. in Auth. qua in
Prouincia, C. vbi de crim. ag. oport. &
conſ. 318. incip. conſiderandum eſt num.
249 *2. in fi.* vbi hoc ampliat † etiam ſine
cauſa *per tex. ĩ d. l. iudicium ſoluitur,* &
ſubdit quòd nunquam Princeps cen-
ſetur per aliquam conceſſionem ſibi li
gaſſe manus quo minus ad ipſum poſ-
250 ſit recurri in aliqua ſpeciali cauſa, † &
eam delegare cui maluerit, quia nimis
abſurdum eſſet, quòd tàm lata pote-
ſtas, quam habet Princeps in ſuos ſub-
ditos, aliquo pacto impedita, & reſtri-
cta eſſet, vt notanter tradidit *Auen-*
dag. de exequ. mand. Princ. cap. 19. lib.
1. Gregor. Lopez. par. 7. lib. 3. titu. 29.
Couarr. pract. quaſt. cap. 9. num. 1. cum
ſeqq. & lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. nu.
276. Cabed. dec. 85. num. 5. & ſeq. par.
2. Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 4. gl.
10. par. 1. num. 155. Peguer. in pract.
titu. de auocat. cauſ. ad Reg. aud. num. 1.
251 licet † omittendum non eſſe arbitror,
quòd huiuſmodi cauſarum auocatio,
alijſque delegatio non niſi ex maxima
cauſa fieri debet per Prĩcipes, id enim
252 † & ludibrio tribunalibus Iudicum or-
dinariorum & Reipublicæ maximum
detrimentum afferre conſueuit, eo ma
gis ob difficultatẽ in vnione diuerſorũ
magiſtratuum, & alia, quæ infinitas
reddunt cauſarum expeditiones, de
quibus multa cumulat ad propoſitum
Auendag. in loco citato, & Do. de Ponte
in tract. de poteſta. Proreg. tit. de abund.
Ciuit. §. 1. num. 16. & 19. & in titu. de
delegat. cauſ. & deciſ. 36. num. 12. vbi
plura, & notabilia more ſuo tradit,
ſuntque expreſſe Regiæ Literæ in Re-
253 gno, mandantes, quòd † cauſæ nõ au-
ferantur ab ordinarijs, ſed male ſeruã-
tur, hinc ex præmiſſa concluſione ori-
tur quòd ſicut ad Principem attinet
254 delegare, ita † & ſolus Principis dele-
gatus poteſt ſubdelegare, *ad text. in l.*
à Iudice, C. de iudicijs, l. 1. in fi. C. qui
pro ſua iuriſd. Ruy. conſil. 138. num. 2.
255 *volum. 5.* & pariter poteſt † Princeps
reſcribere eiſdem delegatis, quòd ſic
faciant, *Afflict. in cap. 1. in princ. num.*
80. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſſall.
256 *Barb. cõſ. 24. vol. 2.* quia † nullus eſt, qui
poteſt dicere ei, cur ita facis, ſed quid
257 † ſi mandatum Principis ſit iniuſtum,
vide latè *Anil. cap. Prat. 1. ver. Manda-*
mientos, per totum.

258 Quadragesimoquinto † committit
cauſas appellatione remota, *tot. tit. ff.*
à quib. appell. non licet, vbi Bartol. not.
& cap. ſuper quaſtione, ver. ſi vero, de
offic. deleg. cap. paſtoralis, de appell. idẽ
Bart. in l. fin. num. 4. C. de ſentent. Fe-
ly. in cap. cum olim, colum. 12. in 3. exem-
plo, de re iudicat. & in cap. dilecti, vbi
etiam Abb. num. 14. & cap. cum inter,
de except. & in cap. ſicut Romana, vbi
de communi, * *de reſcript. Affl. in rub.*

de Regal. num.9. vbi latè, Do. de Ponte
de poteſta. Proreg. titu.de diuerſ.prouiſ.
§.4. num.1. & ſeq. Calic.de fiſc. dub.8.
num.5. Roſental.de feud.cap.5. concluſ.
13. lit. C. Natt.conſil.591. num.8. vo-
259 lu. 3. quod † procedit etiam in cauſis
criminalibus, ad text. in l. fin. C. de
rapt. virg.

260 Quadrageſimoſexto † committit
cauſas cognoſcendas cum clauſula,
ſummariè, & de plano, Fely. in cap. 1.
in 1. declarat. de reſcript. Abb. & Franc.
ī cap. paſtoralis, de appellat. idem Fely.
poſt Abb. in cap. quæ in eccleſiarum, nu.
32. de conſtitut. Boſſ. tit. de princip. nu-
me.287. Rolād.conſ.4.nu.34. volum.3.
Calic. de fiſc. dub.8. ſpecial.48. Bellon.
conſ. 25. in fi. Guid. Pap. dec. 199. vbi
ſubdit ſecus eſſe de conſuetudine, quia
261 Comes, Marchio, & quilibet alius in-
ferior habens dignitatem, & admini-
ſtrationem perpetuam pro ſe & ſuis
deſcendentibus, & iure proprio, poteſt
committere cauſas ſummariè cogno-
262 ſcendas, quia † cenſentur Præfecti prę-
torio, & æquiparantur Regi in eorum
Terris, vt latè firmat Georg. Natt. in
clement. ſæpe, in princip. colum.75. verſ.
quarto fallit concluſio gloſſæ, de verb. ſig.

263 Sicut † etiam poteſt committere cau
ſam, quòd in ea procedatur de plano,
ſine ſtrepitu, & figura iudicij, gloſ. ſin-
gularis in cap. fin. de hæret. in 6. clemēt.
ſæpe in verb. mādamus, de verb. ſignific.
Fely. in cap. ſicut olim, num.3. de accu-
ſat. Ioa. Coſta ī conſt. Reg. art.63. col.4.
264 Et † quæ ſint iſtæ cauſæ, in quibus
ſummariè, de plano, & ſine figura iu-
dicij proceditur, vide Auiles cap. 36.
Prat. verb. caſos.

265 Quadrageſimoſeptimo † Princeps
poteſt vti clauſula (habentes pro ex-
preſſis) vt tradit Loffred. conſ.12. num.
13. & clauſula (non obſtante) Rimin.
conſil.187. num.9. volum.2. Alex. con-
ſil.123. nume.9. volum.2. Natt. conſil.
393. num.7.

266 Quadrageſimo octauo † ſigillo Prin
cipis abſq; alijs teſtibus creditur Alcia.
conſ.97. nu.13. cum ſeqq.

267 Quadrageſimo nono † poteſt de-
rogare, & alterare diſpoſitiones vlti-
marum volūtatum ex iuſta, & proba-
bili cauſa, vt ex multis dixit † commu-
nem Couarru. lib.3. variar. reſolut. cap.
6. num.7. verſ. ſexto hanc ſententiam,
Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. lib.1. §.
1. de teſtant. potent. num. 29. Pere-
gr. de fideicomm. art.24. nu.44. Didac.
à Spino in ſpeculo teſtam. in glo. rub. par.
2. nu.24. poſt alios Doctor Mart. in tra-
cta. de iuriſd. par.4. cent.1. caſu 74. nu.
268 15. vbi ait, quòd † hæc cauſa debet eſ-
ſe publica, neque pręſumitur in Prin-
cipe, cum agatur de derogatione con-
tra ius gentium, ſicut eſt teſtamētum,
à Petra de fideicomm. quæſt.8. & The-
269 ſaur. deciſ.270. qui dixit, quòd † non
poteſt ſine cauſa Princeps diſpenſare
grauatum per teſtatorem ad ſumendū
cognomen & arma ipſius teſtatoris, li-
cet ſecus ſit de poteſtate abſoluta, ad
tex. in l. ſi teſtamentum, vbi omnes no-
tant, C. de teſtam. l. legatum, & ibi Ca-
lic. de fiſc. dub.8. nu.5. in fi. Rolan. conſ.
18. nu.117. vol.2.

270 Quinquageſimo † poteſt villam, ſeu
Caſtrum ſeparare à Ciuitate quæ ha-
bet imperium in eo, Soc. iun. conſ.126.
num.10. volum.3. & conſil.1. n.76. vo-
lum.4. Brun. conſil.139. Bero. conſil.65.
num.107. volum.1. & conſil.74. nume.
19. & ſeq. eod. vol. Franc. Marc. deciſ.
271 247. par.2. vbi † limitat quando ſepa-
ratio damnoſa redderetur ſtatui Prin-
cipis, quia tunc diceretur laceratum
patrimonium, ſecundum Curt. in tra-
cta. de feud. par.2. titu. de feud. laicor.
272 num.5. & ſequent. & † de vna Prouin-
cia facere duas Bartol. in l. 1. num.9.
& 11. C. de Metropol. lib.11. Plot. in l.
ſi quando, C. vnd. vi, Pacian. de prob. lib.
273 1. c.27. quo loci explicat, † qn̄ vnitum
mittat, vel retineat ſua priuilegia
dum-

274 dummodo quod †locus iſte ſeparatus
& alteri infeudatus recognoſcat ma-
iorem Magiſtratum Ciuitatis, à qua
fuit ſeparatus, & in oneribus eiuſdem
concurrat, ad notat. poſt *gl. & Doct.*
in cap.1. Ne ſed.vacant.Couarr.pract.
quæſt.cap.37.num.7.Cancer.variar.re-
375 *ſolut.lib.3.cap.3.nu.*405.ſicut,† & pa-
riter ad ipsũ ſpectat vnire prouintias,
ad tex.in l.ſi eadem prouintia,ff.de Aſ-
ſeſſ.& in §.illud tamen decernimus, in
Authent.vt iudic.ſin.quoq.ſuffrag.coll.
2.gloſ.& Bart.in d.l.1.C.de Metropol.
Henrich.Boich,ĩ cap.ſicut vnire, de ex-
*ceſſ. prælat.Rimin.iun.conſ.*601.*nu.1.*
376 *cum ſeqq.vol.6.* qui ponit, † quando
Ciuitas vnita debeat viuere ſecũdum
priuilegia, & leges Regni, cui vnitur,
de quo etiam vide *Auiles. in prohem.*
*cap. Prat. in verb.Iſtas,num.*13. & an
ſeparato territorio cenſeatur ſeparata
iuriſdictio, *Alex.conſ.25.vol.5.Bart.*
in l.arbor,§.fin.ff.comm.diuid.Pacian.
de probat.lib.2.cap.36.num.78.Cãcer.
*varian.reſolut.d.cap.3.nu.*406.*& ſeq.*
377 An † autem poſſit vnire, vel ſeparare
iuriſdictiones, diximus *ſupra cap.2.*
huiuſmet libri.
278 Quinquageſimoprimo† poteſt co-
gere offenſos ad faciendum pacem cũ
eorum inimicis,*ad tex.notab.in l.fur-*
ti, §.qui iuſſu, ff.de infamib. Innoc.
per illum tex. in cap. cum inter, de elect.
*Rimin.iun.conſ.*217.*num.*24.ſi quidem
† tenetur Princeps eius ſubditis pacẽ
279 procurare, vt dixit *Cardin. in clement.*
dudum,§. ſuper cathedram,nu.9.de ſe-
*pult.*quia eorum quies Reipublicæ in-
tereſt,*ad text. in l.congruit,ff.de offic.*
præſid.& in l.ſi quis ingenium,§.fin.ff.
de capt.& poſtl.reuerſ.Auil.in cap.2.
Prætor.num.23.& cap.6.verb.pobres,
num.25.& cap.22.num.1.Caſtald.de
*Imperat.quæſt.*110.*priuileg.*102. vbi
280 hoc etiam † ampliat ad maiores Ma-
giſtratus de conſilio, quod in Prore-
ge,qui Regis vices gerit,(vt *infra lib.*
5.dicam) ego admicterem,ſecundum
Bart.in d.l.congruit nu.4. Fely. in rub.
de treg. & pac. vbi latiſſimè ponit re-
gulam,*D.de Ponte in tractat. de poteſt.*
Proreg.tit.1.de proviſ.fieri ſolit.in prĩc.
281 *num.*6.qui ait,quòd†antiquis tempo-
ribus per Ciuitates ordine præſidum
prouintiarum deputabãtur officiales
282 ad hoc particulares, qui † Irenarchæ
appellabantur, quorum hoc erat offi-
cium, *ad tex. in l.vnic.vbi gloſ.in rub.*
*C.de Irenarch.lib.*10. & ſubdit, quòd
hodiernis temporibus in Regno illo
ſunt ſex, ſic appellati, ſedilium illius
fideliſſimæ Ciuitatis, qui differentias
inter nobiles ipſorum ſedilium com-
ponunt,& mandata etiam faciunt, vt
vnus quiſq. in ſua domo permaneat,
donec pacificentur,*ex capit.*Reg.Fer-
283 dinandi Primi, licet † in ordinarijs
* Magiſtratibus communis * opinio ſit
in contrarium, ſecundum *Marſ.conſ.*
98.num.4.Caſtr.Iaſ.& Alex.in l.qui-
dam exiſtimauerunt, ff.ſi cert.pet. qui
284 tamen poſſunt ſuadere, nõ autem co-
285 gere,& in iudice † criminali poſt deli-
ctum punitum non ante, *Alex.in l.1.*
§.& poſt operis,num.11.ff.de nou.oper.
nunt.Auiles.d.cap.6.prat.nume.25.in
286 *fine*, vbi † etiam quando poſſit cogere
ad dandum fideiuſſionem de non of-
fendendo, de quo pariter *D.de Ponte*
in loco relato, quæ tamen de conſuetu-
dine in Regno per omnes Magiſtra-
tus fiunt conſulto tamen Principe vt
ſupra dixi. Eſt tamen aduertendum,
287 quòd Prĩceps, † ſeu Magiſtratus neu-
tri parti fauere debet, neque ſe partia-
lem oſtendere vt dixit *Auiles in d.cap.*
2.Prætor.verb.partialidad.nu.1.& 4.
*cum.ſeq.*ſed quamprimũ orta eſt inter
nobiles inimicitia, cõfeſtim reprimẽ-
da,& cõponẽda eſt, ne cõſanguineos,
affines, vniuerſamq. ciuitatẽ inficiat,
vnde *Ariſt.lib.5.pol.c.4.ait, ſeditiones*
288 *†nõ de paruis rebus fiũt, ſed ex paruis or-*
ta ſeditione, de reb⁹ magis diſſidetur; ca-
terũ

289 *terũ tũc † potiſſimũ parua ſeditiones ĩua-*
leſcũt, cũ inter Republica Prĩcipes agi-
290 *tãtur, itaq. † talibus malis initio occurre-*
re, & Principũ, potẽtiũq. diſcordias pro-
tinus dirimere oportet, quoniam pecca-
tum eſt in principio, ac paruus error in ip
ſo, proportione reſpõdet in alijs partibus,
291 *nam † peccatum in principio cuiuſque*
rei, magna errata, & incommoda in ca-
teris partibus, ipſaque tota Republica
292 *parit, quare † naſcenti in principio rei*
293 *malo occurrendum eſt, tunc enim † par-*
uum eſt id malũ, & facilè tolli poteſt an
tequam vlterius ſerpat, ſin autẽ inualue-
rit ĩ alias partes diffuſum, difficulter cu
ratur, ad ſummum nobilium diſſentiones
ſecum vniuerſam Ciuitatem trahunt,
ideq; tradit *Plutarcus in politicis*, quos
refert *Simanc. de Republ. lib. 8. c. 26.* vbi
294 ait, *ex Catone, Principem † Ciuitatis, &*
virum ciuilem oportere huiuſmodi parua
futura cladis initia, nihiloſegnius pra-
uenire, itaque curanda, & opprimenda
ſuſcipere, vt aut nuſquam exiſtere poſ-
ſint, aut ſi qua extiterint praſecentur;
ne paulatim aſſũptis viribus luculenter
ſuccreſcant, ac poſtremo ſuapte magni-
tudine Rempublicam taxent & occupẽt,
295 & ob id † Princeps, cæterique Magi-
ſtratus diligentia ſua, prudentia, &
authoritate omnes reprimunt ſeditio-
nes, ac pacificatoribus, fœderibus,
inducijs, vadibus, fide publica, carce-
re, exilio, & pœnis, ita diſcordias, ac
diſſenſiones diluet, vt nullum earum
veſtigium deinceps inueniri queat.
296 Quinquageſimoſecundo † mandat,
quòd quis torqueatur ex proceſſu in-
formatiuo, vel (vt nos dicimus in Re-
gno,) ex abrupto, nullis datis defen-
ſionibus, ſecundum *Afflict. in conſtit.*
Regni, lib. 2. rubr. 5. num. 16. Burſ. conſ.
201. num. 94. volum. 2. Natt. conſ. 363.
nume. 6. vel quòd quis torqueatur ex
eius conſcientia, *Natt. conſ. 623. nu. 3.*
297 ſubdens, quòd † ſi Princeps mandat
aliquem decapitandum, vel quid ſi-
mile, ei obediendum eſt, & exequutor
non teneatur exequendo huiuſmodi
mandatum, ſecundum *Cin. & Iacob.*
de Aren. in l. item ſi verberatum, ff. de
298 *reiuendicat.* ex eo, quòd † præſumitur
pro Principe, quòd iuſtè condemnet,
Felyn. in cap. qua in eccleſiarum, num.
60. *de conſtitut. Curt. ſen. conſ. 49. num.*
30. *poſt Abb. per eum relatum*, vbi ait
quod ità ſeruatur in practica, & eſſe
notandum ab his, qui forum ſequun-
299 tur; ſed † meo, ni fallor, iudicio arbi-
tror, quod ſi Iudex videt ſententiam
Principis iniuſtam, non debet eam ex
equi, ſecundum *Angel. in l. à Diuo pio,*
ff. de re iudicat. imò debet conſulere
conſcientiæ ſuæ, illam non exequen-
do, vel renuntiando officio Magiſtra-
tus, vt pulchrè firmat *AEgid. Bellam.*
in cap. non liceat, num. 34. 12. queſt. 2.
300 dicens, quòd † ſi Princeps mandat ali-
quem ſpoliari abſque rationabili cau-
ſa, tunc, præter id quod Princeps ip-
ſe grauiter peccat, quia offendit ius
301 naturale, & diuinum, non † debet
etiam exequutor Principis illi obedi-
re, ſed debet potius portare omnem
pœnam, quàm Deum offendere, arg.
eorum quæ notantur *in cap. inquiſitio-*
nis, de ſentent. excommunicat. & hanc
opinionem tenent *Felyn. in capit. con-*
ſanguinei de re iudicat. Marſil. in l. 1. §.
ſi quis, num. 75. cum ſeqq. de quaeſtionib.
302 vel † ad minus exequutionem dilatare,
ad tex. in l. ſi vendicari, C. de pan. D. de
Pont. in loco ſupra citato num. 33. vbi ait
textum eſſe aureum, *Aniles latè in cap.*
1. Prator. ver. Mandamientos num. 14.
303 *cum ſeq.* Poterit, † & pariter Princeps
mandare, quòd quis torqueatur non
exiſtentibus legitimis indicijs, ſecun-
dum *Crott. conſ. 164. num. 48. volum. 2.*
Bero conſ. 12. volum. 3. Gramm. conſ. 45.
& multos alios caſus ponunt *Pedam.*
deciſ. 79. & Burſ. d. conſ. 201. num. 94.
304 Quinquageſimotertio † mandat, quod
extracto alicuius inſtrumẽti credatur,
ſicut

Digitized by Google

ſicut originali, Fely. Dec. in c. 1. colum. 1.
de fid. inſtrum. Rim. iun. conſ. 23. num.
19. volum. 1. & conſ. 734. per totũ, vol. 7.
Roman. ſingul. 706. Maſcard. cõcl. 711.
num. 4. Burſ. conſ. 370. nu. 57. volum. 4.
Couarr. pract. quæſt. c. 21. num. 1. Natt.
cõſ. 47. num. 5. Alfar. de iur. fiſc. glo. 26.
Auil. cap. 46. ver. el traslado; niſi in-
305 ſtrumentum † originale eſſet nullũ, vt
dixit Fely. poſt Roman. conſ. 205. num.
3. quem ipſe refert in cap. cum olim, col.
10. in princ. de re iud. latè Ruy. cõſ. 215.
num. 18. vol. 5.

306 Quinquageſimoquarto † cogit iu-
dicem ad pronuntiandum vno magis
quàm alio modo, vt concludit nota-
biliter Bald. in l. 1. num. 24. verſ. extra
q̃ro nunq d ſuperior, C. quomod. & quãd.
iud. Innoc. in c. ſignificanti de offic. Fe-
ly. in c. paſtoralis, §. quia vero, num. 23.
eod. tit. Sed in hoc contrarium tenet
idem Bald. in rubr. de offic. deleg. vbi
307 ait † quod non valet mandatum iudi-
ci factũ, quod ſub tali forma ferat ſen-
tentiam, etiam ſi de conſenſu partium
talis cõmiſſio emanaret, quia † in pro-
308 nuntiando † requiritur liberum arbi-
trium, ad notat in l. 1. C. de iuriſd. om.
iud. Hoſtienſ. & alij in c. 1. ſi pro debili-
tate, de offic. delega. Fely. in c. in cauſis,
de re iud. quia omnes mouẽtur per tex.
in l. 1. ff. de cõſt. Principis, vbi ſuperior
309 † benè poteſt cogere iudicem ad pro-
nuntiandum, ſed non ad pronuntian-
dũ ſub certa forma, & iſta eſt veritas.

310 Quinquageſimoquinto † concedit
impunitatem delinquenti de delicto
per eum patrato, ſecundum Clar. §. fi.
quæſt. 55. verſ. circa ſecundum, vbi ad-
dit, cautum eſſe debere reum, vt aduer
tat, quis eſt ille qui ſibi impunitatem
concedit, Boſſ. de confeſſ. per torturam,
num. 11. quo loci allegat tex. in l. rele-
gatis, ff. de pœn.

311 Quinquageſimoſexto † mandat ꝙ
eius ſubditus non gaudeat iure com-
muni in ſuo territorio, ſi propter deli-
ctum ſit bannitus, Surd. conſ. 90. ſub
nu. 4. volum. 1. Menoch. conſil. 101. num.
90. volum. 1.

312 Quinquageſimoſeptimo † poteſt
Princeps ius ex præſcriptione quæſitũ,
alicui auferre, ſicut & conſuetudinem
abrogare, Fely. in c. in cauſis, de re iud.
Curt. iun. conſ. 1. num. 23. & conſ. 138.
num. 3. Goz. ad. conſ. 8. num. 40. & conſ.
26. num. 14. Dec. conſ. 320. nu. 12. Cra-
uett. conſ. 238. num. 11. vol. 2. Natt. cõſ.
511. num. 11. cum ſeqq. licet in hoc qđ
dicitur de conſuetudine ſit aliqua dif-
ficultas, ſecundum Crauett. de antiq.
temp. p. 1. nu. 42. & d. conſ. 238. num. 8.
& ſeq. & vide latè Cancer. var. reſol. lib.
3. c. 3. num. 47.

313 Quinquageſimo octauo † mandat,
quod credatur dicto vnius teſtis, vel
duorum ſingularium, vt poſt alios de
* communi dixit Decian. conſ. 93. nu.
39. volum. 2. & conſ. 62. num. 17. & 94.
vol. 3. Cancer. lib. 2. var. reſolut. tit. 2.
nu. 222. & ſeq.

314 Quinquageſimo nono † poteſt cum
cauſa de plenitudine poteſtatis tertio
præiudicare, ſecus autem ceſſante iu-
ſta cauſa, ad tex. in l. pen. & fin. ff. de
315 natal. reſtit. vbi † Princeps non poteſt
concedere ius aureorum anulorum li-
berto, ſiue eum tãquam natũ ex inge
nua natalibus reſtituere inuito domi-
no, & ſic ſine cauſa, cap. per principa-
lem, 9. quæſt. vlt. & ratio orit̃ ex regula
316 illa vulgari, quòd † id, quod noſtrum
eſt, non poteſt ſine facto noſtro à no-
bis auferri, l. id quod noſtrum, ff. de reg.
iur. l. ex hoc iure, in ver. dominia, ff. de
iuſt. & iur. Fely. in c. quæ in eccleſiarũ,
de conſt. num. 27. Bald. conſ. 127. incip.
pridie conſului, nu. 12. p. 1. Rip. in cap.
ſæpe, num. 91. de reſtit. ſpoliat. Bart. Ful-
goſ. & Caſtr. in l. fi. verſ. eo modo, C. ſi
contr. ius vel vtil. publ. Tiraq. de conſtit.
in 7. limit. num. 47. Luc. de Pen. in l. fin.
n. 57. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Andr.
in c. 1. §. iterum, num. 14. & 17. de Cap.

Cor-

*Corrad.Curt.iun.conſ.*137.*num.*8.*Ful-*
* *geſ. conſ.* 20. de magis cõmuni * teſta-
tur *Rim. iun. poſt alios conſ.* 45. *nu.* 45.
& ſeq. vbi latiſſimè, *Vaſq.controu.illu-*
ſtr. perſon.lib. 1. *c.*5. *nu.*17. *Capic.*166.
*Roman. conſ.*352. *num.*14. vbi ait vul-
gatiſſimam iuris concluſionem eſſe, q̃
317 nemo ignorat, quòd † nullus Princeps
poteſt ſine cauſa ius alterius tollere,
*Cranet. conſ.*103. *num.*3. *& conſ.*241.
*per totum, & conſ.*276. *num.* 7. *Caual.*
*commu.contr.comm.q.*578. 579. 580. *&*
582. & eſſe * communem omniũ Ca-
noniſtarũ, & legiſtarum teſtatur *Soc.*
*iun. conſ.*164. *num.*7. *& conſ.*273. *n.*9.
*vol.*2. vbi reprobat contrarium tenen-
tes, *Pariſ. conſ.*101. *num.*20. *volum.*1.
318 niſi † eſſemus in cõceſſione priuilegio-
rum, in quibus ſpeciale eſt in Principe,
vt illa poſſit ſine cauſa reuocari, licet
alteri ex eis ſit ius quæſitum, vt tenet
gl. in c. decet, de reg. iur. in 6. *c. veniens,*
de præſcrip. l. qui fundum, C. de om. agr.
deſert. lib. 11. *Innoc. in c. in noſtra, de iur.*
iurãd. Bald. in l. qui ſe patris, num. 12.
verſ. quid ſi pater, C. vnd. liber. Caſtr. in
l. digna vox, nu. 6. *C. de leg.* vbi ſequē-
do, *Bal. in d. l. qui ſe patris*, concludit, ꝙ
319 † Princeps poteſt conceſſionem ſuam
reuocare ad libitum ſuum de plenitu-
dine poteſtatis, licet ſecus ſit de pote-
320 ſtate ordinaria, & † hoc quando per
viam priuilegij facta fuerit, *per text. in*
d. c. veniens, idem ipſe repetit *in l. reſcri*
*pta, num.*3. *C. de precib. Imperat. offer.*
Alex. cõſ. 216. *vol.*2. *Socy. cõſ.*4. *vol.*3.
* *Guid. Pap. cõſ.* 65. de * communi *Curt.*
*iun. cõſ.*1. *num.* 34. *& in l. venia, num.*
6. *C. de in ius vocand. Iaſ. cõſ.*56. *num.*
2. *volum.*1. *Gramm. dec.* 65. *num.* 28.
*Luc. de Pẽn. in l. vacuatis, num.*4. *C. de*
*decurionib. lib.*10. *Cranett. cõſ.*278. *nu.*
7. *vol.* 2. *Bello. cõſ.* 28. *num.*10. & fa-
cit ratio, quia Princeps ipſe fuit cau-
ſa conceſſionis, & ſic liberalitas ip-
ſius, & proinde eo modo reuocare po-
terit, ſecundum *Angel. ĩ l. Antiochē-*
ſium, de priuil. creditor. & ĩ l. C. de qua-
drien. præſcrip. & cum nõ teneatur pri-
uilegium obſeruare, nemini facit iniu-
riam, illud reuocando, ſecundum
Bal. d. l. qui ſe patris, & ſequitur *Iaſ.*
321 *cõſ.* 1. *vol.* 1. & de natura † priuilegij,
& legis eſt, vt poſſit ad libitum conce-
dẽtis, & legislatoris reuocari, *c. cõque-*
ſtus, 9. quaſt. 3. *c.* 1. *de cõſtitut. ĩ* 6. *Caſt.*
*cõſ.*287. *vol.*1. *Bald. cõſ.*226. *incip. Rex*
*Romanorum, num.*6. *vol.*1. vbi ait quod
323 ſecundum *Doctores* Imperator † non
poteſt ſibi legẽ imponere, quominus
ad libitum ſuũ priuilegium reuocare
poſſit, *per tex. in* §. *interim, ĩ Authent.*
de defenſ. Ciuitat. Luc. de Pẽn. ĩ l. fi. nu.
93. *C. de locat. præd. ciuil. lib.*11. & li-
cet multi tenuerint contrarium, vt fue
runt *Bald. ĩ l.* 1. *in* 5. *notab. C. de leg. & ĩ*
c. 1. *ĩ princ. de feud. ſin. culp. non ammit.*
Curt. iun. ĩ l. hæres abſens, num. 19. *ff.*
de iudicijs, Affl. ĩ c. 1. §. *ſimiliter. num.*
64. *de Cap. qui cur. vẽd. poſt Andr.* quē
ipſe refert, attamen in contrarium eſt
* magis * communis opinio, vt ſupra di
323 ctum eſt, & eorum opinio † procedere
dẽt, quando priuilegij reuocatio enor-
miter læderet, per *Bart. ĩ d. l. fi. C. ſi*
cõtr. ius vel vtil. publ. vel vbi tranſijſ-
ſet in vim contractus, vt cõcludit *Bal.*
ĩ d. l. qui ſe patris, Anchar. ĩ c. 2. *num.*5.
*ĩ fi. de cõſtitut. Capic. d. dec.*166. *num.*
2. *Dec. cõſ.* 286. *num.*6. *Cefal. cõſ.* 149.
*num.*86. *& ſeq. Afflict. ĩ cap.* 1. *num.*24.
& ſeq. de nat. feud. Gugl. de Bened. ĩ c.
Raynutius, ĩ verb. duas habẽs vxores,
*num.*36. *& ſeq. de teſtam.* vel conceſ-
324 ſum * eſſet non ſubdito, *Caſtr. cõſ.*317.
*vol.*1. *Dec. d. cõſ.*286. *num.*6. *Cardi. in*
*c. perpendimus, num.*7. *de ſentẽt. excõ-*
325 *mu.* vel † conceſſum reperiatur ob re-
munerationem, vt firmat *Alexã. cõſil.*
216. *num.* 3. *vol.*2. & in alijs caſibus,
de quibus per *Doctores in locis relatis,*
*Calc. de fiſc. dubit.*8. *ſpect.*36. qui pul-
chram ad hoc adducit diſtinctionem,
& vide *Peregr. de iur. fiſc. lib.*1. *titu.*3.
num.

num.19. Tap. de conſtitu. Princip. par. 2. cap. 11. vbi ponit ampliationes, & limitationes.

326 Sexageſimo † ſolus Princeps poteſt ex iuſta cauſa ius alteri quæſitum auferre, *ad text. in l. item ſi verberatũ*, §. 2. *ff. de rei vendic. & in l. Lucius, ff. de euict. cap. vergenſis, de hæret. gloſ. Bart. Bald. & cæteri in l. fi. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. Canoniſt.* & maxime *Fely. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut. Angel. in l.* 3. §. *ſi is pro quo, ff. quod quiſque iuris*, vbi ait hanc eſſe concluſionem indubitabilem, *gloſ. & Bart. in prohem. ff. Bologni. in add. ad Franc. de Ann. conſ.* 81. *num.* 4. *Gozad. conſ.* 5. *nu.* 38. *Fulgoſ. conſ.* 20. ſubdens hanc eſſe * communem opinionem, *Curt. ſen. cõſ.* 49. *num.* 31. *in fi.* vbi pariter de communi * teſtatur, *Guid. Pap. conſil.* 65.

327 idque, vt aliàs dixi, procedit † tantum in Principe ſupremo, ſuperiorem non recognoſcente, vel iura ſupremi Principis habente, ſecus in principibus inferioribus, *Bart. in l. toties*, §. *ſi cui, ff. de pollicitat. Calic. de fiſc. dubit.* 8. *nume.* 7. *Soc. conſ.* 164. *num.* 2. *volum.* 2. *Roma. conſ.* 310. *Abb. in cap. quanto, num.* 5. *de iur. iurãd. & in cap. in noſtra, de iudicijs, Fely. in d. cap. quæ in eccleſiarum, num.* 32. *Alex. in l. ſi Ciuitas, col. fi. ff. ſi cert. petat.* vbi allegando *Barto. in l. Antiochenſium, ff. de priuileg. credit.* tenet, eum loqui in ſuperiorem non recognoſcente, vt tunc ſit ad inſtar Principis, & poſſit ius priuatis auferre, aliàs ſecus, *& ĩ conſ.* 124. *volu.* 4. *Soc. cõſ.* 158. *ad finem, volu.* 2. *Affl. in rubr. quæ ſint regal. num.* 21. *Honded. cõſil.* 86. *num.* 4. *volum.* 1. *Bologni. cõſ.* 6. & vide *Decian. cõſ.* 2. *num.* 106. *& ſeq. vol.* 1.

328 Et licet † ſecundum aliquos, & plures, concluſio prædicta procedat etiã in contractibus, vel quaſi cum ſubditis celebratis, vt fuerunt *Bald. in l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ait,

329 quòd † Princeps tenetur ſeruare contractum ſuum, niſi ex cauſa, *& in l. fi. ff. de ſenator. Alexãd. cõſil.* 101. *num.* 7. *volum.* 1. *conſ.* 216. *volum.* 2. *cõſil.* 124. *volum.* 6. *& conſ.* 190. *num.* 17. *volum.* 2. *Cancer. variar. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 150. *cũ ſeq.* vbi loquitur in priuilegio, *Curt. iun. in cõſil.* 61. *ſub num.* 14. *poſt Bart.* per ipſum relatum, & loquitur in materia immunitatis ex contractu alicui conceſſæ, *Barbat. cõſil.* 43. *colum.* 2. *volum.* 1. qui ad hoc allegat *tex.* quem ſingularem ait *in l. Titius puerum, ff.*

330 *de obſeq. patr. peaſt.* vbi † libertas non gràtis conceſſa, poteſt ex iuſta cauſa reuocari, *Caſſan. conſ.* 1. *num.* 86. *Caſtr. in l. digna vox, num.* 6. *in fi. C. de legib. Fulgoſ. conſ.* 143. *Oldrad. conſil.*

331 95. *nume.* 14. Nihilominus † in contrarium eſt veritas, *ad tex. in l. quicũque, C. de fid. inſtrumẽt. lib.* 10. ibi, *& ſi quid vnquam, ut à fiſco uenditio facta poſſit infringi authoritate reſcripti. fuerit impetratum, nullus obtemperet, &c. & l. quicumq; la* 1. *C. de fund. patri. lib.* 11. & melior *text. in l. prædia, quæ eſt final. C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. vbi

332 prædiũ † Principis perpetuò ſemel cõceſſum, non põt Imperator in alterũ trãsferre, vel exoratus, vel etiam ſi ſpõte dederit, vel annotatione, vel pragmatica, quia perpetuò ſecurus eſt perpetuatarius iure firmitatis publici cõtractus, & optimè *tex. in l. fin. C. de diuerſ. præd. eo. lib. ĩ fi.* quo loci neq; iudiciaria authoritas, neque imperiale reſcriptum quacumque adiectione munitum ſæpe dictæ legis generalis, poſſit vires infringere, *cum ſimilib.* relatis per *Luc. de Pẽn. in l.* 1. *C. de Piſtor. lib.* 11. & eſſe *tex.* rotundum ad hoc, dixit

333 *Curt. in l. hæres abſens, in princ. num.* 19. *ff. de iudicijs*, nam † Princeps in materia contractus cum ſubdito celebrati, habetur pro priuato, iuxta *gloſſ. ordinar. in clemẽt.* 1. *in fine, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* communiter * approbatam, *cap.* 1. *de probat. l. ex*

hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Alexā d. conſ.
79. in fi. volum. 7. Zaſ. cōſil. 10. num.
27. volum. 2. & conſ. 15. num. 139. &
ſequēt. volum. 1. & in ſcholijs l. 2. §. no-
uiſſimè, in ver. ratum, colum, 3. ff. de
334 *orig. iur.* vbi concludit, ꝙ † licet Deus
ſubiecerit leges poteſtati Principis,
non tamen contractuū vincula, quæ
iuriſgentium ſunt, naturalique ratio-
ne conſiſtunt, ſubdens, hanc eſſe com
munē * iuriſperitorum ſentētiā, & ſe-
quitur *Brunus conſil. 117. nume. 245.*
335 dum ait, quòd † etiam ex cauſa neceſ-
ſitatis publicæ, ſuperueniente poſt
contractum, non poteſt Princeps iu-
ra contractus lædere, *Bald. in l. Prin-*
ceps, in 1. lect. ff. de leg. vbi tradit, quòd
336 † ſi Princeps non ligaretur pacto ſuo,
& conuentione, nemo ſecum contra-
heret, & multa alia in hoc propoſito
adducit, *& in conſil. 327. incipient.*
pridie enim conſului; num. 2. volum. 1.
337 addens, quòd † iam nullus eſſet con-
tractus cum Principe, ſi penderet re-
uocatio, & ſubſtantia ab ipſius ſolius
voluntate, *l. in ementis, C. de contrah.*
empt. & in l. qui ſe patris, nu. 13. C. vnd.
liber. & in c. 1. de nat. feud. Iaſ. conſ. 1.
vol. 1. Dec. cōſ. 282. & bene *conſ. 286.*
n. 7. & per totū, & cōſ. 291. & eſſe cōem
opin. * teſtatur *Pariſ. conſ. 82. nu. 48.*
cum ſeq. volum. 1. ſequitur *Mandoſ. ſu-*
per regul. Cancell. reg. 13. in fin. Af-
flict. in conſtitut. ea quæ ad decus, Bo-
rell. in add. ad Bellug. in Specul. Prin-
cip. rubr. 1. in verb. natura contractus
Ceſal. conſil. 549. num. 45. & 59. vol.
338 4. vbi hoc † ampliat etiam de plenitu-
dine poteſtatis, & ex iuſta cauſa, &
probat *Dec. conſil. 600. Iaſ. conſil. 10.*
339 *num. 1. cum ſeq. volum. 3.* qui † pariter
ampliat nedum in ipſo Principe, ſed
etiam in ſucceſſore, *ad tex. in cap. 1. in*
verb. prædeceſſores tuos, ubi omnes Do-
ctores notant, de probat. ſucceſſor enim
340 tenetur ſeruare contractum licitum,
factum per prædeceſſorem, *Bald. in*
d. l. qui ſe patris, num. 12. Afflict. in cap.
1. num. 25. Epiſcop. uel Abbat. Bologni.
conſ. 6. Bero. conſ. 65. uolum. 1. Calcan.
341 *conſil. 67. nume. 4.* eo, quòd † ſuc-
ceſſor in Principatu non tenetur ſer-
uare leges ſui prædeceſſoris, ſed benè
tenetur ſeruare contractus, & ita lo-
quitur *text. in d. l. digna uox*, ſecun-
dum *Doctores ibi*, & præcipuè *Gugl.*
de Cun. Pedemont. deciſ. 139. num. 10.
Menoch. conſil. 378. ſub num. 11. uolu. 4.
342 In tantum quòd † capitula, & tranſa-
ctiones factæ cum aliqua Ciuitate,
ſeu Barone, vel alijs ſubditis, non ſunt
infringenda, etiam per eius ſucceſſo-
rem, niſi ex parte ſubditorum dolus,
vel fraus interueniſſet, ſecundum
Bald. in d. l. digna uox, in fi. & in conſ.
271. incip. caſus conſilij, num. 1. poſt in-
finitos Borell. in loco ſupra citato, Rimi.
iun. conſ. 601. num. 94. cum ſeq. uolum.
6. vbi declarat concluſionem prædi-
ctam, *Iacob. Cancer. uariar. reſolut.*
lib. 3. cap. 3. nu. 357. & facit illud *Bea-*
ti Gregor. in lib. Reg. 4. cap. 16. vbi di-
343 cit, quòd † reſcindere benè ordinata,
eſt docere cæteros exemplo ſui ipſius,
quandoquidem inſtituta poſſe reuo-
care, & diſſoluere, hoc quidem ni-
mis aſperum eſt, & bonis moribus
inimicum, & eum refert, & ſequitur
Luc. de Pen. in l. fin. num. 68. C. de lo-
cat. præd. ciuil. lib. 11. & num. 72. nam
344 † ſi Rex benè ordinata per ſuum præ-
deceſſorem infringat, dicitur ſibi in-
iuriam inferre, latè *Cravet. conſil. 241.*
uolum. 1. Roman. conſ. 327. nu. 3. & ſeq.
& conſ. 345. n. 8. maximè quādo Prin
345 ceps facit ea, quæ ſunt de natura eius
officij, ſecundū *Bal. ī l. 1. in prīc. ff. de*
Conſt. Princ. Curt. ſen. conſ. 41. nu. 1.
Curt. iun. conſ. 1. nu. 29.

Sed vt redeamus vnde digreſſi fui-
mus, hoc eſt ad ius Principi reſerua-
tum, quod ſolus poſſit ex iuſta cauſa
ius alteri quæſitum auferre, notan-
346 dum arbitror, quòd † iuſta erit cauſa,
quan-

quando ageretur de publica vtilitate, ſiue neceſſitate, ſecus ſi priuatam vtilitatem reſpiceret, ſecundum *Andr. in c.1.nu.74.de Cap.Corrad. ad text. in c. mutationis,in fi. 8. quaſt.1. l.ſi venditor, §. ſi conſtat, ff. commun.prad. Authent.res qua,C.comm.delegat, Calcan. cōſ. 50.num.7. Dec.conſ.112. num.21. & conſ.576.Iaſ.in l.quominus, num.3. & 9.ff.de fluminib.& in l.digna vox,n.*
* *6.in fi.C.de leg.& cōſ 233.de* * *communi, Affl.in c.1.§.ſimiliter,num.59. de Cap.qui cur.vend.& in conſt. ea qua ad*
347 *decus, num.4.* quæ † in his, quæ ſunt
iuris poſitiui præſumitur in Principe, ſecus verò in his quæ ſunt iuris naturalis, uel gentium,*gloſ. in l.relegati, in fi.ff.de pan.& ibi Bart.Bald.in l.reſcripta, num.9.in 3.quaſt.C.de pracib.Imperat. offer.* quia probanda erit, *Alex.d.conſ.101.volum.2. & addit.ad eumdē in conſ.2. volum.1.Iaſ.in l. ſi teſtamentum,num.2.& ſeq. C.de teſtam.& conſ. 227.& 233. volu.2. Capic.deciſ.166.* & licet *Luc. de Pēn. in l.fi. num.96. C.*
348 *de locat.prad.ciuil. lib.11.* eam † eſſe
iuſtam cauſam arbitratus ſit, quam Princeps iuſtam iudicat, vel ſecūdum *gloſ. & Bart. in l.relegati, ff. de pan.& Abb. in c. niſi ſpecialis, de offic.delegat.*
349 qui † ſolam voluntatem,vel motum
Principis iuſtam eſſe cauſam dixerūt, vel vt dixit *Bald. in cap. Eccleſia Sācta Maria, vt lit.non cōteſt. & in l.reſcripta, num.9. C. de pracib. Imperat.offer.*
350 quòd † ad iuſtificandum placitū Prin-
cipis ſufficit quæcumque occaſio, tamen non eſt recedendum à diſtinctione ſuperius firmata, quæ eſt * communis, & ab omnibus recepta, vnum
351 tantū addendo, quod † prædicta con-
cluſio locū hēt in cauſa publicæ vtilitatis, ſiue neceſſitatis principaliter, non autem ſi ſecūdatio publica ſit vtilitas, vel neceſſitas, vt firmat *Crauett. conſ.376. ſub nu.7. volum.2. de qua per Bart.& alios in l.1.ff.ſolut. matrim.*

352 Eſt tamen † aduertēdum quòd con-
cluſio ſupra firmata ita demū procedit, ſi etiam pretium ei,à quo res aufertur, reſtituatur, vel recompenſatione extimationis, & valoris iuris ablati, *ad text. in l. venditor, §.ſi conſtat,ff. commu. pradior.l. Lucius,ff. de offic.Prat. l.item ſi verberatum, §.1.verſic. item ſi forte, ff. de reiuend. Archid. in cap. per principalem, in princ. 9. quaſt. vlt.* vbi
353 ait quod † licet Princeps poſſit ex cau-
ſa rem vni auferre, & dare alteri, debet tamen ei,quem lędit,ſoluere pretium, *Bald. & Angel. in d.l.ſi verberatum, §. 1.ff.de reiuend.& Bal.in l.2.in fi.C.qb. ex cauſ. ſer.Goz.ad.conſ.5.num.12.Dec. conſ.357.num.6. Rub. conſ.154. num. 7.* aliàs enim (vt dicit *Bald.in l. ſicut,*
354 *C.de ſeruit.*) diabolica † poteſtas eſſet
auferre rem alienam ſine ſolutione pretij *Iaſ.conſ.233.volum.2.Affl.& And. in cap. 1. §.ſimiliter, num. 29. de Cap.*
355 *qui cur. vend.* & hoc † quidem genera-
le eſt in dominio, vel iure quęſito per contractum, vel quaſi, vel aliud medium iuris gentium, vt ſemper Princeps debeat læſum reſtaurare de pretio, vel alio pręmio, vt concludit *Caſtr. in l. fin. num. 1. C. ſi contr.ius vel vtilit. publ. vbi etiam Iaſ. nu.2. & ſeq. & in l. Barbarius, num.38. & 44. ff.de*
356 *offic.Prat.* ibiq; † ampliat etiam legem
condendo, *Bellon. conſ.2. nu.8. & ſeq. Rolād.conſ.69.num.46.cum ſeq.volum. 2. & conſ.71.volum.3.Pariſ.conſ.1.nu. 111.volum.1.Calic.de fiſc. dubit.8.prorog.210.*qui alia notat,*Caſtald.de Imperat.quaſt.98. num.8. Do.de Pont. in tit. de his qui feud. dar. lect.8. num.19.* multa ponens in materia, *Gutier. in l. nemo poteſt,num.73.ff.de legat.1.* vbi
357 † ampliat, etiam ſi cauſa, ob quam
res aufertur ſit iuſtiſſima, *Greg. Lop. l.53.tit. S. par.5.in gloſ. el Rey,Cancer. variar. reſolut.lib.3.cap.3.num.84.Cabed.deciſ.18.num.13.p.2.Boer.cōſ.24. num.23. Alex.conſ.131. num.3. vol. 6.*

*Ceſal.conſ.*133.*num.*109.*Riminal.iun. conſ.*45.*num.*54. *& num.*88. *cum ſequ.*
* vbi etiam de communi * teſtatur contra *Boſſ.tit.de princip.num.*190. Et hoc
358 † prætium ſolui debet antequam res auferatur, vel ſaltim in ipſa oblatione, vt conſuluit *Cranett. conſ.*276. *ſub nu.* 7. *Aleiat. conſ.*201. *num.*10. idque probari videtur *per tex. in d. l. item ſi ver-*
359 *beratum*, §.2. *ff. de reiuendicat.* vbi † illa verba, (ager militibus fuit aſſignatus prætio dato) important prius prætium datum, quàm aſſignatio facta, ſicut probat *text. in l. fideicommiſſa*, §. *cum eſſet, in verb. accepta certa quantitate, ff. de legat.*3. *& in l. à teſtatore*, ibi (*acceptis centum nummis*) *ff. de condict. & demonſtrat. & text. in l. venditor*, §. *ſi conſtat, ff. commun. prædior.* ibi (*non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum pro hoc ſalarium domino præſtet*) in terminis reſpondet *Iaſ. conſ.*46. *col.*3. *vol.*3. refert, & ſequitur *Roland. d. conſ.*69. *nu.* 20. *vol.*2. & licet contrarium videatur ſentire *text. in l.*2. *ex quib. cauſ. ſeruit. Cin. in l. neminem, C. de ſacr. ſanct. eccl. Luc. de Penn. in l. prædia, num.* 107. *C. de locat. prædior. ciuil. lib.*11. *Afflict. in d. cap.*1. §. *ſimiliter, num.*20. *de cap. qui*
360 *cur. vend.* tamen † eorum dicta procedunt in caſu euidentis neceſſitatis, & ſic ob impoſſibilitatem Principis, vt expreſsè tenet *Cin. in d. l. neminem*, & ita vidimus quotidie ſeruatum in hac vrbe, nam plures domus de mandato Principis fuerunt à dominis ablatæ pro ampliandis ſtratis, & eo caſu non dirutæ fuerunt, niſi facto prius depoſito
361 de iuſto prętio, quod † fuit rationatum ad octo pro centenatio ratione redditus, qui poterat locari; iuſtum † enim
362 prætium † in caſibus prædictis perſolui debet, vt dixerunt *Iacob. de Aren. Cin. & Bald. in d. l. item ſi verberatum*, §. 2. *Andr. in d. cap.*1. §. *ſimiliter, de cap. qui cur. vend.* quem ibi ſequitur *Afflict. num.*19. *in fin.* & poſt *alios* concludit *Natt. conſ.*122. *num.*16. qui reſpondent
363 *notatis per text. in d.* §. 2. & ponunt † à quo perſolui debeat prætium, à Principe, vel à publico.
364 Sexageſimoprimo à ſentētijs Principis non appellatur vt dixit *Decian. in reſponſ.*47. *vol.*1. vbi alios cumulat.
365 Sexageſimoſecundo † reſcripta, & prouiſiones Principum in caſu ſingulari habēt vim legis, & ius faciunt nedum inter partes, de quorum cauſa ipſe cognouit, verum etiam inter alios vt latiſſimè poſt alios dixerunt *Burg. de Paz. in prohem. ll. taur. num.*450. *cum ſeqq. Iaſ. Oroſc. & alij, in l.*1. *ff. de conſtitut. princip. Couarr.*2. *par. de ſponſal. cap.*7. §.4. *num.*15. *per text. in l. nō poſſunt, ff. de leg.* & optime declarāt *Vaſq. diſput.*157. *cap.*5. optimè *Marius Itali. in tractat. de Immunit. Eccleſiaſ.* §.8. *nu.* 1. *& ſequ. & Salas in tractat. de legib.* omnino vidēdus *diſputat.*2. *ſect.*8. vbi
366 † ampliat quando reſcriptum Principis ad relationem Magiſtratus, de re dubia emiſſum fuiſſet, *ad text. in l. verum*, §. *ex facto, ff. de minorib.* §. *ex eo, inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. d. l.*1. *ff. de conſtitut. princip. cum ſimil.* de quibus per *Rebuff. in prohem. conſtit. Reg. gloſ.*2.
367 Sexageſimotertio † ſolus Princeps poteſt ſubditis mandare, quòd non prorogent alterius iuriſdictionem, ita notanter tradit *Ioſeph. Seſe in tract. de inhibit. inſtit. Aragon. cap.*9. §.3. *& cap.* 26. *num.*13. *Gugliel. de Benedict. in cap. Rainutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, in* 2. *decis. nu.*53. *de teſtam. Bimius conſ.*14. *Surd. conſ.*47. *lib.*1. *& conſ.*210. *num.*10. *lib.*2. & ibi quid in Batone, de quo infra dicā *lib.*4. *c.*17.
368 Sexageſimoquarto † ſolus Princeps inſufflat ſpiritum inſtantiæ, *gloſ. in l. ab hoſtibus*, §. *ſed quid ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. maior.* quam *ibi* dicunt ſingularem *Bald. & Alberic. & in l. ſemel, C. de re milit. lib.*12. *idem Bald. in l. ſed,*

&

& ſi per prætorem,§. quoties, in fine eod.
tit. Calic. de fiſc. dubit. 8. nume 18. Boer.
deciſ. 247. num. 10. Roland. conſ. 4. num.
13. & ſeq. vol. 3. & conſ. 82. per totum
volum. 4. Menoch. conſ. 580. nume. 37.
369 Aldonin. Aldoni. conſ. 54. num. 1. vbi † li-
mitat in vtili domino ſecundum Ro-
land. d. conſ. 4. D. Caſtill. deciſ. 11. num.
20. & dixi in deciſ. 70. num. 8. Surd. cõſ.
199. num. 23. vol. 2. Bonad. lib. 2. politic.
cap. 16. num. 210. Capic. deciſ. 165. per
370 totum, qui concludit, quod † hoc fieri
poteſt, non ſolum ſemel, ſed pluties,
Marant. de ordin. iud. part. 5. §. deuenio,
dicens ita ſeruari in Regno Neapoli-
tano, Gramm. deciſ. 103. num. 117. &
371 deciſ. 69. ſubdens † etiam tertio poſſeſ-
ſori in ſufflari ſpiritum inſtantiæ perẽ-
ptæ Roland. d. conſ. 4. num. 1. volum. 3.
dicens quod Princeps poteſt in terris
vaſſallorum ſuſcitare litem mortuam,
nam eſt de Regalibus, quod ſoli Prin-
cipi competit, & eius mera gratia fit,
372 vt ibi num. 15. & pariter † ſi cauſa ap-
pellationis ſit deſerta, vt voluit Bald.
in l. impetrata, num. 5. in fine. C. de ſen-
tent. reſcind. non poſſ. quem ſequitur
idem Pariſ. de Puteo in loco ſupra relato
num. 6. idem Surd. d. conſ. 199. num. 15.
373 quia † ſi partes poſſunt communi con-
ſenſu poſt lapſum inſtantiæ repetere
omnia acta vnico conteſtu libellum
porrigendo, litem conteſtando, & hoc
modo inſtaurare inſtantiam, quæ pro-
inde habetur, ac ſi non fuiſſet perem-
pta, ſecundum Bart. in l. properandum,
in princ. & ibi Alexand. col. 4. C. de iudi-
cijs, Marant. poſt alios in dict. §. deuenio
num. 45. multo magis id facere poterit
Princeps, cuius circa ipſam inſtãtiam,
maior eſt poteſtas quam partium, quę
374 † & de communi conſenſu nõ poſſunt
prorogare inſtantiam, gloſ. in l. a. §. ſed
ſi Iudex, ff. de iudicijs, Doctores cõmu-
* niter * in d. l. properandum; & tamen
Princeps id facere poteſt, Pariſ. de Put.
d. §. reſtat, num. 3. Marant. in eod. loco,
num. 19. Roland. d. conſ. 4. num. 26. De.
Caſtill. d. deciſ. 11. num. 25. vbi ponit
practicã Regni circa huiuſmodi Pro-
rogationes Rimin. iun. conſ. 495. n. 5. &
ſeq. volum. 5. Surd. d. conſ. 199. num. 14.
375 & 17. † amplians etiam in cauſa cri-
minali, arguendo à prædictis in cauſis
ciuilibus, cum eamdem habeat pote-
ſtatem in criminalibus, imo maiorẽ,
ad tex. in l. fin. §. ſi quis vltro, vbi gloſſ.
ff. de pænis, l. relegati, in fin. ff. eod. titul.
Afflict. in Rubr. quæ ſint regal. num. 5. 7.
9. vbi pro hoc allegat text. in dict. l. re-
legati, & Boſſ. in titul. ſi aduerſ. rem
iudicat reſtit. poſtul. num. 15. vbi dicit,
376 † quod Princeps ex gratia poteſt reſcri
bere, quòd iterum videatur ſententia
abſolutoria alicuius delicti, licèt de or-
dinaria poteſtate id facere non poſſit,
ſubdit tamen ipſe Surd. ſub nume. 23.
quòd Princeps iuſtè faciet, ſi non paſ-
ſim, & in quocumq. caſu reſtauret in-
ſtantiam, ſed id faciat cum ſale diſcre-
tionis inſpecta ſceleris magnitudine,
ſed quidquid ſit de eius opinione, cõ-
trarium tenuerunt Capic. dec. 206. Ma-
rant. d. part. 5. num. 48. Carrer. in pract.
crim. §. homicidium, num. 369. Roland.
conſ. 94. volum. 3. Boſſ. in tit. de ſupplica.
aduerſ. rem iud. & ita ſeruari in Sena-
tu Mantuano ſubdit idem Surd. & paſ
ſim ſeruatum vidi in hoc Regno. Non
377 † tamen omictam dicere, quòd in cau-
ſis ſindicat⁹ officialium, in quibus in-
fra certum tempus debebat determi-
nari intentio fiſci fundata iuxta con-
ſtitutiones pragmaticales Regni in tit.
de ſindic. de quibus infra lib. 6. dicam:
fuit concluſum per totam Magnam
Curiam ciuilem, & criminalem,
vbi ego vnus ex eis interueni, quòd nõ
obſtãte lapſu quindenæ potuiſſet ſin-
dicator ſtante iuſta cauſa, ſeu im-
pedimento id declarare conſulto ta-
378 men Principe, & pariter † fuit proui-
ſum quòd in cauſis Sindaci Ciuitatis
Meſſanæ, vti perſonæ priuilegiatæ,
ma-

maximè quia agebatur de cauſa gra-
ui, potuiſſet recipi accuſatio, non ob-
ſtante lapſu inſtantiæ partium, vt per
literas directas Sindicatori Meſſanæ
die 23. Nouembris 1607.
379 Sexageſimoquinto † ipſe ſolus pote-
rit concedere quòd ſcilicet talis Ciui-
tas, ſeu Vrbs ſit Metropolis, & Matrix
aliarũ Vrbiũ *ad tex. in l. 1. C. de Metrop.*
Bery. lib. 11. vel quòd talis terra ſit Ci-
uitas, *Innoc. in c. cum ab eccleſiarum, de*
offic. ordin. Bart. in d. l. 1. Azor. in ſum.
p. 2. lib. 10. *cap.* 8. vel Ciuitates aratro
exterminare, *Innocen. in cap. cum ex in-*
iuſto, de nou. oper. nunsiat. Caſtald. de
Imperat. quæſt. 110. *num.* 139. & hoc
380 † caſu ammictit priuilegia, vt dixit *In-*
nocent. in d. cap. cum ex iniuſto Afflict.
in cap. 1. §. fin. num. 12. *de Capitul. Cor-*
rad. & ibidem Andr. num. 23. & ſeq. D.
Tap. in l. fin. p. 2. c. 4. num. 28. de Conſti.
Princ. Gail. obſeru. 61. *nu. 1. lib. 2. Auiles*
in probem. conſt. cap. Prat. in verb. Islas,
ſubdens ſecus eſſe ſi ab hoſtibus de-
ſtruatur, quia retinet priuilegia, *Bello.*
conſ. 1. nu. 8. Gail d. obſeru. 61. *Reguer.*
Sext. de regal. cap. 5. num. 50. cum ſeq.
381 quemadmodum † contumacium, ſiue
rebellium prædia diruere poteſt, *ad*
tex. in l. is cum quo, ff. comm. diuid. And.
in cap. 1. §. receptatoribus, de pac. iuram.
firmand. quod tamen vltimum ad iu-
dices extenditur, ſecundum *Boer. dec.*
230. *Capic. dec.* 130. refert, & ſequitur
Mutius Surg. in annot. Neapol. Illu-
ſtr. fol. mihi 317. neq. pôt amplius re-
ædificari ſine licẽtia Principis, *ad tex.*
in cap. fælicis, ibi, *nullo tempore repa-*
rentur de Pan. in 6. vbi *Franc. & Gigãs*
quos refert, & ſequitur *Farinac. de*
crim. laſ. maieſt. quaſt. 116. §. 1. *nu.* 32.
etiam ſi ſit commune, quia poterit cõ
ſocium innoxium priuare portione
ſua, vt concludit, *Bald. ĩ l. 1. C. ex qb.*
cauſ. ſeruit. Fely. in cap. qua in eccleſia-
rum, num. 28. de conſtitu. licet contra-
rium teneat *Farinac. in loco citato, nu.*
382 33. Sed † quid ſi compareant haben-
tes intereſſe, an impediant, vide *Bald.*
in l. 1. §. ſeruus pignori, ff. ad Syllan. &
in cap. 1. Hic finit. lex, colum. 3. vbi no-
383 tat, quòd † bona bannitorum non de-
bent deuaſtari, ea ductus ratione, quia
bona non deliquerunt.
384 Sexageſimoſexto † etiam ſi iniuſtè
& enormiter lædat vaſſallum, non pri
uatur directo dominio, ita *Luc. de*
Penn. in l. in ſacris, in verb. ſed pone Rex
Sicilia, C. de prox. ſacror. ſcrin. lib. 12.
Paris. de reintegr. feud. c. fin. verſ. An
ſi Rex Sicilia, & ratio eſt ſecundum
385 *eum*, † quia ſicut non poteſt Rex alie-
nare Regnum, & demanialia, *ad tex.*
in c. intellecto, de iur. iurand. ita etiam
nec delinquendo abdicare à ſe dire-
ctum dominium in prȩiudicium Co-
ronæ, ac publicæ vtilitatis; valet enim
386 argumentum de alienatione ad deli-
ctum vt ſi quis non poſſit alienare, ita
nec delinquendo facere vt ad alium
perueniat, *Bart. in l. ſi quis in tantam,*
C. vnd. vi, facit tex. in l. Imperator, ff.
de fideicommiſſ. libertat. Capic. deciſ.
69. *nu.* 28. *Affl. dec.* 265. *in* 3. *fallen.*
387 Sexageſimoſeptimo † ipſe ſolus po-
teſt procedere ad modũ Belli, *ad tex.*
in l. 1. §. fi. ff. à quib. appell. non lic. l. fi.
C. de ſent. omn. iud. vbi Bart. & Docto-
res, Ioan. Grand. in tract. de Bell. exul.
fol. mihi 61. vbi ponit an iſto caſu cõ-
petat remiſſio vaſſallorũ Baronibus,
Afflict. in cap. 1. num. 87. *Qua ſint re-*
gal. tamen, ſtante ampliſſimo priuile-
gio Proregum Italiæ, ne dum per eos
ita proceditur, ſed ſimilem poteſta-
tem alijs per Regnum delegant.
388 Sexageſimo octauo † ſolus Prin-
ceps poteſt reſtituere ad appellãdum
contra ſentẽtiam, quæ iam tranſiuit
in rem iudicatam, *Innoc. in c. ex lite-*
ris, in fi. & ibi Abb. in vlt. notab. de re-
ſtit. in integrum, & eſt text. in l. 2. §.
quod ſi ita congerit, ibi, *à noſtro numine*
reparationem peti pracipimus, & in
Auth.

Digitized by Google

Auth. ei qui, & ibi gloſ. C. de temporib.
appell. cap. ei qui 2. quæſt. 6. Bald. in cap.
2. num. 5. verſ. quæro, de offic. delegat.
Angel. in l. 1. C. de ſent. paſſ. & reſtit.
389 vbi ait, quòd † Princeps poteſt vno
verbo procedendo extra ordinem,
caſſare ſententias iudicum rectè la-
tas, idem Bald. in l. fin. num. 8. & ſequ.
C. ſentent. reſcind. non poſſ. vbi etiã
Ang. Curt. iun. conſ. 1. num. 20. Gozad.
cõſ. 10. num. 17. Cuman. & Socy. in l.
ſinguli, ff. de except. rei iudicat. Luc. de
Penn. in l. fi. de paſc. publ. num. 47. Ca-
lic. de fiſc. dubit. 8. num. 4. Afflict. in
rubr. quæ ſint regal. num. 48. Rot. Rom.
dec. 238. incipient. non ſufficit petenti,
refert, & ſequitur Boer. deciſ. 247. ſub
num. 12. Pariſ. de Puteo de ſindicat. in
§. reſtat vnum, num. 7. qui ait hoc eſſe
quotidianum & notandum, Surd. cõſ.
199. ſub num. 25. vbi ex Bald. in conſil.
252. incip. querula preces, volu. 1. dixit,
quòd Princeps licet de rigore iuris nõ
poſſit, attamen de plenitudine pote-
ſtatis poteſt reſtituere in integrũ ad-
uerſus ſententiam, & idem dicit in
verb. ſupplicare num. 5. C. vt lit. pendẽt.
& ibidem Iaſ. num. 7. Boſſ. in tit. de ſup-
plicat. aduerſ. rem iudicat. nu. 1. Cabed.
dec. 12. par. 1. Caſtald. de Imper. quæſt.
110. verſic. 141. & 300. Dom. de Pont.
deciſi. 26. num. 14. & in tractat. de po-
teſta. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſion. §.
de donationibus, & expenſis, nume. 22.
390 ſicut † poteſt concedere, quòd veritas
cauſæ iam deciſæ iterum diſcutiatur
auferendo ius parti quæſitum per ſen-
tentiam, Angel. in l. fin. C. ſent. reſc. non
poſſ. & ibidem Bald. Curt. iun. conſ. 1.
num. 20. Gozad. conſ. 10. nu. 17. Cuman.
& Soc. in l. ſingulis, num. 3. ff. de except.
rei iud. dummodo id faciat cum clau-
ſula, (non obſtantibus) adnot. in l. fi.
Cod. ſi contr. ius vel vtil. publ. Bald. &
Innoc. in cap. cum ſuam nobis de appella.
391 vbi dicunt † quod Princeps poteſt per
viam priuilegij concedere tertiam ap-
pellationem contra diſpoſitionem iu-
ris communis, ſecundum Dec. & Soc.
392 in d. l. ſingulis, & † pariter concedere
reuiſionem rei iudicatæ Bald. in ca-
pit. 2. nume. 5. de offic. delegat. Iaſ. in
l. iuſtitia num. 9. in princ. ff. de iuſtit. &
iur. Alexand. conſ. 77. num. 3. volum. 2.
& conſ. 94. eod. vol. Gozad. conſ. 85. nu.
16. Decius conſ. 198. num. 2. & pariter
393 † poterit ſine cauſa admittere proba-
tiones, etiam poſt ſententiam, Abb.
in capit. in noſtra colum 4. de ſepult. Fe-
lyn. in cap. in cauſis de re iudicat. & in
cap. inquiſitionis, §. ad petitionem, num.
14. de accuſatio. quod ſine dubio proce-
deret in criminalibus ad defenſam, quia
394 † docẽs de innocentia ſemper audien-
dus eſt, vt dixit Felin. in cap. paſtoralis,
num. 8. & ſeq. de except. ante eum Abb.
in cap. conſanguinei, nu. 8. de re iudicat.
ſecundum quam opinionem iudicaui
in Mag. Cur. pro quibuſdã Meſſanen-
ſibus, quibus non obſtante lapſu ter-
mini extraordinarij, ex quo aſſerebant
ſibi artatam fuiſſe defenſionem in cu-
ria Straticotiali, decreui conſulto ta-
men Principe, quòd daretur alius ter-
minus ad defendendum, prout ita fuit
395 exequtum; quinimo † ſententia lata ex
reſcripto Principis contra rem iudica-
tam valida eſt, Doctores in cap. inter mo
naſterium, de re iudicat. vbi Felyn. in 7.
limitat. nu. 22. & nu. 26. in. 11. limitat.
396 Sexageſimonono † reſtituit ad fa-
mam, ad tex. in l. 1. §. è contra autem, ff.
de poſtuland. Bart. in l. infamem, col. vlt.
ff. de publ. iudic. Alber. in l. 1. num. 2. &
ſequ. C. de general. abolit. Felyn. in cap.
quæ in eccleſiarum num. 33. verſ. tertius
caſus eſt, de conſtitut. Pariſ. conſ. 69. nu.
168. num. 3. Afflict. in Rubr. quæ ſint re-
gal. num. 2. & 3. Calsc. de fiſc. dubitat. 8.
ſpecial. 27. Peregri. de iur. fiſc. lib. 1. tit.
2. num. 54. Menoch. conſ. 1129. & 1137.
vol. 12. Molin. de iuſtit. commuta. tract.
4. diſp. 10. vbi multa cumulat in mate-
ria, & dixi in tract. ad indult. c. 20. n. 57.

Septua-

397 Septuageſimo † habet priuilegium
l.bene à Zenone, & l.omnes, C. de quadrien. præſcript. & §. fin. inſtitut. de
398 *vſucap.* intantum quòd † emens à fiſco, vel rem propriam principis, etiam quod fiſcalis non ſit, tutus erit, nec ab aliquo moleſtari poterit, verùm ſi aliquis in re illa vendita aliquod ius habere prætendat, infra quadriennium cõtra fiſcum vendentem, vel alio modo alienantẽ, recurſum habere poteſt, poſt vero dicti quadriennij tẽpus, præcluſa ſibi penitus erit omnis via, ſecũdum *iura relata*, quibus cõſonat *l. Hiſpaniarum, 83. tit. 5. par. 5. & pragmatica Regni, in tit. de officio locum tenentis Regij Theſaurarij*, §. 6. *& pragmatica vnica, ſub tit. de priuilegio ementis res*
399 *fiſci, to. 2. fol. mihi* 311. & † propterea, vt dicebam, Princeps, qui ſuperiorem nõ recognoſcit, vel iura regalia habeat ſibi à ſupremo Principe conceſſa, priuilegium prædictum obtinet, vt dixit *Andr. in cap. vnico, quæ ſint regal. in ver. & bona committentium crimen læſæ maieſtatis num. 78. Bald. in cap. ad Apoſtolicæ, de ſentent. & re iudicat. Roland. conſ. 100. num. 49. vol. 3. Cenall. comm. contra commu. quæſt. 823. Dom. Tapp. in Rubr. de conſtitut. princip. cap. 1. nu. 15. idem Andr. & Afflict. in conſtitut. Regni, exceptionem filiationis*, qui ampliarunt exceptionem prædictam tam in vim dilatoriæ, quàm in vim peremptoriæ, ſicut exceptio, quem de euictione tenet actio vt poſt *Bart. Io. de Platea & Rebuff. in d. l. bene à Zenone*, dixit *D. de Ponte in tractat. de poteſt. proreg. tit. de regal. impoſit*, §. 6. *num. 2.* & ſic per prędicta *iura* denegatur actori audientia, & iudicibus ſublata eſt iuriſdictio cognoſcendi, *Afflict. deciſ. 361. n. 18.*

400 Hæc † tamen principalis concluſio intelligenda eſt, niſi Princeps in priuilegio appoſuerit clauſulã, iuribus alienis ſemper ſaluis, eo enim caſu beneficium ipſius *textus* nihil operatur, vt voluit *gloſ. in l. 2. C. commu. rerum alien. Andr. & Afflict. in dict. conſtitut. exceptionem filiationis & in d. verb. bona cõmittentium, num. 78.* vbi latè diſputat, refert, & ſequitur *Capic. ĩ cap. Imperialem, fol. 29. verſ. quarta concluſio, Fely. in d. cap. quæ in eccleſiarum, num. 35. de conſtitut. D. de Ponte in loco citato nu. 3. & 4.* vbi dat rationem, quia *textus* ille intelligitur, quando Rex cõcedit rem, credẽdo eſſe ſuam licet verè ſit aliena, vt de communi * teſtatur *Afflict. ĩ loco citato num. 59.* tunc enim cõſtat de expreſſa Regis concedentis intentione, & ſic declaratur doctrina *Andreæ in loco citato*, vbi *Addent. in verb. alterius*, & ſequitur *Camill. de Curt. de feud. par. 1. num. 35. fol. 70. Ioan. Iacob. Maur. allegat. 19. num. 12.*

401 Secundo † intellige niſi Princeps tẽpore venditionis, vel conceſſionis rem venditam, ſeu conceſſam non poſſideret, tunc enim talis præſcriptio quadriennij agenti minimè obijci poſſet, vt notabiliter dixit *Bald. in l. fin. C. ſi contr. ius vel vtilit. publ. Camill. de Cur. in loco ſupra citato, D. Regens Tapp. in loco relato, num. 18. Greg. Lopez*, qui latè diſputat *in l. 83. tit. 5. part. 5. verb. El Rey. Menoch. in reſponſ. cauſæ Finarienſis, reſponſ. 2. num. 99.*

402 Tertio † intellige, ſi Princeps concedens poſſit vti plenitudine poteſtatis aduerſus dominũ rei, *Greg. Lopez. & Menoch. in locis citatis Gramm. dec. 65. num. 39. D. Tap. in loco relato nu. 21.* vbi addit quod neceſſe eſt, apparere cõcedentem vti velle plenitudine poteſtatis, & non iure creditoris, ſecundum *Bald. in prohem. Decret. in verb. Rex pacificus*, licet diſſentiant *Fely. nu. 39. & Bero. num. 16. in d. cap. quæ in eccleſiarum.*

403 Quarto † intellige niſi Princeps vẽdat, vel concedat eccleſiæ, vt dixit *glo. in cap. quicumque militum, 12. quæſt. 1.* quã ſequuntur *Canoniſtæ*, & præcipuè

Imol.

*Imol.in c.2.de reb. eccleſ. non alien. Camill.de Curt.vbi ſupra nu.*37. *D.Tapia in loco nuper relato,nu.*23.vbi idem affirmat, ſi res ipſa conceſſa eſſet eccleſiaſtica,*c.qui res,de reb. eccleſ.nõ alien. d.cap.quicumque* 12.*q*.1. niſi tamen res eſſet in feudum eccleſiæ conceſſa, vt tradit *Capic.vbi ſupra in* 6.*limitat.*

404 Quinto † intellige,niſi res eſſet minorum, quibus etiam poſt quadriennium cõperit reſtitutio, vt dixit *Ang. in l.*1.*de fid. inſtru.& iur.haſt. fiſc.lib.* 10.*Gregor.Lopez.vbi ſupra in verb.coſa agena*, vel res Reipublicæ, cui pariter reſtitutio cõpetit, *Menoch.in d. reſpon. num.*100.*D.Tap.vbi ſupra,num.*26.& 28.vel eſſet dotalis, ſecundum *Iaſ. in l.*1.*in* 3.*notab.nu.*19.*ff. ſolut. matrim.* vbi etiam *Rip. nu.*15.*& Bolognett.nu.* 37. optimè *Barboſ. nume.* 13. *Cotta in memorab.in verb.dos.Camil.de Curt. in loco citato*, licet contrarium tenuerint *Soc.iun. in d.l.*1.*nu.*77.*ad finem Curt. iun.in l.hæres abſens in princ.nu.*18.*ff. de iudicijs, Greg. Lopez in loco citato.*

405 Sexto † intellige,niſi res vendita fuerit confiſcata ob crimen læſæ maieſtatis,pro qua poteſt agi contra poſſeſſorem infra annum inter præſentes, & biennium inter abſentes,vt ex ſpeciali Regni Neapolitani *c.incip. & ſi conſequenter* tradit *Capic. in loco citato, lim.* 12.*Camil. de Curt.& D.Tap.vbi ſupra,* qui alia tradunt circa intellectũ *Fragmatica* æditæ Thori.

406 Septimo, † & vltimo intellige niſi actor prætendat cauſam ab vno Principe, reus vero ab alio, & ob id non concurrunt ad eamdem rem ex titulis eiuſdem Principis,ſecundum *Roman. conſ.*298. *Curt.iun. conſ.*143. *Gramm. decis.*65. *num.*47.*Suarez allegat.*8.*nu.* 6.*in fine, Do. Marchio de Ponte in conſ.* 59.*num.*49.

407 Multæ † aliæ,& infinitæ limitationes ad regulam iurium prædictorum videri poterint apud *Felyn. & alios in d.cap.qua in eccleſiarum,de conſtit.Camill.de Curt.in lo. cit.* vbi refert *Aloyſ. de Leo* iſtas, & quamplurimas alias limitationes adducere *Peregrin. de iur. fiſc.lib.*6.*tit.*4.*nu.*15.*ſeqq. Rimin. iun. in* §.1.*nn.*38.*cum ſeqq. inſtitut. Quib. alien.lic.vel non*,in tantum quòd *D.de Ponte in d.conſ.*59.aſſerit, quòd *textus* ipſe habet tot limitationes,vt nunquã ipſius regula potuerit practicari.

408 Septuageſimoprimo † veniam ætatis minoribus indulget,*ad tex.in l.denique,in prĩc.ff.de minorib.& l.*2.*C. de his qui ven. ætat.impetr. Afflict.in rub. quæ ſint regal. num.*10.*Calic.de fiſc.dubit.*8.*ſpecial.*14. *Roſental.de feud. cap.* 5.*conclnſ.*2. *num.*4.*& in addict. Montan.de tutel.cap.*37.*reg.*2.*num.*36. *Riminald. iun.conſ.*655.*num.*1.*cum ſequ. volum.*6.

409 Septuageſimoſecundo † ligat ignorantes etiam per ſtatutum,quòd tempus illis currat,*ad tex.in cap.*1.*de præbend.in* 6.*Frideric.de Sen. conſ.*290.*col.* 5. *Barbat. in clement.* 1. *col.* 7. *de elect. Soc.conſ.*110.*col.*3.*Afflict.in rubr. quæ ſint regal.* vbi multa cumulat, Sed † an

410 competat legatis à latere,vide *Caſſad. ſuper regul. Cancell. tit.de decret. in reſeruatione dec. vlt. num.*2.

411 Septuageſimotertio † contractus geſti cum Principe habent vim legis, ſecundum *Bart. in l.pen. C. de donat. inter vir. & vxor. Alexand. in l. Ciuitas, ad finem, ff. ſi cert. petat. de communi Felyn. in capit. in cauſis, de re iu-*

412 *dicat.* quod † procedit etiam ſi Princeps de facto ſuperiorem non recognoſcat, vt dixerunt *Bald. in dict.l. pen. & in l.ea lege, nume.*17.*Cod. de condict. ob cauſ.* vbi etiam *Petrus de Bellapert. colnm.*3.*verſic. item opponebatur quòd erat Princeps, Luc. de Penn. in l. contra publicam, num.* 13. *C. de re milit.lib.*12.

413 Septuageſimoquarto † Princeps poteſt vti plenitudine poteſtatis, *Bald.*

in cap.1.§.hoc quod nos, ſub num.12.de
pac. conſtant. Dec. conſ. 373. num.15.
Natt. conſ.179. num.53. in fine, Alex.
conſ.123.num.9.vol.2. Rip. de reſcript.
reſponſ.12. in fine, Alciat. conſ.208.in
fine;licet de conſuetudine aliud ſerue-
tur, *Bald. conſ.367. col 2. verſ. ſecundo*
premiſſo par.1.qui loquitur de Dominis
Lombardia vide Riminald.iun. cõſ.58.
414 Septuageſimoquinto † ipſe ſolus
habẽs rem communem cum priuato,
totam alienare poteſt, eo inuito, refe-
cto prætio parti, ſiue ipſi conſocio, *ad*
text. in l.2.commun. rer. alien. l.1.C. de
vend. rer. fiſc. lib. 10. Bero. in cap. qui
res, num.31. de rob. eccleſ. non alienat.
etiam ſine cauſa, *Felyn. in cap. quæ in*
eccleſiarum, num.51. in 7. declarat, de
conſtitut. Afflict. in cap.1.§. ſimiliter,
nu.60. & 66. de cap. qui cur. vend. ac
etiam ſi minorem partem haberet fi-
ſcus, *Felyn. vbi ſupra*, vbi declarat d.
concluſionem, & *dict. l.1.* & pariter
locare, *Bald. conſ.332.incip. primo du-*
bitatur, vol. 5.
415 Septuageſimoſexto † ſolus Prin-
ceps ſaluamguardiam alicui conce-
dere poteſt, hoc eſt recipiendo eum,
& eius bona cum familia ſub ſua pro-
tectione, *ad text. in l.1. ibi ſecuritatem*
ff. ad l. Iul. maieſta. in cap. ex parte, el
2. & capit. recepimus, de priuileg. vbi
gloſſ. & Doctores, & text. in cap. ſex
differentia, 24. quæſt.3. Bart. in l. etiam
his. C. de excuſat. muner. lib.10. Plate.
in l. fin. Cod. de eroga. milita. anno. lib.
12. Bonadill. lib.2. politic. cap.16. num.
126. Caſtald. de Imperat. quæſt.109.
num.6. & 10. Natt. conſ.237.num.2.
cum ſequ. vbi tamen addit, quòd hu-
iuſmodi ſaluæ guardię non conferunt
aliquod nomen iuris, ſed tantum
Princeps cenſetur promictere, quòd
proteget, & defendet contra eos, qui
de facto illum, & eius bona turbarẽt,
aut inquietarent *Farinac. de carcer. &*
carcerat. quæſt.29.num.12.vſq. ad nu.
416 20. & † pariter poteſt Princeps iubere
alicui ſubdito, quem putat facilè of-
fenſurum alium, quòd eum ſub hu-
iuſmodi ſaluaguardia, & protectione
ſuſcipiat, de quo per *Clar.§. fin. quæſt.*
47. verſic. ſed nunquid poteſt, Pedemon.
deciſ. 88. Iaſ. in l. de quibus, nume.55.
ff. de leg. Neniz. conſ.83. Menoch de Ar-
417 *bitr. conſ.338.* & † hæc differt à ſalua
guardia exemptionis iuriſdictionis,
quę etiam Prorege conceditur, vt di-
cam infra *lib. quinto, capitu. ſexto*,
ſecus tamen iſta, quæ ad vicarios non
extenditur, vt dixit *Calic. de fiſc. dubit.*
8. num.14.
418 Septuageſimoſeptimo † ipſe ſolus
poteſt cum cauſa de plenitudine po-
teſtatis tertio præiudicare, ſecus autẽ
ſine cauſa, *ad tex. in l. pen. & in fin. ff.*
de natal. reſtit. vbi Princeps non po-
teſt concedere ius aureorum annulo-
rum liberto, ſiue eum tamquam natũ
ex ingenua natalibus reſtituere inuito
domino, & ſic ſine cauſa, *cap. per prin-*
cipalem, 9. quæſt. vlt. & ratio oritur ex
419 regula illa vulgari, quòd † id quod no-
ſtrum eſt, non poteſt ſine facto noſtro
à nobis auferri, *l. id quod noſtrum, ff. de*
reg. iur. l. ex hoc iure, in ver. dominia, ff.
de iuſt. & iur. Riminald. iun. poſt alios
conſ.45.num.45. & ſeq. vbi latiſſimè,
Vaſq. contron. illuſtr. perſ. lib.1.cap.5.
num.17. Cancer. variar. lib.3. cap.3. nu.
88. Capic. deciſ.166. Roman. conſ.352.
num.14. vbi ait, vulgatiſſimam iuris
concluſionem eſſe, quam nullus igno-
420 rat, quòd † nullus Princeps poteſt ſine
cauſa ius alterius tollere, *Crauett. conſ.*
103. num.3. & conſ.241. per totum, &
* *conſ.276. num.7.* & eſſe communem*
omnium Canoniſtarum, & Legiſta-
rum teſtatur *Soc. conſ.164. num.7. &*
cõſ.273. num.9. volum.2. vbi reprobat
contrarium tenentes, *Pariſ. conſ.101.*
421 *nume.70. volum.1.* niſi † eſſemus in
conceſſione priuilegiorum, in quibus
ſpeciale eſt in Principe, vt illa poſſit
ſine

ſine cauſa reuocare, licet alteri ex eis ſit ius quæſitum, vt tenet *gloſ. in cap. decet de reg. iur. in 6. cap. veniens, de praſcrip. l. qui fundum, C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Innoc. in cap. in noſtra, de iur. iurãd. Bald. in l. qui ſe patris, num. 12. verſ. quid ſi pater, C. vnd. liber. Caſtr. in l. digna vox num. 6. C. de leg.* vbi ſequẽdo *Bald. in d. l. qui ſe patris*, concludit, qđ Princeps poteſt cõceſſionem ſuam reuocare ad libitum ſuum de plenitudine poteſtatis, licet ſecus de poteſtate ordinaria, & hoc quãdo per viam priuilegij facta fuerit, *per tex. in d. cap. veniens*, idem ipſe repetit *in l. reſcripta, num. 3. C. de pracib. Imperat. offer.* & facit ratio, quia Princeps ipſe fuit cauſa conceſſionis, & ſic liberalitas ipſius, & proinde eo modo reuocare poterit ſecundum *Angel. in l. Antiochenſium, de priuileg. credit. & in l. 2. C. de quadrien. praſcript.* & cum non teneatur priuilegium obſeruare, nemini facit iniuriã illud reuocando, ſecundum *Bald. in d. l. qui ſe patris*, & ſequitur *Iaſ. conſ. 1.*

422 *vol. 1.* cũ de natura † priuilegij, & legis ſit, vt poſſit ad libitum concedentis, & legiſlatoris reuocari, *cap. conqueſtus. 9. quaſt. 3. cap. 1. de conſtit. in 6. Caſtr. cõſ. 287. volu. 1. Bald. conſ. 226. incip. Rex Romanorum, num. 6. volum. 1.* vbi ait,

423 quòd ſecundum *Doctores* † Imperator non poteſt ſibi legem imponere, quominus ad libitum ſuum priuilegium reuocare poſſit, *per tex. in §. interim in Authent. de defenſor. ciuit. Luc. de Penn. in l. fin. num. 93. C. de locat. prad. ciuil. lib. 11.* & licèt multi tenuerint contrarium, vt fuerũt *Bald. in l. 1. in 5. notab. C. de leg. & in cap. 1. in princ. de feud. ſin. culp. non ammiſſ. Curt. iun. in l. heres abſent, num. 19. ff. de iudicijs, Afflict. in cap. 1. § ſimiliter, num. 64. de Cap. qui cur. vend. poſt Andr.* quem ipſe refert, Attamen in contrarium eſt magis cõ-

* munis * opinio, vt ſupra dictum eſt, &

424 eorum opinio procedere debet, † quãdo priuilegij reuocatio enormiter lęderet, ſecundum *Bart. in d. l. fi. C. ſi contr. ius vel vtil. publ.* eoq; magis vbi

425 † tranſiſſet in vim contractus, vt concludit *Bald. in d. l. qui ſe patris, Affl. ĩ cap. 1. num. 24. & ſeq. de nat. feud. Gugl. de Bened. ĩ cap. Raynutius, ĩ verb. duas habens vxores, num. 36. & ſequ. de teſtamẽt.* vel conceſſum eſſet non ſubdito, *Caſtr. conſ. 317. volum. 1. Dec. d. cõſil. 286. nu. 6. Card. ĩ cap. perpendimus, num. 7. de ſentẽt. excommu.*

426 vel † conceſſum reperiatur ob remunerationem, vt firmat *Alexãd. cõſil. 216. num. 3. volum. 2.* & alijs caſibus, de quibus per *Doctores in locis relatis, Calic. de fiſc. dub. 8. ſpect. 36.* qui pulchram ad hoc adducit diſtinctionem, vide *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. nu. 19. Tapp. de cõſtit. Princ. p. 2. c. 11.* vbi ponit ampliat. & limit.

427 Septuageſſimo octauo † poteſt ſuſpẽdere introitus & immunitates ſubditis conceſſas in caſu neceſſitatis, vt quia redditus Regni non ſufficerent pro oneribus Reipublicæ, ita *Andr. in Rubr. qua ſint regal. num. 13. Iaſ. in l. ex hoc iure, num. 54. ff. de iuſt. & iur. Alex. cõſ. 216. n. 27. vol. 2.* latius *Curt. iun. conſ. 61. num. 14. Do. de Ponte in tract. de poteſta. Proreg.* vbi loquitur de ſuſpẽſione penſionum, facta in Regno Neapolitano, *in titu. de tract. nu. 22. fol. mihi 232. & num. 30. eod. tit.* & ſequitur *Dom. Ferdin. Matuto in reſpõſ. edito pro impoſ. Gabell. extractionis ſerici fol. mihi 6. in princ.*

428 Septuageſimo nono † Princeps licet non poſſit permittere vſuras Chriſtianis, tamen poteſt ex iuſta cauſa ad euitandos exceſſiuos lucri ceſſantis, vel damni emergentis probationes, moderare iuſtum intereſſe percipiendum à venditoribus frumentorum, prout in Regno ſæpiſſimè fieri cõſueuit per *pragmaticas*, taxando decem, vel quid ſimile pro centenario,

Theſaur. dec.57. ſub num.7. verſic. vlterius reſponderi poteſt, *Lup. de vſur.* §.4. *ſub num.91. & Doctores*, tenentes Principem nõ poſſe ſtatuere in materia vſurarum, verum dicunt, ſecus vbi Princeps vellet moderare exceſſiuum intereſſe, quod ob penuriam, vel aliã iuſtam cauſam euenire poſſet, maximè illud reducendo ad intereſſe ſolui ſolitum iuxta morem regionis, tunc enim dicitur intereſſe recompẽſatiuũ pro illo intereſſe maximo, ſecundum *Lup. in* §.7. etiam poſt perfectum contractum, vt limitando dixit *Rebuff. in l. vnic. gl. vlt. n.47. verſ. tertio fallit.*

429 An † autem permittere poſſit vſuras Iudeis, vide *Theſaur. in d. dec.* 57. vbi refert conceſſionem Sixti Quinti, *Marquar. de Iudeis, par.1.c.11. Surd. conſ.485. Rimin. iun. cõſil.395. & 696. Lancell. Gall. conſ.24.*

430 Octuageſimo † ſolus Princeps poteſt de publico remunerare, & præmiare interficientem hoſtem Reipublicæ, vt concludit *Bald. in l.1. num. n1. ff. de iuſt. & iur. & cõſil.264. incip. qui feruore publica charitatis, nume.2. volum.3. Afflict. in rubri. quæ ſint regal. num.* 126. ſunt enim, vt ait *Cicero pro Milone*, præmia olim data Tirannorum interfectoribus, diuinoſque il-
431 lis honores † Græci tribuerunt propè ad immortalitatem & religionem, & memoriam.

432 Octuageſimo primo † Princeps ſolo verbo transfert dominium, vt dixit *Dom. Tapp. de conſtit. Princip. cap.* 1. *nume.* 12. *Marc. Anton. Surg. de Neapol. illuſtr. cap.18. num.5. cum ſeqq. Calic. de fiſc. dub.8. nume.8.* vbi multa in propoſito cumulat.

433 Octuageſimo ſecundo † Princeps ſolus emancipationes facit, & expedit, *ad tex. in l. iubemus, C. de emancip. & ibi Bartol. & alij, Calic. in Margar. fiſc. dubit.8. prærog.*15. ſubdens, quòd pariter interponit decretum ſuper arrogatione, *ad tex. i l.2. ff. de adopt. & in l.1. C. eod. tit. & vbique Bart.*

434 Octuageſimo tertio † ſolus Princeps concedit dilationem temporalem debitoribus, *ad text. in l. quoties, & l. vniuerſa, C. de precib. Imperat. offer. vbi Cyn. Bart. & cæteri, & dixi in dec.16. num.1.* quod procedit etiam ſi debitor iam cœperat in iudicio conueniri, vt poſt *Bald. in l. ſi quiſquam, ff. ſi quis caution.* dixit *Calic. de fiſc. dubitat.8. ſpect.*33. & dixi *in d. dec.16. nu.1. cum ſeqq.* Sed quid in debitis fiſcalibus, & idem dicendum eſſe tradit *Caſtald. de Imperat. quæſt.110. caſu* 275. & quid in debitis iuratis, dixi *in comment. ad indult. cap.46. Rimin. iun. conſ.23. nu.* 188. *Theſaur. dec.186. par.2.* & quid in debito incerto, *Menoch. de arbit. caſu* 337. *num.* 19. Item quid in Moratorijs, & quinquennalibus literis, vide *cap. ſub Rege Ioanne* 24.

435 Octuageſimo quarto † Conſiliarij Principis excuſantur à tutelis, *ad tex. in l. iuriſperitos, ff. de excuſat. tutor. vbi Nicol. de Neapol. Guttier. de tutel. p.1.c.21. nu.4. & 25.*

436 Octuageſimo quinto † ſolus Princeps adoratur à ſubditis, cæteri autẽ officiales ſalutantur, ita expreſsè *text. in l.1. C. de ſilent. & decurio. lib.12. vbi gloſſ. Bart. & cæteri, l.2. C. de Fabric. lib.11. l.1. C. de præpoſit. ſacr. cubicul. & l. fi. C. qui milit. non poſſ. lib.12. & l.1. C. de domeſt. & protect. & l.1. C. de prox. ſacr. ſcrin. & l. penul. C. de conſul. non ſparg. eo. lib.* 12. ibi, *adoranda noſtra purpura, & l. ſi quando, C. de ſtat. & imagin. & l. fi. C. de offic. diuerſ. iud. Bald. in c. ſolita, nume.2. de maiorit. & obedient. Calic. de fiſc. dubit.8. ſub nu.*
437 19. vbi † limitat in Præfectis, à quibus non adoratur, ſed ſalutatur, *ad text. in l. prima, C. de veteran. lib.* 12. & ego addo perſonas illuſtres, *ad tex. in l.1. C. de præpoſit. ſacr. cubicul. lib.12. & l.1. C. de ſent. paſſ.* Impro-

priè

priè tamen iſta dicitur adoratio, vt di
xerunt *gloſ. & Bar. in d.l.2.C.de fabri-
cenſ. Reſtan.Caſtald.de Imperat.quæſt.
65. num.8. cum ſequ. Bellug. in Specul.
Rubr.6. num.3. Alberic.in Dictionario,*
438 *in verb. adorans,* nam † ſoli Deo com-
petit vera & propria adotatio, Prin-
ceps tamen adoratur, & honoratut,
vt quaſi Deus terræ, ideſt vt Domi-
nns terræ, quia genibus flexis manus
eius oſculantur, *ad text. vbi gloſ. C. de
offic.præfect. vrb. lib.12. & in l.1. C.de
Comit. & tabul. lib.12.* ibi, *& adorandi
Principis, gloſa* dicit, ideſt ſalutandi,
*& tex. in c. Adrianus, 63.diſtinct.gloſ.
in d.l.1. C.de ſilent. Io.de Plat. in l.Pri-
micerium, C. de fabric. lib. 10. Caſtald.
in loco ſupra relato, num.10. Bellug. in
loco relato, Auil.in prohem. capit. Prat.
verb. Salud.num. 2. & ſeq.* & in Sum-
mo Pontifice ne dum manus, ſed etiã
in pede oſculatur, vt not. *gl. in d.l.1.C.
de domeſt.lib.12.*
439 Octuageſimo ſexto † vbi agitur de
iuribus Principis, ſemper inquiri po-
teſt ex officio, *ad text. in l. pen. & fin.
C.de bon. vacant.lib.10.Soc.in fallent.
reg.197. poſt alios Caſtald.de Imperat.
q.110. caſu 230.*
440 Octuageſimo ſeptimo† ſolus Prin-
ceps poteſt expellere Iudeos, & Sara-
cenos à Regno ſuo, vt dixit *Oldrad.
conſ.87. incip. quæritur, Innoc.in capit.
ſuper his de vot.Corſet. de poteſt.Reg.p.
5.n.11.& 13.* vbi latè, *Aluar. ĩ Spec.Põ-
tif.& Imper.c.54.ſub n.19.* idq; pluries
à Regibꝰ Catholicis fuit obſeruatũ, &
nouiſſimè in expulſione Moriſchorũ.
441 Octuageſimo octauo † ſolus Prin-
ceps concedit ex priuilegio monopo-
lia, collegia, & ligas, ſeu conuenien-
tias, *ad text. in l.1. ff. de colleg. illicit.
cap.vlt. de relig.domib. Innoc.in cap.ſi-
gnificante, de appellat. & cap. dilecta,
de exceſſ. prælat.verſ. ſi homines, Rim.
iun.conſ.68. nu.9.* & in materia *Auil.
in cap. 2. Prat. verb. Ni conſideration,
num.1. cum ſeq.*
442 Octuageſimo nono † ſolus Prin-
ceps in priuilegijs, cæteriſque ordina-
tionibus ſuis apponere poteſt pęnam
indignationis, prout in priuilegio ele-
ctionis Proregis, ibi (*ſi præterire, &
indignationis noſtræ incurſum pænam,
&c.*) quæ clauſula vulgariter dicitur,
(*per quanto la gratia noſtra tenete cara*)
*de qua eſt tex. in tit. qui ſint Rebell. in
fi. & l.2.C.de petit.bonor.ſublat.lib.10.*
ibi (*indignationem noſtri numinis ſuſti-
nebit, cæteriſque fiet vindictæ, & teme-
ritatis exemplum*) *& in Authent. de
mandat. Princip.§. ſit tibi,* ibi, (*in te
indignationem conuertemus*) vbi *gloſſ.*
ſubdit, *ſeuerius vendicabimus,* per *tex.
in §.fi. Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel
al. iur. & text.ĩ l. fin. in fi. C. de aquæ-
duct. lib.11.* ibi, (*abſque grauiſſima
indignatione ferendis*) *& in l. fin. ad fi.
C. de propoſit. agens. in reb. lib. 2.* vel
ſimilia verba, *& in l. in ſuis, in fine, C.
de diuerſ. offic. lib.12.* ibi, (*etiam con-
gruam indignationem incurret*) *& tex.
in tit. de pac. Conſtant. in prĩc.* ibi (*qui
nos ad indignationem prouocauerãt*) vbi
gloſſ. plura not. *& tex. in l. fi. C.de of-
fic. rect. prouint.* ibi (*non declinabit no-
ſtræ indignationis*) *& in Authent. de
armis, in fi.* ibi (*indignationem noſtram
& ipſi metuent*) *l.euerſionum, in fi. C.de
cur.publ. lib.12.* ibi (*indignatione gra-
uiſſima ferendos*) *& in l. quicumq; , in
fine, C.de epiſc.& cler.* ibi, (*noſtrã indi-
gnationẽ ſubituris*) *& in Authen.vt non
luxurient.contr.nat. in fine,* ibi (*& no-
ſtram indignationem ſuſtinebit*) *& in
l.1. in fine, C.de ſum.Trinit.& fid. Ca-
thol.* ibi, (*motus animi noſtri vltione ple-
ctendos*) *vbi gloſ. & tex. in l.1. in princ.
ff. quod quiſque iur.* vnde cum in tot
iuribus de prędicta pœna mentio fiat;
dubitandum videt̃ de dictis per *Bart.
in d. titu. qui ſint Rebell.* quòd talis
443 clauſulæ nullũ effectũ inuenerit, † niſi
quatenus verba ſonãt, hoc eſt, quòd
Im-

Imperator ſiue Princeps indignatus ex hoc facto non exhibebit ſe gratioſum, cum quo pariter pertranſit *Alex. in conſil.* 103. *colum.* 6. *lib.* 1. *Bald. vero in cap.* 1. §. *porrò colum.* 2. *in princ. Quæ ſit prim. cauſ. benef. amm.* dicit clauſulam prædictam operari ammiſſionem feudi, vel penam priuationis officij, ſecundum *Gramm. conſ.* 40. poſt *Butr. in cap. quod ſedem de offic. ord.* quos refert, & ſequitur *Anto. de Ball. lib.* 2. *de de quaſtion. & torment. quaſtio.* 8. *numer.* 10. ſicut in reſcriptis Apoſtolicis operatur ammiſſionem, & priuationem beneficiorum, eumquè ſequitur *Felyn. in cap. veniens, in princ. de praſcript.* vera opinio eſt, quòd talis clauſula operatur pœnam arbitrariam, vt dixit idem *Bald. in Auth. ſtatuimus, C. de epiſc. & cler. & in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Caſtald. in tract. de Imper. quaſt.* 110. *caſu* 38. vbi ait hoc eſſe menti tenendum, quia vidit peritos, & doctos dubitaſſe de importantia verborũ huius clauſulæ (*ſub pœna indignationis noſtra*) pro qua opinione facit *gl. notab. ĩ d. l.* 1. *in fine, C. de ſumm. Trinita. & fid. Cath.* ibi, (*ſic ergo videtur quod extraordinaria ſit*) & poſt *alios* vide *Bellug. in Specul. rubr.* 11. §. *reſtat, el* 2. *num.* 3. *& ibi lata addict. Do. Borell. Menoc. de arbitr. caſ.* 365. *Dom. de Ponte de poteſta. Proreg. titu. de abundant. Ciuit.* §. 7. *num.* 5.

444 Nonageſimo † Princeps confirmat venditiones, impoſitiones, alienationes, expenſiones, electiones officialium, & alia acta vniuerſitatum, concedendo licentiam pro prædictis ſe congregandi, & detinendi conſilium, *ad tex. ĩ l. fi. C. de vend. rer. vniuerſ. lib.* 11. *& tex. ĩ c. cum tempore, extr. de arbitr. Bart. in l. fi. C. de colleg. illic. & ĩ l.* 1. *C. de Metrop. Beryt. libr.* 11. *Iaſ. ĩ l. debitorum, C. de pact. Brun. ĩ conſ.* 138. *per totum, Fely. ĩ c. cum dilecta, extr. de maiorit. & obediẽt. Io. de Platea ĩ l. nullus, C. de cohortal. lib.* 12. *Ioa. Faber. ĩ* §. *vniuerſitatis, Inſtitut. de rer. diuiſ. Calic. de iur. fiſc. dubit.* 8. *prerog.* 60. *&* 61. *Auſl. in cap.* 17. *Prat. verb. eligan. Guttier. pract. q. lib.* 3. *quaſt.* 23. *nu.* 17. *Cancer. variar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 136. id tamen fit in Regno per Excellẽtiſſimum Proregem cũ voto Tribunalis Regij Patrimonij, *ex cap. Regis Ioannis*, 64. niſi † conſilium congregandum eſſet pro cauſis criminalibus, qua

445

tunc confirmatio fit cum voto Magnæ C. vt aliàs vidi ſeruatum, circa quas confirmationes vide *Pragmat. vnic. ĩ titu.* 48. §. 1. *cum ſeqq. Cancer. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 136. *&* 137. *Cauall. commu. contra commu. concl.* 749. *Caſtill. lib.* 3. *quotidian. controu. cap.* 20. *per totum*. hinc eſt quod

446 † vniuerſitates collectas imponere nõ poſſunt pro emendis frumẽtis, vel pro reficiendis pontibus, & ſimilibus abſque licentia Principis, niſi neceſſitas eſſet talis, quòd maximum detrimentum pateretur Vniuerſitas, ſi Princeps adiretur, quo caſu etiam ſine licentia fieri permittitur, vt dixit *Alexãd. poſt alios in l. ſi ſe non obtulit, ff. de re iudicat. Bald. in l. etiam, colum.* 6. *C. de execut. rei iud. Luc. de Pẽn. in l. hac prouidentiſſima, colum. penult. C. quib. muner. lic. ſe excuſ. libr.* 10. *Rebuff. ſuper Conſtitut. Franc. titu. de liter. delegat. art.* 2. *gloſſ.* 1. *num.* 78. *Auendag. de exequ. mandat. Reg. cap.* 3. *num.* 8. *Mexia de tax. pan. concluſ.* 1. *num.* 62. Licet interim à Principe licentiam curare debeant, quæ pariter à Prorege obtineri conſueuit, prout etiam ſeruari in Regno Neapolitano teſtatur *Do. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. titu. de diuerſ. prouiſ.* §. *de alienat. per totum*.

447 Nonageſimo primo † nullus ignominioſus poteſt reſidere in loco, vbi Princeps moratur, vel vbi ipſe ſit, *ad tex.*

Digitized by Google

tex. ĩ *l. fi. C. ſi ſeru. exter. cap.* 1. *An ille qui interf. frat. dom.* ibi, (*vt in Curia amplius ſtare non poſſit*) vbi hoc & notant *Andr. Aluarot. & Bald. poſt Iacob. de Beluiſ. num.* 2. idem notabiliter tradit *Angel. in l.* 2. §. *ignominia, per illum text. ff. de infamib.* qui *text.* licet loquatur in caſu ſpeciali, nimirum, militis miſſi à militia infamis, ratio tamen generalis eſt, ratione infamiæ, ſequitur *Caſtald. de Imperat. q.* 110. *caſu* 215. licet rationem prædictã non allegat, ſed aliam, quia infamibus dignitatum portæ non patent, *ad tex. in l. nemo præfectus, C. de dignitatib. lib.* 12. *Franc. Merc. dec.* 359. 1 *vol. Vinc. de Franc. dec.* 129. *Capibl. de Baro. pragm.* 7. *num.* 15. *Molin. de primog. Hiſpa. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 19. eſtque prouiſum in Regno per *Regiam Pragmaticam titu.* 49. *fol.* 163. *tom.* 1. & hinc inoleuit practica, qua in Regno vtimur, dum in exilium miſſis à certo loco ſemper additur clauſula, (*ita quod non accedant ad locum vbi curia degit*)

448 Nonageſimo ſecundo † Princeps poteſt prohibere libros improbatę Religionis, vel alia tractantes contra Regalem iuriſdictionem, eiuſque pręeminentias, vt dixit *Pariſ. de Put. in tract. de ſindicat. cap.* 163. *incip. Iudicis ſuprema poteſtas, ſub n.* 20. & ita pluries vidimus in Regno ſeruatum.

449 Nonageſimo tertio † Princeps decernere poteſt quòd filij matris originem ſequantur, & ab ea cognominẽtur, dimiſſo cognomine patris, vt dixit *Alciat. in l. familiæ,* §. 1. *per illum text. ff. de verbor. ſignificat. Simon de Prat. de interpretatione vltim. volunt. libr.* 4. *dubitat.* 4. *num.* 38. *fol. mihi* 453.

450 Nonageſimo quarto † concedit repreſalias ex iuſta cauſa, per *Bart.* ĩ *tracta. de repreſal. num.* 4. *Natt. conſ.* 529. *Roland. conſ.* 37. *volum.* 3. *Chappin. de doman. Franc. lib.* 4. *tit.* 25. *num.* 5. late *Regner. Sixt. de regal. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 30. *cum ſequ.* vbi pulchrè loquitur *Do. Camill. Borell. ad Bellug. rubr.* 11. §. *iam ſupra, in verb. repreſalijs, Gail in tract. de pignor. obſeru.* 2. *fol.* 352. *Peguer. dec.* 11. *num.* 6. & in Regno plures ſunt Ciuitates, quæ ſuper hoc habent priuilegium expreſſum, vt de Ciuitate Barcinonenſi tradũt *Cancer. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 47. *cum ſeqq. Fontanel. de pact. nupt. clauſul.* 3. *gl.* 2. *nu.* 23. & 25.

451 Nonageſimo quinto † permittit, ac dat licentiam faciendi Duellum, ſecundum *Afflict. in Rub. quæ ſint regal. num.* 105. quod tamen in Regno prohibitum eſt per Conſtitutionem Regni, Monomachiam, vbi *Andr. de Iſern. & Afflict. Pariſ. de Put. in tract. de re milit.* vbi latè, *Bellug. in Spec. Princip. rubr.* 27. *in ver. pugna,* & ibi *D. Borell.* ĩ *add.* neque hodie permitti poteſt, ſtante diſpoſitione *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Reform. c.* 19.

452 Nonageſimo ſexto † Princeps poteſt ſententiam ferre contra non citatum, vt dixit *Roman.* ĩ *l. ſi quis arbitratu, colum.* 4. *ff. de verb. oblig. &* ĩ *l.* 1. *col.* 12. *ff. de re iud.*

453 Nonageſimo ſeptimo † decernere poteſt, quòd reus ſequatur Forum actoris contra regulam iuris communis, quòd actor teneatur ſequi forum Rei, iuxta *tex. in c. cum ſit generale, de for. compet.* ita dixit *Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de competent. iud.* §. *effectus, verſ. item ſola conditio.*

454 Nonageſimo octauo † poſſunt eorum ſententias reuidere, reuocareque, ſi malè probatas inuenerint, earumq; cognitionẽ alteri cõmittere, vt notat *Cagnol. in l. is damnum datum, in fine, ff. de reg. iur.* Idemq; procedit in Magiſtratibus maioribus, ſecũdum *Bart. in l. ab executore, ff. appell. Abb. in cõſ.* 92. *num.* 3. *p.* 1.

455 Nonageſimo nono † Princeps poteſt pecuniam ad certum vſum relictam,

in

in alios vſus conuertere, ad text. *in l. legata, ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuit. perten.* & ibi *Bart. & in l. legatum, ff. de vſufruct. legat. Innoc. in cap. ſignificatum, de præbend. verſic. alij tamē dicunt, Bellam. ī cap. nos quidem, de teſtib.* niſi tamen ageretur de relictis ad pias cauſas, quæ non niſi per Summum Pōtificem poſſunt commutari, vt latè proſequitur *Barbat. in cōſ. 23. col. 2. & ſeq. vol. 1.*

456 Centeſimo † poteſt ſubijcere quæſtionibus & tormentis perſonas in dignitate conſtitutas *ad tex.* à contrario ſenſu *ī l. nullus, C. ad leg. Iul. maieſtat. & ibi Bald. Frecc. de ſubfeud. tit. de differen. feud. regal. &c. fol. mihi 254. Reſtaur. de Imperat. q. 110. nu. 79.*

457 Centeſimo primo † ille ſolus olim concedebat licentiam cedendi bona, vt not. *in l. fina. in princip. C. qui bon. ceder. poſſ. Afflict. in rubr. quæ ſint Regal. nu. 182. D. Tap. in rub. de ceſſio. bonor. lib. 4. iur. Regni.*

458 Centeſimo ſecundo † poteſt donationes ſuas ex interuallo moderare, & reſtringere, ad tex. *in l. qui fundos, C. de om. agr. deſer. lib. 11. Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 6. num. 10. ver. quod vero obtinet Pinel. ī l. 1. par. 3. num. 62. ver. infertur 15. C. de bon. mater.* maximè per viam legis *Palat. Ruu. de donat. int. vir. & vxor. §. 69. nume. 13. Molin. de primog. Hiſpa. lib. 4. c. 3. num. 1. cum ſeq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 5. num. 20. & at.* licet in totum reuocare non poſſit, vt dixit *Peregr. de iur. fiſc. tit. 1. nu. 50.*

459 Centeſimo tertio † delegatus à Principe poteſt delegare cauſam meri Imperij *gloſ. ī l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.*
* latè referens * communem & magis communem *Ceuall. q. 387.* & an poſſit ſuam exequi ſententiam, *idem quæſt. 632.*

460 Centeſimo quatto † Princeps pōt ex iuſta cauſa citationem tollere, vt tenet *gloſ. in l. is qui Reipublicæ in fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Fely. ī cap. quæ in eccleſiarum nu. 26. & 66. de conſtit.*
* vbi dicit * communem *Ceuall. comm. contr. com. q. 175.* vbi multa hinc inde differit.

462 Centeſimo quinto † Princeps habet reſtitutionem aduerſus ſuum contractum *Ceuall. remiſſiue comm. contr. comm. q. 852.*

462 Centeſimo ſexto † Princeps mandat quod quis non audiatur per Magiſtratus ſuos in aliquo caſu, & moderat ſuorum officialium iuriſdictionem, *Rim. iun. conſ. 54. nu. 14. & conſ. 72. num. 132. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps de numero Magiſtratuum eſſe dicitur.*

2 *Princeps non niſi in grauioribus negotijs adiri debet, & num. 4. & ibi de ratione lim. num. 5.*

3 *Romulus Rex Romanorum maiores tantum cauſas audiebat.*

6 *Princeps ad minus per binas vices qualibet hebdommoda audientiam publicam populis perſonaliter præſtare tenetur.*

7 *Principes, ac Reges multi perſonaliter audientiam, & iuſtitiam ſubditis adminiſtrauerunt, & nu. 13. cum pluribus ſeqq.*

8 *Princeps, ac Duces populorum Iudices eſſe debent, ac quales illis ſe demōſtrare deberent.*

Magiſtratus omnes qualiter in iuſtitia adminiſtranda ciuibus ſe præbere tenentur, ſub nu. 8.

9 *Ciuium fortunæ omnes & capita ipſis Principibus, & Magiſtratibus commiſſa eſſe videntur.*

Principes, & Magiſtratus cauſas viduarum, & pupillorum, ac miſerabilium perſonarum præ cæteris audire, ac fouere tenentur, ſub nume. 7. 8.

&

& 9. cum ſequentib.

12 *Princeps ſemel in hebdogmata in expeditione cauſarum pauperum ſe ingerere debet.*

14 *Samuel populum Iſraeliticum cunctis diebus vita ſua iudicauit.*

17 *Mydas Phrygia Rex Sellam Regiam in qua indicabat, in Templo Delphico ſacrauit.*

19 *Rex Moſtincorum ſi in ius reddendo malè iudicabat, ipſe pœnas luebat.*

20 *Rex quidam Indorum etiam cum capillos pectebat iuſtitiam adminiſtrabat.*

22 *Auguſtus Cæſar nō ſolū in nocte & in lecto infirmus, ſed etiam lectica ductus ad ius dicendum ſe exponebat.*

23 *Claudius Imperator tam iuridicūdo aſſiduus erat, vt etiam ſuis faſtiuis diebus ius dicere non recuſabat.*

24 *Iulius Cæſar propter iuſtitiam reddendam laboribus non parcebat.*

Traianus Imperator adeò iudicio tentus erat, vt magno ſtudio Belli nūquam à iudicando fuerit impeditus, ſub nu. 24.

25 *Adrianus Præfectus etiā in prandio audientiam cunctis negotijs tribuebat.*

27 *Mitridates Ponti Rex viginti duarum linguarū idiomate varijs populis ius vnicuique reddebat.*

28 *Philippus Macedo in itinere ius reddebat.*

29 *Demetrius quia ſupplicibus iuſtitiam denegando eorum libellos in aquam demerſit, Regnū ammiſiſſe refertur.*

30 *Adrianus Imperator mulierem ius petētem audire nolens, ab ea reprehenſus fuiſſe dicitur.*

32 *Principum & Regum munus peculiare quod ſit.*

33 *Princeps ſola facti veritate inſpecta procedit.*

34 *Romani aulas iudiciorum noctu diuque apertas detinebant.*

35 *Conſuetudo exercendi iudicia in portis Ciuitatum, qua de cauſa fuit introducta.*

36 *Principis aula non ſolum conſiliarijs, & officialibus, ſed etiam omnibus parere debet propter iuſtitiam adminiſtrandam, vbi de ratione, & nume. 37. & 38.*

37 *Princeps ſi difficilem ad audiendum ſe præbeat, famulorum, & priuatorum extorſiones ſequuntur.*

39 *Deus non habet acceptionem perſonarum.*

40 *Prorex quibus diebus in hebdogmada audientiam ſingulis tribuendo in negotijs publicis occupatus permanere tenetur.*

41 *Officiales omnes iuſtitiam miniſtrantes ſemper, & omni tempore domorum portas & aulas apertas tenere debent.*

ARGVMENTVM.

De Audientia Principum.

CAPVT V.

DICTVM eſt in
præcedenti *Cap.* de
Iudicijs Principū,
quę non iudiciario
ordine ad inſtar
Magiſtratuum, (li
1 cèt, † & ipſe de Ma-
giſtratuum numero nuncupetur,) ſed
extra ordinem procedunt, nūc videndum an Reipublicæ, eiuſque optimo
regimini conueniat, vt Princeps perſonaliter iudicia hęc vel ſimilia ſubditos audiendo exercere habeat, an verò
ea iudicibus, & Magiſtratibus expedienda commictere. Nō eſt dubium,
2 quòd non niſi † in grauioribus negotijs Princeps adiri debeat, ex præcepto diuinæ ſcripturæ *in exod. cap.* 18.
ibi, *qui iudicent populum omni tempore, quidquid autem maius fuerit referant ad te, & ipſi minora tantummodo indi-*

3 *cent*,& de Romulo teſtatur *Dioniſius Halicarnaſſ. lib.*2. idqueex quadam lege Regia conſtitutum eſſe comprobat *Simanc. de Republ. libr.*8. *cap.* 34.
4 ſiquidem † de rebus præcipuis, maximiſque,non de quibuſcunque viliſſimis Principis debet interpellari conſilium,cum maioribus occupatus ſtare debeat,ne in minimis ſe ingerẽdo, grauia, & magis Reipublicæ neceſſaria deſerere oporteat,niſi† iuridica ſẽ-
5 tentia decidi nõ poſſint, vel de eximia perſona ageretur,de qua Magiſtratus pronuntiare nequirent; hæc tamen, & ſi vera ſint,ad populi tamen conſo-
6 lationem † tenetur Princeps adminus per binas vices qualibet hæbdogmoda, (prout in Regno, & alijs pluribus Catholici Regis noſtri ſeruati videmus,)audientiam publicam perſona-
7 liter detinere,vt de † Claudio Imperatore, Carolo Magno, & alijs ſcripſerunt Suetonius Tranquillus,& cæteri hiſtoriarum relatores, eo maximè ad audiendas miſerabilium perſonarum neceſſitatẽs,& ab impijs, & potentioribus oppreſſarum, ad *text. in l.* 1. *C. quand. inter pupill. & vid.* & docuit *D. Auguſtinus* ſcribens ad fratres in
8 Eremo, *ſermon.*35. quòd † Duces populi iudices eſſe debent,orphanorum patres, viduarum mariti, iuſtitiæ zelatores,& Reipublicæ amatores, quæ quidem omnia cũctis Magiſtratibus ineſſe debent, ſed vrbium præfectis
9 multò profectò magis, quia † eorum fidei ciuium fortunæ omnes committuntur,& capita. *Et Eccleſiaſt. cap.*35. inquit. *Non deſpiciet Dominus viduã, ſi effundat loquelam gemitus, non ne lagrima vidua ad maxillam deſcẽdunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas, à maxilla enim aſcendunt vſque ad celum, & Dominus exauditor delectabi-*
10 *tur illis*; tueatur † ergo viduas Princeps,& Magiſtratus, & rem Deo gratiſſimam faciet,vt dixit *Simanc. de Re-*
11 *public. lib.*8. *cap.*29. idemque † de pupillis dicendum eſſe ſubdit *capit.* 30. iuxta illud. *Dominus deprecationem leſi axandict, non deſpectet praces pupilli, nec viduam*, & apud *Iſaiam, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus.* de quo eſt *text. in dict. l.* 1. *C. quand. inter pupill. & vid. & l.* 3. *ff. qui pet. tut. vel curat.* niſi audire velint verba *Hierem. cap.*5. *cauſam vidua non iudicauerunt, cauſam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudi-*
12 *cauerunt*, vnde † per literas Regias datas Madrid die 8. Aprilis 1591. expreſsè mandatur Proregi,& alijs Magiſtratib⁹, vt in vnica die ſingulę hebdommodæ in expeditione cauſarum pauperum,eorumq. aduocati audian-
13 tur. Nec dedignati ſunt multi † Reges iurgia, cõtentioneſque per ſemetipſos
14 diſſoluere, vt de † Samuele,qui populum Iſraeliticum cunctis diebus vitæ ſuæ iudicauit 1. *Regum cap.*7. idem
15 † de Perſarum Regibus, qui quamuis delitijs addicti,tamen ius in aureo ſolio,& Throno purpura ornato dicebãt adſtantibus qui in haſtis mala aurea deferrent, quemadmodum, & hodie iudicibus adſtant cum haſtis, ſeu baculis portetij,& pariter de Alexandro
16 † Magno,& † Gelone Syracuſanorum
17 Rege teſtatur *Atheneus lib.* 12. *cap.* 3. & 15. *Dipnoſophiſton.* Iudicauit Mijdas Phrigiæ Rex Gordij filius, qui & ſellam Regiam, in qua ius ſolitus erat dicere, in templo delphico ſacrauit,
18 iuxta *Herod. in* 1. Iadicauit † Iulius Cęſar, de quo per *Appianu. Alexand.*
19 *lib.* 1. *bell. ciuil.* Et apud † *Moſtineos*, perpetuo Rex iura poſcenti cuicumq. reddebat, ſed maiori cum ſeueritate, quòd,& ipſe pænas lueret, ſi malè iudicaſſet,vt ſcribit *Apollon. Rhodi. lib.*2.
20 *Argonau. verſic.*528. Et † de Regibus Indorum ita refert *Quint. Curt. Etiam in tanta, quam habent, munificentia, ſeu luxu.*

Digitized by Google

luxuria, Regiam omnibus patere, et cum
Rex capillum pectebat, & ornabat, tunc
reſponſa legationibus, & iura populari-
21 *bus reddidiſſe.* Sic † priſcos Romano-
rum Reges Romulum, & Hoſtilium
ius populo reddidiſſe conſtat, ex *Plu-*
22 *tarco*, Auguſtum † Cæſarem ius ſępius
dixiſſe, & in nocte nonnnumquam ſi
parum corpore valeret lectica ꝓ Tri-
bunali collocata, vel etiam domi cu-
bans, & non modo diligenria, ſed &
lenitate sũma teſtaẽ *Suetonius.* Clau-
23 dius † Imperator iuridicundo tam aſ-
ſiduus legitur, vt ſuis ſuorumque ſol-
lemnibus diebus, arque adeò ſęſtis, &
religioſis non abhorruerit iuriſdictio-
nẽ. Laborioſiſſimè, & ſeueriſſimè ius
24 dixiſſe Iulium † Cęſarem *Tranquillus*
Author eſt. Er *Dion* de Traiano air,
quòd ciuilibus adeò negotijs erat in-
tentus, vt ſtudio pugnæ nũquã a iudi-
cãdo fuerit reuocatus; de cuius excel-
lentia in adminiſtratione iuſtiriæ plu-
ra dixit *Bonadill. lib. 2. polit. c. 2. nu. 84.*
Redin. de maieſt. Princ. ver. vt vtrũque
25 *tẽpus n. 19. Idemq.* de † Adriano præfe-
cto referr, ꝙ aſſiduè ius cũ primatibus
ciuibus dicebat, aliquãdo in Palatio,
non nũquam in prandio, interdum, &
quidẽ ſępius ex Tribunali. Sic de Gal-
26 ba † Domitiano, & Marco Antonino
Philoſopho, locupletes extant reſtes
27 *Dion Spartianus, & Capitolinus.* Et † de
Mitridate Ponti Rege ferunt, vt ore
proprio, nulloq. interprete cauſis co-
gnoſcendis præeſſe valuiſſet, duatũ &
viginri gentiũ, quibus dominabatur
linguã didiciſſe. *Hiſtoricis* quoq. mo-
28 numẽtis relatũ eſt, Filippũ † Macedo-
nẽ in itinere alioq. feſtinantẽ aniculã
cõpellaſſe, cũque ei vagandũ negaſſet,
audacter ab eadẽ exprobatũ, noli igiẽ
regnare, innuẽs, legitimũ Regẽ haud
dicendũ, qui munus iudicãdi refugiſ-
ſet, admiſit eã Filippus, iuſq. ei reddi-
dit, quo facto amorẽ Macedonũ grã-
29 dẽ ſibi cõciliauit. At † Demetrius eiuſ-
dẽ Imperij moderator ꝓ proteruiam
ſupplicibus illudens Regnũ ammiſit,
fertur enim, cũ libellos adeuntiũ beni-
gnè in via quaſi lecturus, & cogniru-
rus reciperet, cũ ad Pontẽ Axij flumi-
nis veniſſet, excuſſo clamidis ſinu, oẽs
in ſubiectã aquã dimiſiſſe, quod ægrè
ferentes Macedones, qui talẽ Filippũ
nõ audierãt, ſpreto Demetrio iuſticiæ
deſertore, ad Pirrũ tranſierunt. Idipsũ
30 de † Adriano refert *Dion Caſſius*, ꝗ cũ
illũ mulier rogaſſet, vt ſe audiret, & il-
le reſpõdiſſet, mihi otiũ nõ eſt, illa de-
inde clamans, ait, noli ergo imperare.
De ſeuero quoq. Imperatore, Romæ
haud paucos cõmoratus annos ius di
cebat frequẽter, ciuilibus negotijs, &
liberis erudiendis intẽtus, accuſatos à
Prouincialibus Iudices ꝓbatis rebus
31 grauiter puniuit. Idẽ † de Theodoſio
Imperatore, Carolo Magno, Veſpaſia
no, alijſque quãpluribus, adnotarunt
Greg. Lopez. in l. 29. tit. 9. p. 2. ver. algu-
nas veces, Tiraq. de nobil. c. 28. n. 17. &
ſeq. Greg. Tholoſ. lib. 6. de Republ. cap.
6. n. 7. cũ ſeqq. Didac. Perez. in l. 1. tit.
1. lib. 2. ordin. col. 324. verſ. de nos aſſẽ-
tar à iuyzio cũ ſeqq. Bouad. lib. 3. polit. c.
14. n. 5. & ſeq. Caſſa. in cath. glor. mũd.
5. p. cõſid. 5. verſ. ex hac iuſtitia, Hered.
de iudicib. q. 1. Iacob. Mier. lib. 17. annal.
Iuſtus Lypſ. de Republ. lib. 2. c. 11. pecu-
32 liare † igitur Regũ munus iudicia pro-
ferre, ſubiectorũ cõmoda inueſtigare,
eorũq. neceſſitatibus occurrere *ad tex.*
in c. 1. de off. ord. Theſ. in prob. dec. n. 12.
33 idq. Reipublicæ neceſſariũ, uã † coram
Principe, ſola facti veritate inſpecta,
proceditur, cauſęq. breuiores reddunẽ
ad effugiendas impiorũ calumnias, vt
dixi *ſup. c. 4.* alijſq. ex cauſis, quę Prin-
cipis præſentiam expoſtulãt, & prop-
34 terea † apud Romanos, aulas iudicio-
rũ noctu diuquè apertas detineri rece-
ptũ erar vt refert *Plutarcus in Problem.*
35 eoq. arbitror † ad inuentam cõſuetu-
dinẽ exercendi iudicia in portis Ciui-

tatũ vt infra ſtarim dicturus ſum, hoc
eſt aditũ ad Iudices nulli debere eſſe
recluſum, ſed omnibus patentem, ne-
quis inauditus cõdẽnet; ſicut de aula
36 †Principis dicitur, quæ pariter omni-
bus ſemper patere debeat ſuiq. copiã
libẽter faciat *ad tex. in l. vnica cũ gl. C.*
de publica. letit. lib. 12. Capibl. in prob. de
auth. Baro. n. 65. quæ optima in Prin-
cipe iuſtitiæ pars eſt, vt dixit *Gaſpar*
Theſſaur. in addict. ad prob. dec. Antonij
genitoris, *nu.* 24 & notanter tradit *D.*
Ambroſius de offic. 2. ibi, (*licèt ſit Prin-*
ceps inſtructus ad iuſtitia opem, ſi diffi-
cilem tamẽ acceſſum faciat, erit tanquã
ſi fons aqua praecludatur: quid. n. prodeſt
habere ſapientiã, & iuſtitiã, ſi aditũ ad
iuſtitiã negas: ſi conſulendi, & iudicãdi
poteſtatẽ intercludas, clauſiſti fontẽ, vt
37 *nec alijs influas, nec tibi proſit*) eoq. †in-
ſurgunt famulorũ, & priuatorũ extor-
ſiones, ſi Prĩceps difficilẽ ſe reddat ad
audiendũ, vt ex quadã Conſtãtini *lege*
in Codice Theodoſiano lib. 1. tit. 6. ait *Bo-*
nad. d. c. 14. n. 83. vbi *non ſit venale iu-*
dicis verbũ, non ingreſſus redẽpti, nõ vi-
ſio ipſa praſidis cũ pratio, aqua aures iu-
dicantis pauperrimis, ac diuitibus refe-
38 *rantur*, licèt† de iure non niſi conſilia-
rijs, patricijs, & ſenatoribus ingreſſus
ad Principẽ patere debeat *ad tex. in l.*
quiſquis. ff. ad l. Iul. maieſt. l. fi. C. de cõ-
ſul. lib. 12. & alij, de quibus ꝑ *Reſtaur.*
in tract. de imperat. q. 83. n. 2. attamen
pro iuſtitia expediẽda præceptũ Moi-
ſis habemus *in Deuteron. c. 1. qđ iuſtũ*
eſt iudicate ſiue ciuis ſit ille, ſiue pere-
grinus, nulla diſtãtia erit perſonarũ, ita
paruũ audietis ſicut magnũ, neq. accipie-
tis cuiuſq. perſonã, quia Dei iudiciũ eſt,
& in Sapiẽt. c. 6. ibi, *aqualiter eſt illi cu-*
39 *ra de oĩbus, nã† apud Deũ nõ eſt acceptio*
perſonarũ, & sãctus Baſilius Homil. 6. ĩ
exam. ait, *aquali ſẽper interuallo cũctis*
hominibus ipſe quoq. tractus telluris ha-
bitẽt, obuiũ ſe offert, & Beda to. 4. ĩ pro-
uerb. c. 11. declarãs verba illa, *ſtatera do-*
loſa abominatio eſt apud Deũ, & pondus
aquũ voluntas eius, ſubiũgit, *q. n. aliter*
causã paupis, aliter causã potẽtis, aliter
ſodalis, aliter audit ignoti, ſtatera vtiq.
librat iniqua, & Ioſaphat 2. *Paral. 19.*
verſ. 6. videte qđ faciatis, nõ. n. hominũ
exercetis iudiciũ, ſed domini, et qđcumq.
40 *iudicaueritis, ĩ vos redũdabit*, & † ob id
nõ ſine cã in Regno ꝑ *cõſti. prag. tit. 1.*
§. 1. & ſeq. p. 1. ſtatuti sũt dies, quibus
Prorex Illuſtriſs. ĩ negotijs publicis oc-
cupatus ꝑmanere debeat; vz in dieb⁹
feſtiuis anreq̃ admiſsã ſe conferat, au-
diũt religioſi, Aduocati pauperũ, Ho-
ſpitalarij, ſuperiores, & Rectores Mo-
naſteriorũ, aliorumq. piorũ locorum.
In die Lunæ, de mane audiuntur ge-
neralis Regi⁹ Theſaurarius, Magiſter
Portulanus, Caſtellanus Panormi,
Præfectus generalis Bõbardorũ, Ve-
diror generalis, Secretus Panormi; &
ſi Curia fortè Meſſanę degeret, audiũ-
tur Caſtellanus S. Saluatoris, & Se-
cretus illius Vrbis. Die Martis, de ma-
ne audiũtur Referendarij, & Audito-
res gentis bellicę; poſt pranſum vero
audiunĩ cauſę Fiſcales, inde Conciliũ
Magnæ Curiæ ſedis ciuilis. Die Mer-
curij, de mane detinetur audiẽtia pu-
blica, & pariter ſecreta in Camera; ſed
poſt prandiũ audiuntur Reuerendiſ-
ſimus Iudex Regiæ Monarchiæ, Cõ-
ſiſtorium Sacræ Regiæ Conſcientiæ,
& Tribunal Regij Parrimonij. Die
Iouis, de mane audiũtur Illuſtres Re-
gni Deputati, & reſiduũ diei reſeruaĩ
pro expeditione negotiorum per Re-
gnum. Die Veneris, de mane detine-
tur audientia priuata in Camera, &
audientia publica, poſt prandium au-
ditur Cõſiliũ Magnæ Curiæ ſedis cri-
minalis, & referenda viſitationis car-
cerũ. Die Sabbati, de mane audiunĩ
iterũ Referendarij, & Auditores gẽtis
bellicę, nec non & detinetur audientia
priuata; poſt prandiũ auditĩ iterũ Re-
uerẽdiſſimus Iudex Regię Monarchię,

Con-

Conſiliũ Patrimoniale,& iudices Curiæ Capitanialis Panormi,& ſi Curia fortè Meſſanę degerit, Illuſtris Straticotus,& eius iudices. Eiſdẽmet diebus ſi periculũ eſſet in mora audiũtur omnes ĩ qualibet hora, qui eam peterent, ſicut & prouiſum eſt in Aduocatis, & Procuratoribus Fiſcalibus M. R.C. Patrimonij, & eodẽ modo omnes Pręſides, & Conſiliarij audiuntur in eademmet die, qua detinetur eorũ conſilium ante vel poſt, ſicuti melius expediet, ne negotia impediantur. Conſtitutiones quidem optimæ & bene à pluribus Proregibus ſeruatæ.

41 De † audientijs verò, quæ detineri debent per cæteros Magiſtratus diximus ſupra *lib.2.c.2.num.65.*& vt vno me expediam verbo, eorum domus, & aulę ſemper apertę detineri debent, vt latiſſimè *per Bonad.d.c.14.per totũ.*

SVMMARIVM.

1 *Carcerati Principem adire, ſine eius licentia prohibentur.*

2 *Prorex ter, vel bis in anno viſitationẽ generalẽ carceratorũ in carceribus facere dẽt, & n.8.et 19. & de rõne n.7.*

3 *Carceratorum viſitatio per Magiſtratus ordinarios ſingulis hebdogmadis fieri debet maxime de perſonis miſerabilibus, & pauperibus, & de ratione nu. 7. ampl. nu.19.*

4 *Pauperes & perſonæ miſerabiles carcerati poſſunt dici propriè & verè carceribus mancipati.*

5 *Cauſa pauperum & miſerabilium carceratorum celeritatẽ requirunt maximè ſi leuia ſint delicta, & nu.6.*

8 *Viſita generalis forma & obſeruantia à Prorege facienda, quæ ſit, cum nu. ſeqq. vſq; ad finem.*

10 *Sententiæ Capitales, & ad mortem in Viſita generali non publicantur, ſed poſt paucos dies.*

11 *Carcerati ad inſtantiã Baronũ, & aliorũ Priuilegiatorum ſi tempore viſitæ generalis adhuc in carceribus reperiantur, ſit illis præceptum ſub pœna auocationis cauſarum, vt ille infra certum terminum expediantur.*

13 *Pauperum Aduocatus, Procurator, & ſollicitator quid in viſita carceratorum curare debent, & num.15.16. & 20. cum ſeqq.*

13 *Prorex in viſita generali aliquos pauperes in illo momento excarcerando de propria pecunia pro illis iura debita aliquando perſoluit.*

14 *Pauperes excarcerandi an iura excarcerationis ſoluere teneantur.*

15 *Terminus ad migrandũ eſt arbitrarius.*

16 *Fideiuſſio ſi non poteſt præſtari, ab excarcerandis ſtante inhabilitate debẽt ſub iniunctione, vel ſub homagio excarcerari, & nu.17.*

18 *Homagij pœna quæ ſit.*

20 *Debitores pauperes carcerati, an ſint excarcerandi ſi creditores illis alimenta non præſtent.*

22 *Carcerarij non debent cogere carceratos ad emendum victualia in carceribus aliaque grauamina imponere.*

23 *Commiſſarij, & Algozirij cæteriq; miniſtri debent interuenire in viſita generali, & de ratione nu.24.*

ARGVMENTVM.

De Viſitatione Carcerum, & Carceratorum.

CAPVT VI.

1 SVNT † & alij, qui Principẽ adire prohibentᷓ, hoc eſt oẽs illi, qui carcerib' mãcipati reperiuntᷓ, idq; nõ ſine expreſſa eiuſdẽ licentia, vt optimè cautũ eſt in Regno per Regiã *Pragmaticã*, & ob id cõſueuit fieri prouiſio, qñ huiuſmodi licẽtia expoſcitur, quòd veniant tutè; ſed qa nõ ab omnibus decretum prædictum obtineri valet, pro expeditione neceſſaria in dictis cauſis, in quibus vere oſten-

oſtenditur ſuprema Principis iuriſdi-
ctio, vt dixit *Oroſc. in l. Imperium, nu-
me.29. ff. de iuriſd. omn. iud.* receptum
2 eſt, vt † Princeps ipſe per tres vices,
vel adminus bis quolibet anno viſi-
tationem generalem faciat in eiſdem
carceribus, de carceratis omnibus, eo-
3 rumque cauſis, licet † hoc per Magi-
ſtratus ordinarios ĩ qualibet hebdog-
mada fieri debeat, tum ex diſpoſitio-
ne iuris communis, ad tex. *in l. fin. C.
de cuſtod. reor.* quàm etiam ex *inſtru-
ctionibus, & ordinationibus* iudicum
Magnæ R.C. cauſarum criminalium,
vt in *tom. 2. pragm.* maximè de miſe-
rabilibus perſonis, & pauperibus, pro-
4 ut † verè & propriè dicuntur carceri-
bus mancipati, vt dixit *Bald. ĩ tracta.
de carcerib. in princ. num. 2. & eſt tex.
expreſſus in l. ſi quis ad declinandam,
§. quis enim, C. de epiſco. & cler. Didac.
Perez. in l. 1. titu. 1. lib. 3. ordin. colum.*
730. *verſ. item carcerat.* & ſecundum
*D. Iſidorum in c. pauper. 10. q. 3. & D.
Auguſtinum ad fratres in eremo ſermo.*
65. quia non habent quid offerant in
iudicio, non ſolum audiri contem-
nuntur, verum etiam contra veritatẽ
5 opprimuntur; † quorum quidem cau
ſæ celeritatem requirunt, iuxta text.
in d. l. fi. ibi, *de ijs, quos tenet carcer in-
cluſos, id aperta diffinitione ſancimus,
vt aut conuictos, velox pœna ſubducat,
aut liberandos cuſtodia diuturna non
maceret*, eo magis ſi leuia ſint crimi-
na, pro quibus reus in carceribus de-
tineretur, iuxta tex. *in l. leuia, ff. de
6 accuſat.* ibi, *Leuia † crimina audire, &
diſcutere de plano Proconſulem oportet,
& vel liberare eos, quibus obijciũtur, uel
fuſtibus caſtigare*, quæ quidem cauſæ
non niſi in carceribus fieri debent, vt
dixit *Auil. in capit. Prætor. 35. ver. fa-
gan fol. mihi* 242. idq; ſumma diſcuſ-
ſione, & diligentia iuxta illud *in Ge-
neſ. 14. cap. Deus omnipotens, 2. q. 3. de-
ſcendã, & videbo vtrum clamorem, qui
venit ad me opere compleuerit, an non
eſt, ita vt ſciam, Bald. in l. 1. in 2. lect. ff.
7 de offic. Conſul.* nec † minus neceſſaria
eſt carceratorum viſitatio ob earum-
dem expeditionem, quàm etiam, vt
eorum neceſſitatibus, alijſque carcerũ
incommodis benignè ſuccurratur, ad
tex. *in l. iudices, C. de epiſcop. audient.
Bald. in l. illicitas, §. ne potentiores, in
fine, ff. de offic. Præſid. Rip. poſt alios ĩ
l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn.
infect. Auendag. de exequ. mand. Prin-
cip. lib. 1. cap. 19. num. 8. Do. de Pont. in
tract. de poteſta. Proreg. titu. de diuerſ.
promiſ. §. de don. & expenſ. n.* 10. & pro-
8 pterea in Regno † per tres vices quo-
libet anno Prorex in Regno ad Pala-
tiũ, vbi carceres reperiuntẽ ſe cõferre cõ
ſueuit, hoc eſt ĩ diebus natalitijs, Pa-
ſchalibus, & in vigilia feſtiuitatis Sã-
ctiſſimę Aſsũptionis B. Mariæ Virgi-
nis, cũ interuẽtu oĩum de conſilio M.
C. cauſarũ criminaliũ, & ciuiliũ, fiſci
Patroni Regij Patrimonij, & Audito-
rũ gentis bellicę, Procuratorũ, & Solli
citatorũ Fiſcaliũ dictorũ Tribunaliũ,
Aduocati, Procuratoris, & Sollicita-
toris pauperũ, Magiſtri Notarij M.R.
C. ſeu eius ſubſtituti, ibiq; cũ debito
ſilentio vt latè dixit *Bouad. lib. 3. polit.
c. 14 n. 14. & 16.* ſingulorũ carceratorũ
cauſæ eidem Excellentiſs. Proregi in
eminenti ſolio ſedenti per iudices di-
ctæ M.R.C. referuntur incipiendo à
9 cauſis criminalibus, iuxta ordinem
temporis ipſorũ carceratorũ, qui ſin-
guli vocantur à procuratore pauperũ,
exprimẽdo cauſas eorum carceratio-
nis, à quo fuerũt carcerati, & tempus
carcerationis. Inde facta eiuſdẽ cauſæ
relatione cum voto eiuſdem Tribu-
nalis publicatur ſententia abſoluto-
ria, vel condemnatoria coram ipſo
10 Reo, niſi † eſſet ſententia capitalis,
quæ non niſi elapſis dictis diebus fe-
ſtiuis publicatur. Deinde relatis, &
votatis cauſis criminalibus, referũtur
per

Digitized by Google

per Iudices Magnæ Regiæ Cur. cau-
ſarum ciuilium; eodemmet ordine
cauſæ omnes carceratorum, qui pro
ciuilibus rebus detinentur. Poſtmo-
dum omnes cauſæ carceratorum Tri-
bunalis Regij Patrimonij, quæ à Fiſci
Patrono eiuſdem cōſilij iuxta votum
totius Tribunalis per aliquos dies an-
tea cōcluſum referūtur. Demum cau-
ſæ carceratorum gētis bellicæ, de qui-
bus fit per eorum Auditores relatio
cum eorum votis, & ſic facta dictorū
Tribunalium Viſitatione, (vt ſupra-
dictum eſt) veniunt cæteri carcerati
aliorum Magiſtratuum habentium
particularem iuriſdictionem in dictis
cauſis, vt ſūt vaſſali Baronum, & alij,
de quibuſcumque fotis, qui fortè in
eiſdem carceribus reperiātur, quibus
11 † cognitis fit mādatum per eumdem
Excellentiſs. Proregem cū voto eiuſ-
dem Magnæ Curię, quòd eorum cau-
ſæ infra certum terminum expedian-
tur per dictos Barones, & alios iudi-
ces ſub pena auocationis ad Regios
Magiſtratus ad notat. p *Vinc. de Ann. in ſingul.* 269. & diximus *in dec.* 147.
num. 21. *& ſeq. & alibi inferius lib.* 4.
dicemus. Facta igitur relatione, & vo-
tis cauſis, non nulla remanent, quæ p
exequutione decretorum factorū ne-
12 ceſſaria ſunt, & ob id † Aduocatus,
procurator, & ſollicitator pauperum,
quibus in Regno à Catholico Rege
noſtro pręſtatur ſalarium ordinarium
adnot. *per Bald. in l. ſi furioſi verb. no-
ta quod aduocati C. de nupt.* curare de-
bent, vt pauperum (maximè à loco
exterorum) decreta liberatoria ſtatim
exequutioni mandentur, nam ex quo
neminem habent, poſſent eorum pro-
13 uiſiones de facili dilatari, hinc † tem-
pore regiminis Illuſtriſſimorum Mar-
chionis Viglienæ, & Ducis Oſſunæ,
quo ego in huiuſmodi viſitationibus,
vti vnus de conſilio Magnæ Curiæ
cauſarum criminalium interueni, plu-
ries vidi carceratos omnes, qui abſo-
lutorium decretum obtinebant, in eo-
dem momento ab eiſdem carceribus
eximi, iuraque, commentarienſi, ſeu
carcerum cuſtodi, alijſque miniſtris
fortè competētia, per eoſdēmet Prin-
cipes de propria pecunia ſolui, opus
quidem ſātiſſimum, & inter alias pias
cauſas ſumma cum ratione cōnume-
ratum, vt dixit *Tiraquell. de cauſa
pia in præfat. verſic. item relictum, per
gloſ. in cap. ſacrorum, 17. quæſt. 2.* Idem-
que ſeruari in Regnis Hiſpaniarum
refert *Bonadill. lib. 3. politic. cap. 15. nu.*
14 108. licèt † nō omittam quòd paupe-
res ab huiuſmodi iuriū ſolutione ſint
immunes, ſecundum *gloſſ. in l. 1. §. ait
prætor, verb. non habebunt ff. de poſtul.
Auiles. in cap. 7. prætor. gloſ. 1. Bonadill.
poſt alios d. lib. 3. cap. 14. num. 18. Cer-
dan. de carcerib. cap. 7. num. 15. & 22.*
quod tamen in Regno ſeruatur, quo-
tieſcunque conſtito de paupertate fit
actus, quòd omnia fiant gratis. Item
15 † curare debet, quòd relegatis, & in
exilium miſſis cōcedatur terminus ad
migrandum, qui eſt menſis vnius, ali-
quando plus vel minus, arbitrio iudi-
cis ad notat. *per Doct.* & præcipe *Pur-
pur. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandat.
eſt iuriſdictio nu.* 516. *&* 517. & datur
eo quia à parentibus ſeparantur inuiti
*ad text. in l. poſſeſſionum ff. commun.
diuidun. D. Mut. ſuper Cap. Regn. Ia-
cob.* 39. *nume.* 177. & quòd in eadem-
met die p Magiſtrum Notatium, ſeu
eius ſubſtitutum notetur in actis. Itē
16 † & pariter obtinere mandatū a Prin-
cipe, quòd ſtante inhabilitate præſtā-
di, exequatur prouiſio ſub iniunctio-
ne, ad notat. per *Farinac. in titul. de
carcerib. & carcerat. quæſt. 33. num. 43.
cum ſeqq. Graſſ. de except. 32. except.
nu.* 162. & ita ſeruatur in Magna Cu-
ria, prout etiam fit † in carceratis pro
cauſis ciuilibus, qui ſi non habeant fi-
deiuſſiones, relaxantur ſub homagio,
quæ

18 † quę eſt pęna triremium per trienniũ,
maximè ſi eſſemus ĩ diebus natalicijs,
19 & paſchalibus, vbi † ne dum Princi-
pes, verũ & Magiſtratus omnes proni
eſſe debent ad excarcerandum, niſi ali
ter cauſæ grauitas ſuaderet, ad text.
in l.3. C. de epiſcop. audient. ibi *vbi pri-
mus dies Paſchalis extiterit, nullum
teneat carcer incluſum, omnium vincu-
la diſſoluantur, Boſſ. ĩ titu. de carcerat.
fideiuſſ. committ. num. 27. Clar. ĩ §. fin.
quaſt. 46. verſ. ſolent etiam,* refert, &
ſequitur *Menoch. de arbitr. caſu* 393.
num. 38. *& Farinac. d. q.* 33. *num.* 77.
20 Item † curare debent vt pauperes car-
cerati pro ciuilibus cauſis, quibus ali-
menta per creditores non præſtantur
debeant excarcerari, vt tradit *D. Tap.
ĩ tit. de ceſſio. bonor. pragm. 3. ſub num.
3. verſic. ſolent tamen*. Item pariter
21 † obtinere, vt per Principem & Magi-
ſtratus fiat aliqua condemnatio pe-
cuniaria, applicanda pro cauſis præ-
dictis, & alijs carceratorum neceſſita-
tibus, *ad tex. ĩ d. l. iudices, C. de epiſc.
audiẽt. & Honorius lib. 9. Codicis Theo-
doſiani,* ait, *ad iudices, victualem ſub-
ſtantiam non habentibus faciant mini-
ſtrari libellis duobus, aut tribus diurnis,
vel quod exiſtimauerint commentarien-
ſis decretis, quorum ſumptibus proficiãt
alimonia pauperum, Puteus ĩ tracta. de
ſindicat. in verb. carcer, & carcerarius,
c. 4. num.* 2. & poſt multa exempla
ſanctorum Patruum, tradit *Bouad. in
d. c. 15. num. 63. Auil. in cap. 18. Prat.
gloſ. qual. nume. 4. Mexia de tax. pan.
concl. 1. num. 8. & 9.* Poſtremo cura-
22 re † debent, vt Principi eiuſq; Magi-
ſtratui denũtientur extorſiones, com-
poſitiones, aliaque grauamina, quæ
per cuſtodes carcerum, alioſq; mini-
ſtros pauperibus carceratis inferri ſo-
lent, *ad tex. ĩ l. 1. ff. de cuſtod. reor. &
l. fi. C. de erog. milit. ann. lib. 12. c. cha-
ritas, in fi. 12. q. 2. Bald. in l. fin. ff. de
iuſtit. & iur. Puteus de ſindicat. ĩ verb.
crudelitas, num. 6. Azeued. poſt alios in
l. 9. titu. 23. lib. 4. recopil. Tallad. de car
cer. c. 15. num. 2. ad finem.* Et huc perti-
net, quod Catholicus Rex noſter Phi
lippus II. per *literas* datas Madrid.
ſub die vltimo Martij 1591. expreſsè
mandauit prout infra. Los Caſtella-
nos y Carçereros de las carçeres deſſe
Reino ſe tiene entendido quæ azen
à los preſos diuerſas oppreſſiones e
ſpecialmẽte forçandolos a quæ com-
pren de la taberna, que tienen en los
Caſtillos vino, pan, y otras coſas,
vendiendolo todo à caros pretios y
ſin poſtura, que de mas que ordina-
riamente es de mui vil condition la
prouiſion que azen, y proiben que
no ſe traga nada de fuera para ſalir
por eſſa via meyor con ſu intento, y
porque no ſe deue permittir que ſe-
meyante vexation paſſe adelante, ſi-
no que cada vno tenga liberdad de
proueirſe de donde quiſiere y le eſtu-
biere byen, dareis la orden que con-
uenga para que los dicios Caſtella-
nos non puedan compeller à los pre-
ſos à que compren de ſu taberna los
mantinimientos que huuieren mene-
ſter, y que lo guarden inuiolabilmen-
te ſo pena que ſi lo contraueniere ſe
procurra en ello de remedio. Omit-
23 tendum tamen non eſt, quod † in vi-
ſitationibus, quæ fiunt tam coram
Principe, cum etiam coram Magiſtra-
tibus aſſiſtere debent omnes Com-
miſſarij, qui informationes forte rece-
perunt contra carceratos, Algozirij,
& Porterij tum vt rationem reddant
de captura forte per eos facta, quum
etiam pro exequendis decretis viſita-
24 tionis prædictæ, & eo magis † quia
(vt dicit *Valerius Maximus lib. 2. cap.
vlt.*) miniſterium apparitorum, &
faſtigium Tribunalium venerandum
exhibebit Magiſtratum, *Luc. de Penn.
in rub. de apparit. Praefect. vrb. lib.* 12.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Princeps poteſt concedere gratiam, et remiſſionem delictorum, & de ratione num. 5.

2 Princeps poteſt remittere pœnam tàm pecuniariam, quàm corporalem, & nume. 3.

4 Gratiam & remiſſionem delictorum omnes Regalia iura habentes concedere poſſunt.

6 Princeps etiam ex iuſta & rationabili cauſa quàm rariſſimè gratias delictorum facere debet, & num. 10. & 39. & de ratione num. 8. 9. 17. 32. & 43. vſque ad num. 53. quæ autem ſunt iuſtæ cauſæ, vide nu. 40.

7 Pœnæ remiſſio dicitur venia.

8 Pœnæ remiſſio, & facilitas veniæ delictorum incentiuum tribuit delinquēdi, ſicut è contra pœnæ impoſitio maleficia impedire videtur, & de ratione num. 9.

Delicta ſunt punienda & quare, ſub num. 8. 9. 14. 15. 16. & 18. cum pluribus ſeqq. & quaſi per totum.

10 Iudex non debet ita facilè, vel temerè pœnas legibus ſtatutas relaxare, ſeu commutare, aut componere.

11 Principis munus in regenda Republica quod ſit, & nu. 27.

12 Punire delinquentes non effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, nec inhumanitas, ſed humanitas eſſe dicitur, & num. 14.

13 Impunitas quot malorum eſt cauſa, & num. 14.

18 Pœnam remittens dicitur committere quartum peccatum.

19 Princeps ſi abſque rationabili cauſa pœnam remittit, mortaliſſimè peccat, ac reus eſt ipſorum delictorum, nec commutatio pœnæ, vel pax habita à parte eum excuſare videtur, & numer. 20.

21 Delinquentem eripiens è manibus officialium, vel illis gratiam procurans contra iuſtitiam facere videtur.

22 Mundus ex duobus luminibus gubernatur ex præmio ſcilicet & pœna, & num. 37.

23 Delicta vbi ſeuerè non caſtigantur bona ingenia corrumpuntur.

24 Pœna ſi non emendatur, delinquens ſaltem grauiora non committit.

25 Delinquenti an magis noceat abſolutio, quàm illi proſit ſepultura.

26 Pœnæ metu ad vitæ integritatem admonemur.

27 Miſericordia ſicut nulli hominū eſt claudenda, ita nulli peccato eſt impunitas relaxanda.

28 Reges, & Principes quare gladium portant.

29 Pœnæ ex tribus cauſis delinquentibus infringuntur.

30 Pœna magis propter futurum malum, quàm ratione præteriti delicti irrogatur.

31 Facta vt habeantur pro infectis fieri nō poteſt.

35 Diuitiæ, ac magnæ facultates ex paruis ſumptibus exhauriuntur, ſi illæ ſæpius expendantur.

37 Reſpublica illa beata dicitur, in qua metu pœnæ, & præmij beneficio populi ſecundum leges viuere ſtudent, & vide num. 22.

38 Membrum aliquod ſi corpori noceat, ne totum intereat, vtiq; ſecandum eſt.

41 Cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe.

42 Voluntas ſola Principis cauſa ſufficiens eſſe dicitur.

44 Gratia ſi cum iuſtitia fiat, greſſus Principis à Deo dirigentur.

46 Delictorum pœnæ cum venduntur, quæ mala ſequi videntur, & nu. 47.

48 Principis domus debet eſſe exēplar aliorum Magiſtratuum.

50 Princeps non debet domi retinere famulos gratias delictorum ab ipſo obtinētes mediante pecunia, licet illa ad eū non perueniat, & de rōne nu. 51. 52.

53 *Princeps ſi faciat gratiam, quæ de iure concedi poteſt, an poſſit aliquid accipere ab ipſis gratiatis, & nume. 54. cum ſeqq.*

Pecuniam accipiens qui tenetur gratis aliquid facere, an dicatur male facere, ſub num. 53.

54 *Gratia non dicitur ſi iuſtitia ſubeſt.*

56 *Princeps non ſolum facere non debet, quod non licet, ſed etiam quod non decet ſecundum honeſtatem.*

57 *Gratia alicui facta non poteſt amplius reuocari, & ibi de ratione.*

58 *Gratia Principis, licet adhuc nō ſit exequuta, tamen dicitur perfecta, & num. 59.*

59 *Gratia Principis non requirit ſcripturā niſi ad effectum maioris probationis, & num. 60.*

61 *Gratiarum vniuerſalium delictorum materiam, ſeu generalem remiſſionē, vide remiſſinè.*

ARGVMENTVM.

De Gratijs, & remiſsionibus delictorum.

CAP. VII.

AVCTORITAS
1 †faciendi gratiam, & delictorū remiſſionem, de Principi reſeruatis eſt, *ad tex. in l. relegati in fine*, ibi, *& nemo poteſt cōmeatū, remeatūue exuli dare, niſi Imperator ex aliqua cauſa, & in l. moris, §. ſed enim*, ibi, *verum referre ad Principem debet, vt ex autoritate eius pœna aut permutetur, aut liberentur, l. 1. in fine, ff. de quæſtion. l. ſi interueniente, ff. ad ſenatuſconſul. Turpill. l. reſcripta, in fine, C. de precib. imperat. offerend. cum ſimilib. Bald. in l. Imperium, in 1. lect. ff. de iuriſd. omn. iud. Bart. in l. non omnis, §. qui transfugit, ff. de re milit. Andr. in c. 1. verb. & bona committentium, num. 122. & ſeq. & nu. 155. Afflict. ibidem nume. 158. Iacob. de S. Georg. de feud. in verb. Princeps in 7. ſpecial. Boſſ. de remed. ex ſol. clemen.*
2 *Princip. num. 23.* vbi ait, quòd † eſt in
manu Principis oīs pœna, quia poteſt
pro ut vult, remittere non ſolum bona, & pœnam pecuniariam, ſed etiam corporalem, *Pedemōt. dec. 29. nu. 5. & dec. 101. Surd. cōſ. 53. nu. 8. Rubeus cōſ. 50. Gramma. voto vlt. Borell. de præſt. Reg. cap. 38. num. 20. Doctor Mart. de iuriſd. par. 1. cap. 44. Ioſeph. Seſe de inhibi. inſt. Arago. §. 5. cap. 1. nu. 1.* qui di-
* cit, hanc opinionem ſequi omnes* de
3 mundo, neque dubitandum † de poteſtate Principis circa pœnarū remiſſiones, *Crauett. conſ. 119. num. 2. Tholoſ. Syntag. iur. par. 3. lib. 36. cap. 21. n. 2. & ſeq.* & poſt *alios* dixi *in comment. ad indult. cap. 2.* ad quem lectorem remittimus, ne hic idem dicere coga-
4 mur, & propterea † omnes illi, qui ſuperiorem non recognoſcunt, & regalia iura poſſident, (de quibus diximus *in 1. lib. cap. 2. cum ſeq.*) poſſunt gratiam, & remiſſionem delictorum tribuere, idemque pariter dicendum erit de hijs omnibus, quibus iura prędicta conceſſa ex priuilegio particulari apparerent, vt poſt multos dixit *Pedemont. d. deciſ. 101. Boſſ. de remed. ex ſol. clem. Princip. num. 52. Mandell. conſ. 84. num. 45. Menoch. conſ. 191. volum. 2. Natt. conſ. 487. num. 31.* ratio
5 eſt, † quia remittere crimina eſt ſupra legem, vel contra legem, vt docet *Innoc. in cap. cum P. tabellio, nu. 2. de fid. inſtrum.* quod inferioribus prohibetū, *Azeued. lib. 8. tit. 25. l. 1. num. 7.* Eſt
6 tamen aduertēdum quòd non niſi ex iuſta, & Principis rationabili cauſa Reipublicę vtili, & quàm rariſſimè ad huiuſmodi gratias, delictorumq; remiſſio-

miſſiones deuenire debet, ad text. 7 d.
l. relegati, in fi. & l. ad beſtias, eod. tit. §.
planè, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.
Farinac. poſt alios de Inquiſ q. 6. num.
19. & aliàs peccaret, vt è Theologis
dixerunt notanter S. Antoninus de Flo-
rentia p. 3. tit. 9. cap. 2. §. 5. & tit. 29.
c. 1. Nauarr. in ſumma c. 25. num. 14.
Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 4. Conrad. q.
192. art. 4. concl. 2. Sylueſt. ver. Iudex,
lo 1. num. 16. Armill. in ver. pœna §. 18.
Bannes de iuſtit. & iur. quaeſt. 67. art.
4. Aragon. in ſimili tractat. quaeſt. 60.
art. 5. Gregor. de Valent. 2. 2. quaeſt. 21.
puncto 4. Molin. de iuſt. commut. tract.
4. diſputat. 48. cum propriè venia † ſit
7 pœnæ remiſſio, ſecundùm Senecam in
lib. de clementia ad Neronem Capiblan.
per plura cumulãs de Baron. pragmat. 6.
8 num. 1. cum ſeq. & facilitas † veniæ in-
centiuum tribuit delinquendi, & è
contra, pœna impoſita minueret ma-
leficia, vt dixit D. Ambroſius, & gloſſ.
in capit. iniuſta 23. quaeſt. 4. expedit
9 † enim Reipublicæ corruptos homi-
nes à tramite deuios, in viam retrahe-
re pęnis, & quando perditis illis nihil
ſoluta pęna proderit, cedet tamen in
aliorum commodum, qui illius pœ-
næ admonitione, tẽperantius viuent,
ſecundùm Sotum lib. 1. de iuſt. & iur.
quaeſt. 2. articul. 2. in fine, & idem D.
Ambroſius ſermon. 8. in pſalmo, 118.
ita docet, nec precibus, nec lagrimis
commiſerationis, vllone modo virgam
iuſtitia rectitudine deflectendam, quo-
minus iudex pœnam legibus ſtatutam in
reos criminum exequatur, alioquin iniu
ſta eſſet miſericordia, ad tex. in cap. eſt
iniuſta, 23. quaeſt. 3. in lege enim ſcri-
ptum eſt Deutero. 19. non miſereberis
illius; ſi quis itaq; latronem, filijs de-
precantibus motus, & lacrimis coniugis
eius inflexus, abſoluendum putet, cui
adhuc latrocinij aſpiret affectus, non ne
innocenter tradit exitio, qui liberat mul
torum exitia cogitantem? non poteſt
igitur hæc dici iuſta miſericordia, &
poſt multa addit nonne cum vni indul-
get indigno, plurimos facit ad prolapſio-
nis contagium prouocari? idemque tra-
didit Origen. homil. 9. in cap. 13. Hie-
remiæ, ibi, habeat Iudex propoſitam
quietem Ciuitati & pacem genti, cui
præſidet, prouideat; huic ſi offeratur la-
tro, honeſta forma, ætate ſatis integer,
ex alio latere mater, expanſis crinibus
deprecetur, ut ſenectuti ſuæ miſereatur,
& ex alio vxor ne virum ſuum interfi-
ciat, lacrimabili voce deploret, circum-
ſtent, & paruuli liberi citò orbi futuri,
quid faciet Iudex? miſerebitur latroni,
an non? quid in communi expedit Ciui-
tati? ſi miſertus fuerit, reuertetur ho-
micida ad ſcelus priſtinum, ſin vero in
iudiciaria ſeueritate permanſerit, vnus
homo interibit, & vniuerſo populo pro-
10 uidebitur. Iudex † ergo vt cuſtos iuſti
non debet ita facilè, vel temerè pœnas
legibus ſtatutas relaxare, aut commu-
tare, ſeu cõponere, præſertim in atro-
cioribus delictis, aut reos impunitos
11 dimictere, quãdoquidem munus † eo-
rum eſt qui regimini populorum præ-
ſũt curare vt pacata, & quieta ſit pro-
uintia, & Regnum purgando malis
hominibus, imò ſacrilegos, latrones,
plagiarios, fures conquirere, & prout
quiſque deliquerit in eum animaduer
tere ad text. in l. congruit, ff. de offic.
præſid. & habetur 3. Reg. cap. 20. quia
dimiſiſti virum dignum morte de manu
tua, erit anima tua pro anima eius, nam
ſecundum D. Hieronimum cap. 22. ho-
12 micidas, † & ſacrilegos, & venerarios
punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed
legum miniſterium cap. homicidas 23.
13 quaeſt. 5. & † impunitas, inſolentiæ ma-
ter eſt, impudentiæ radix, trãſgreſſio-
nis nutrix, ſecundum D. Iſidorum in
loco citato, & D. Bernard. lib. 3. ad eu-
14 genium de conſiderat. nec malè † dicitur
impunitas, peccãdi magna illecebra,
docuit Cicero. 3. de offic. & pro Milone,

& eſt tex. in Nouell. 30. tit. 9. circa fi. ita acerbè punito (ait Iuſtin.) vt paucorum hominum ſupplicio, omnes reliquos continuò caſtiges; eſtoq; ſecundum leges exquiſitus delinquentium caſtigator, neq; enim inhumanitas hoc, ſed potius quædã
15 humanitas eſt, cum † multi paucorũ animaduerſione ſaluẽtur; hinc dicebat Se-
16 neca, nocet † bonis qui parcit malis, & Dominicus Soto in d. art. 4. ſupra relato poſt D. Thomam 2. 2. q. 67. art. 4. ait,
17 quod † licet ſupremus Princeps poſſit pœnas delictorum relaxare, & remittere ſecundum ea, quæ ſupra cumulauimus, non tamẽ abſolutus eſt, vt poſſit illas pro arbitrio ſuo veluti pallium ſuum diſperdere, ſed vbi decere videbit, aut bono publico expedire; poſſet enim reus eſſe tam ſceleſtus, & ſtudio criminoſus, vt ſi Rex ſupplicio non afficeret, eſſet iniurius Reipublicæ, & ipſe criminis reus coram Deo, nempe quò ad vim directiuam, vt optimè docuit Imperator in l. digna vox, C. de leg. & optimè Caieta. in ſumma ver. iu-
18 dicis peccata, vbi dixit quod † quartũ peccatum eſt iniuſta remiſſio pœnæ, quãdo iudex etiam ſi Princeps fuerit, relaxat pęnam homicidij & ſimiliũ in damnum Reipubl. ſiquidem nocumẽtum Reipub. cõiter infertur, cum mali impunes euadunt, quia creſcunt, mali, aut ad malum proni audent pertur-
19 bare, vulnerare, & occidere, neque † excuſat commutatio pœnæ in pecuniariam, neq; pax habita a parte, quoniã
20 Princeps eſt cuſtos iuſti, ita quòd † abſque rationabili cauſa vtens huiuſmodi vocatis clementijs peccatum mortaliſſimum incurrrit, imò reus eſt homicidiorum, & aliorum cõſequentiũ.
21 quinimò † & illi qui pietatis obtentu nimiũ procurant malefactores è Iudicum manibus eripere, vel pœnæ gratiam obtinere, ſiue pretio, ſiue præcibus, non putent ſe egregium pietatis opus exhibere; inferunt enim ſæpe iuſtitiæ violentiam, ſecundum Sotum vbi ſupra, Alfonſus de Caſtr. lib. 2. de leg. pœnal. cap. 13. & Nauarr. in rubr. de iudicijs, nume. 98. 99. & 100. inde
22 eſt quòd Solon aiebat, Duo diuina lumina mũdum gubernare, præmium ſcilicet, & pœnã vt refert Plutarchus in Solone, & Cicero in Brut. quemadmodum cõ-
23 tra, vbi nulla † ſæuera iudicia exercẽtur, etiam bona ingenia corrumpuntur, ſecundum Iſocratem in Areopag. & Diuus Ambroſius in pſalmo. Beati immaculati hocton. 18. ait, pœna cor-
24 rigit, † emendat errantem, ſi talis eſt, qui emendari non queat, auffertur è medio, nè grauiora committat, vnde non
25 nulli philoſophi (ait ipſe) diſputarunt, obeſſe improbis abſolutionem, mortem vero prodeſſe; eo quod in illa ſit incentiuum delinquendi, in morte autem finis, mortuus enim iam neſcit
26 errare, & in pſalmo 38. pœna † malis ad vitã integritatem admonemur, de quo text. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & D. Auguſtinus capitu. 54. ad Macedonium quod eſt in cap. non fruſtra, 23. quæſt. 5. Non fruſtra, inquit, ſunt inſtituta poteſtas Regis, cognitoris ius, vngula carnificis, arma militis, diſciplina dominantis: habent enim omnia iſta ſuas vtilitates, hæc cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni, & in libr. 19. de Ciuitat. Dei, capit. 16. Non eſt innocentia, ait, parcendo ſinere, vt in malum grauius incidatur; pertinet ergo ad innocentis officium non ſolum nemini malum inferre, verum etiam punire peccatum, vt aut ipſe, qui plectitur, corrigatur experimento, aut alij ter-
27 reantur exemplo, nulli † enim hominum claudenda eſt miſericordia, & nulli peccato impunitas relaxanda, vt refert Alexand. de Ales par. tertia, quæſt. 40. membr. ſexto, articu. quarto, & Diuus Cyprianus de abuſion. ſeculi, Rex debet furta cohibere, adulteria punire,

nire, impios de terra perdere, parrici-
das, & peierantes viuere non ſinere,
filios ſuos non ſinere impia agere, Nec
28 † alia ex cauſa (ait *tex. in cap. ſunt qua-*
dam, 23. quaſt. 5.) gladium portant
Principes mundi, ſunt enim maxime
conſtituti propter latrones, homici-
das, raptores, vt & illas damnent, &
alios ſuo timore compeſcant, idque
pariter cognouit Diuinus ille *Plato*,
29 dum dicebat, † *tres ob cauſas à ſanctis*
legibus pœnas delinquentibus ſtatutas;
prima eſt ob ipſiuſmet Rei emẽdationem,
ſecunda, vt parti offẽſa fieret aliqua in-
iuria compenſatio, tertia, vt exemplum
preberetur, quò alij à malefaciendo de-
terreantur, & Seneca 1. *de Ira, cap.* 16.
pœna adhibentur, vt his tollantur malis
ſi eſſe nocentes voluerint; aut emenden-
tur, ſi per negligentiam aliquid admiſe-
rint, & propterea *idem Plato in Prota-*
gora, & Ariſtotel. lib. 7. politic. cap. 13.
30 dixerunt, † quod pœnæ inflinguntur
31 non ob præteritum facinus, quod † in-
fectum amplius fieri non poteſt, ſed
propter futurum, ne ſcilicet is, qui
alteri iniuriam fecit, tale quid iterum
committere audeat; cæteri quoque à
32 vitijs deterreãtur; humanitate † enim,
ac clementia Principis, & Magiſtra-
tus magna ad peccandum facinoro-
ſis feneſtra aperitur; cum ſcelera
non puniuntur, ad iniuriam inferen-
dam proni homines redduntur, ſe-
cundum *Ariſtotel. libro primo Re-*
thoric. capit. duodecimo, Plutarc. de
ſera numinis vindicta, & Demoſten.
in Midia.
33 Idque † procedit etiam, quod de-
licta parua ſint, ſiquidem non puni-
34 ta nocent, quia † occultè violanda-
rum legum conſuetudo ſerpit, que-
35 madmodum † rei familiaris faculta-
tes etiam parui ſumptus exhauriunt,
ſi ſæpe fiant, vt dixit *idem Ariſtotel. lib.*
5. *politic. capit.* 8. *& eleganter tradit*
Alexand. de Ales in dict. 3. part. quaſt.
46. *memb.* 1. *artic.* 1. *ad primum*, & è
36 contra † ſupplicia facinoribus impo-
ſita, non ſolum futurorum maleficio-
rum ſunt inhibitiones, verum etiam
conſolationes læſorum, ſecũdùm *Plu-*
37 *tarcum in loco citato*, & † ſanè hac ra-
tione florentes, ac beatæ fiunt Reſpu-
blicæ (dixit *Demoſten. aduerſus Lep-*
tinem,) quando ciues omnes pœnarum
mætu à maleficijs abſtinent, & bene-
ficiorum præmijs inuitati, officium
38 facere ſtudent, & † vt in corpore ſi
quid eiuſmodi eſt quod reliquo cor-
pori noceat, vri, ſecarique patimur, vt
membrorum aliquod potius, quàm
totum corpus intereat, ſic in Reipu-
blicæ corpore, vt totum ſit ſaluum,
quidquid eſt peſtiferum amputãdum
eſt, ſecundum *Ciceronem Filippic.* 8.
quod ſi id ita Reipublicæ intereſt ex
39 prædictis, † abſtinẽdum Principi om-
nino erit ab huiuſmodi gratijs, niſi ex
40 cauſis † iuſtiſſimis, & Reipublicæ vti-
libus; nimirum (ſecundum *Ciceron.*
4. *Rethoric.*) Si plura, aut maiora of-
ficia, vel obſequia, quàm maleficia
delinquentis videbuntur conſtare.
Si qua virtus, aut nobilitas erit in
eo qui ſupplicauit. Si qua ſpes erit
vſui futura. Si ſine ſupplicio diſceſ-
ſerit. Si ille ipſe ſuplex, manſuetus,
miſericors in poteſtatibus oſtenditur
fuiſſe. Si ea, quæ peccauit, non odio,
nec crudelitate, ſed officio, & recto
ſtudio commotus fecerit. Si tali de
cauſa alijs quoque condonatum eſt.
Si nihil ab eo periculi nobis futurum
videtur. Si eum miſſum fecerimus.
Si nulla, aut à noſtris ciuibus, aut ab
aliqua Ciuitate vituperatio ex venia
ſuſcipietur, & ſimilia, de quibus per
Fratrem *Alfonſum de Caſtro lib.* 2. *de*
lege pœnal. capit. 13. *D. Thomas* 2. 2.
quaſt. 18. *articul.* 1. *capitul.* 4. & de
noſtratibus *Bald. & gloſſ. in l. ſi ſe-*
uerior, Cod. ex quibus cauſis infam.
irrogat. Afflict. in Conſtitutio. Regni,
incip.

*incip. Terminum vitæ, Gomez. de tortur. reo. num.*38.*Tholoſ.d.cap.*21.*num.* 2. *Molin. in loco citato*, & nos diximus *in d. Comment. ad Indultum.cap.*5.*cum*
41 *ſeqq.* licet ipſo iure † iuſtæ in Principe prǽſumantur, ad tex.*in d.l.relegati, in fine, Florianus in l. ſi irruptione,* §.*ad officium,colum.*2.*ff.fi.regund. Roma. cōſ.* 436.*num.*19. *Alciat.de præſump.reg.*3. *præſumpt.*8.*nu.*1.*cum ſeqq. Camill. Borell. de præſtant. Regis Catholici, c.*38.
42 *num.*70. ſubdens † rationabilem in Principe cauſam, aliam non eſſe, niſi voluntatem, cui concinere ait illud *Iunij iuuennalis, Satyr.*6.

Hoc volo, ſic iubeo, ſufficit pro ratione voluntas.

Hoc tamen in Principe iuſto dici non poterit, maximè quando ſumma cum diligentia diſcutiũtur huiuſmodi gratiæ in Tribunalibus, vt fieri cōſueuit per aliquos Excellentiſs. Proreges, & docuit *Pet.de Gregor. Tholoſ. par.*3.*lib.*36.*cap.*21. *num.*2. aliàs enim (ſecundum *D. Auguſtinum*) Regna
43 † non eſſent niſi latrocinia, pax turbaretur, ſeditiones maiores, & diſcordię orirentur, & de delictis minoribus maiora, & de maioribus atrociſſima fie-
44 rent, & è conuersò ſi † gratia cum iuſtitia fiat, & cum cauſa, eadem ipſa iuſtitia apud Deum diriget greſſus gubernantis, ad text. *in l. ſi apparitor, C. de cohortal.lib.*12.

45 Aduertendum tamen eſt, quòd † ſi tot, & tanta Reipublicæ incommoda peruenire dicuntur ex continua gratiarum conceſſione, multo magis peſſima res diceret̄, & deteſtabilis, ſi pretio, vel pecunia delicta remitterentur, ad text. *in Authent. vt iudic. ſin. quoq. ſuffr.* §.1.*vbi Dionyſius, colum.*2. dicit,
46 quòd † cum pœnę delictorum vendũtur, omnia mala naſcuntur, refert, & ſequitur *Calic. de iure fiſc. dubitat.*8. *verſ.*34. *Ioſeph Seſſe de inhibit. iuſt.d.c.*
47 1.*num.*13. quinimo † & euidens ſcandalum eſt, idque grauiſſimum pretio gratias obtinere, peſſimique exempli, quæ (vt dixit quidā Author maximæ autoritatis) velut dira contagio per
48 plures ſerpit, debet † enim eſſe domus Pricipis, & cuiuslibet ſupremi iudicis velut ſignum ad ſagittam poſitum, & proceium ac Magiſtratuum exēplar; nemo etenim erit, qui non exiſtimet
49 idem ſibi licere, itaque, † & leges communes, & municipalia iura Regni, ac pragmaticæ Sanctiones talia vetantes, contemptui erunt, & ludibrio, nec
50 † excuſabilis erit Princeps propterea quod ad ipſum nil perueniat pecunię, ſi conniuentibus oculis famulos tale patrantes domi retineat, inſatiabili
51 cupiditate auaros, alioquin † ſi talia impunè permictat, quid aliud erit domus Principis, quàm ſceleſtorum hominum aſylum, & nebulonum receptaculum vnde *D. Iſidorus lib.*3. *de ſummo bono.cap.*58. quod eſt *in c. pau-*
52 *per.*11. *quæſt.*3. ait, † *citò violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat, & Arnobius, creſcit multitudo peccantium, cum redimendi peccati ſpes datur, & facilè itur ad culpas, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia*, de quo latiſſimè per *Molin. de iuſt. & iur. diſputat.*88.
53 Sed † quid ſi gratia concedi poteſt de iure, vel ageretur de ſaluo conducto perpetuo, an poſſit per Principem aliquid arbitrio ſuo exigi à gratiatiſè videtur quod ſic, q a turpitudo non verſatur in hoc ex parte recipiētis, & minus etiam ex parte dantis, ergo licitè recipitur, *ad tex. in l.*1. *in fine cum tribus ſeqq. ff. de condict. ob turp. cauſ.* item quia, dum quis tenetur gratis aliquid facere, ſi pecunia accipit, vt faciat, non dicitur malè facere, ſed Princeps non tenetur aliquo iure gratias huiuſmodi facere de tēporalibus, quia
54 † non eſſet gratia, iubente iuſtitia, maximè quòd de conſuetudine ita videtur

55 tur receptum; ego † tamen numquam
tale conſulerem, quia, etſi prædicta
56 fortè procederent, debet † Princeps
attendere, ne dum quid liceat ſecundum iuſtitiam, verum etiam quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum publicam vtilitatem, nã hac occaſione abuſus in Republica introducitur, & ſerperet hoc malum ad alios non ita licitos caſus, ſecundum *ea qua tradit Molin. de iuſt. & iur. d. diſput.* 88.

57 Ex prædictis nota primo, † quòd gratia alicui facta non poteſt amplius reuocari, eo quod, & ſi à principio gratioſa fuerit, poſtquam tamen eam conceſſit, & expediuit in fauorem alicuius, non poteſt ſinè iniuria ipſius tolli ius quæſitum *ad tex. in l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loc. publ. l. Ariſto ff. de donatio. l. perfecta, C. de reuocand. donat. Caſtr. conſ.* 229. *incip. viſis, & ponderatis omnibus, lib.* 3.

58 Secundo nota, quòd † gratia Principis dicitur perfecta, licèt non dum fuerit exequuta, vt dixit *Rot. Roman. in deciſ.* 12. *tit. de leg. in nouis*, quam ſequuti ſunt *Lap. allegat.* 17. *Gomez. in tractat. de ſupramand. de prouid. num.* 132. *&* 133. *Gigans. de penſio. quæſt.* 91. *num.* 4. refert, & ſequitur *Menoch. conſ.* 1193. *lib.* 12. *Surd. conſ.* 109. *nu.* 7. *Molin. de primog. Hiſpan. cap.* 7. *nu.* 64. *lib.* 2. & eleganter tradit *Io. Aloiſ. Catalan. in tract. de abolit. quæſt.* 7. *nu.* 26. *& ſeq.*

59 Tertio nota, quòd † gratia Principis de ſui aſſentia ſcripturam non requirit, ſecundum *gloſ. in cap.* 1. *de cenſib. in* 6. *Bellug. in Specul. princip. rubr.* 47. *num.* 12. & dixit *Bald. in l. ſi qua per calumniam, C. de epiſc. & cleric. nu.* 5. quia eo ipſo, quòd per Principem fit gratia, dicitur perfecta, ſecundum *eum, & in l. fin. num.* 6. *C. ſent. reſcind. non poſſ. & in l. humanum, num.* 6. *C. de leg. Canoniſta in prohem. ſexti libri, & in rubr. de conſtitut. Celſ. Vgo conſ.* 16. *num.* 6. vbi hanc communem opinionem eſſe teſtatur, *Anton. Gom. in l.*
60 41. *Thaur.* licet † ſecus ſit quo ad illius
probationem, & executionem, vt poſt *alios*, dixerunt *Surd. d. conſ.* 109. *num.* 6. *& ſeq. Catalan. in loco citato, num.* 26. *Molin. d. cap.* 7. *num.* 65. *Borell. de præſtant. Reg. d. cap.* 38. *num.* 54. *& ſeq.* vbi optimè declarat.

61 Multa † alia dici poſſent circa gratias generales Principum, de quibus latè diſſerui *in Commentario ad indultum Regis Filippi Catholici* conceſſum Regnis ſuis ob eius fæliciſſimas nuptias, & paternas ſucceſſiones, quem *in fine huius tractatus* iterum imprimi curabimus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ortum habet à ſuprema Principis iuriſdictione.*
2 *Appellatione oppreſſis quodammodo ſubuenitur.*
3 *Appellatio interponenda tollit primo iudici materiam delinquendi.*
4 *Appellatio eſt pars defenſionis naturalis.*
5 *Appellatio dicitur præſidium innocentiæ, non autem remedium ad defenſionis iniquitatem.*
6 *Appellatio bina in eadem cauſa à iudice inferiori non permittitur.*
7 *Appellatio quos bonos effectus pariat.*
8 *Appellatio competit Principi tamquam de ſibi reſeruatis & etiã à quocumq; Magiſtratu, & nu.* 17. *&* 18.
9 *Appellatio non dicitur abdicata in generali conceſſione iuriſdictionis, niſi expreſsè dicatur, & nu.* 17. *ampl. n.* 11. *limit. nu.* 34.
10 *Princeps non poteſt ita Terras concedere, vt ad eum non appelletur, & numero* 19.
Iuriſdictione conceſſa, quæ concedi videntur, ſub nu. 10. *&* 11.

Verba

Digitized by Google

oſtenditur ſuprema Principis iuriſdi-
ctio, vt dixit *Oroſc. in l. Imperium, nu-
me. 29. ff. de iuriſd. omn. iud.* receptum
2 eſt, vt † Princeps ipſe per tres vices,
vel adminus bis quolibet anno viſi-
tationem generalem faciat in eiſdem
carceribus, de carceraris omnibus, eo-
3 rumque cauſis, licet † hoc per Magi-
ſtratus ordinarios ĩ qualibet hebdog-
mada fieri debeat, tum ex diſpoſitio-
ne iuris communis, ad tex. *in l. fin. C.
de cuſtod. reor.* quàm etiam ex *inſtru-
ctionibus, & ordinationibus* iudicum
Magnæ R.C. cauſarum criminalium,
vt in *tom. 2. pragm.* maximè de miſe-
rabilibus perſonis, & pauperibus, pro-
4 ut † verè & propriè dicuntur carceri-
bus mancipati, vt dixit *Bald. ĩ tracta.
de carcerib. in princ. num. 2. & eſt tex.
expreſſus in l. ſi quis ad declinandam,
§. quis enim, C. de epiſco. & cler. Didac.
Perez. in l. 1. titu. 1. lib. 3. ordin. colum.
730. verſ. item carcerat.* & ſecundum
*D. Iſidorum in c. pauper. 10. q. 3. & D.
Auguſtinum ad fratres in eremo ſermo.
65.* quia non habent quid offerant in
iudicio, non ſolum audiri contem-
nuntur, verum etiam contra veritatẽ
5 opprimuntur; † quorum quidem cau
ſæ celeritatem requirunt, iuxta text.
in d. l. fi. ibi, *de ijs, quos tenet carcer in-
cluſos, id aperta diffinitione ſancimus,
vt aut conuictos, velox pœna ſubducat,
aut liberandos cuſtodia diuturna non
maceret,* eo magis ſi leuia ſint crimi-
na, pro quibus reus in carceribus de-
tinetur, iuxta tex. *in l. leuia, ff. de
6 accuſat.* ibi, *Leuia † crimina audire, &
diſcutere de plano Proconſulem oportet,
& vel liberare eos, quibus obijciũtur, uel
fuſtibus caſtigare,* quæ quidem cauſæ
non niſi in carceribus fieri debent, vt
dixit *Auil. in capit. Pretor. 35. ver. fa-
gau fol. mihi* 242. idq; ſumma diſcuſ-
ſione, & diligentia iuxta illud *in Ge-
neſ. 14. cap. Deus omnipotens, 2. q. 3. de-
ſcendã, & videbo vtrum clamorem, qui
venit ad me opere compleuerit, an non
eſt, ita vt ſciam, Bald. in l. 1. in 2. lect. ff.
7 de offic. Conſul.* nec † minus neceſſaria
eſt carceratorum viſitatio ob earum-
dem expeditionem, quàm etiam, vt
eorum neceſſitatibus, alijſque carcerũ
incommodis benignè ſuccurratur, ad
tex. *in l. iudices, C. de epiſcop. audient.
Bald. in l. illicitas, §. ne potentiores, in
fine, ff. de offic. Præſid. Rip. poſt alios ĩ
l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn.
infect. Auendag. de exequ. mand. Prin-
cip. lib. 1. cap. 19. num. 8. Do. de Pont. in
tract. de poteſta. Proreg. titu. de diuerſ.
prouiſ. §. de don. & expenſ. n. 10.* & pro-
8 pterea in Regno † per tres vices quo-
libet anno Prorex in Regno ad Pala-
tiũ, vbi carceres reperiunt ſe cõferre cõ
ſueuit, hoc eſt ĩ diebus natalitijs, Pa-
ſchalibus, & in vigilia feſtiuitatis Sã-
ctiſſimę Aſsũptionis B. Mariæ Virgi-
nis, cũ interuẽtu oĩum de conſilio M.
C. cauſarũ criminaliũ, & ciuiliũ, fiſci
Patroni Regij Patrimonij, & Audito-
rũ gentis bellicę, Procuratorũ, & Solli
citatorũ Fiſcaliũ dictorũ Tribunaliũ,
Aduocati, Procuratoris, & Sollicita-
toris pauperũ, Magiſtri Notarij M.R.
C. ſeu eius ſubſtituti, ibiq; cũ debito
ſilentio vt latè dixit *Bouad. lib. 3. polit.
c. 14 n. 14. & 16.* ſingulorũ carceratorũ
cauſæ eidem Excellentiſs. Proregi in
eminenti ſolio ſedenti per iudices di-
ctæ M.R.C. referuntur incipiendo à
9 cauſis criminalibus, iuxta ordinem
temporis ipſorũ carceratorũ, qui ſin-
guli vocantur à procuratore pauperũ,
exprimẽdo cauſas eorum carceratio-
nis, à quo fuerũt carcerati, & tempus
carcerationis. Inde facta eiuſdẽ cauſæ
relatione cum voto eiuſdem Tribu-
nalis publicatur ſententia abſoluto-
ria, vel condemnatoria coram ipſo
10 Reo, niſi † eſſet ſententia capitalis,
quæ non niſi elapſis dictis diebus fe-
ſtiuis publicatur. Deinde relatis, &
votatis cauſis criminalibus, referũtur
per

Digitized by Google

per Iudices Magnæ Regiæ Cur. cauſarum ciuilium; eodemmet ordine cauſæ omnes carceratorum, qui pro ciuilibus rebus detinentur. Poſtmodum omnes cauſæ carceratorum Tribunalis Regij Patrimonij, quæ à Fiſci Patrono eiuſdem cōſilij iuxta votum totius Tribunalis per aliquos dies antea cōcluſum referūtur. Demum cauſæ carceratorum gētis bellicæ, de quibus fit per eorum Auditores relatio cum eorum votis, & ſic facta dictorū Tribunalium Viſitatione, (vt ſupradictum eſt) veniunt cæteri carcerati aliorum Magiſtratuum habentium particularem iuriſdictionem in dictis cauſis, vt sūt vaſſali Baronum, & alij, de quibuſcumque foris, qui fortè in eiſdem carceribus reperiātur, quibus
11 † cognitis fit mādatum per eumdem Excellentiſs. Proregem cū voto eiuſdem Magnæ Curię, quòd eorum cauſæ infra certum terminum expediantur per dictos Barones, & alios iudices ſub pena auocationis ad Regios Magiſtratus ad notat. ℘ *Vinc. de Ann. in ſingul.* 269. & diximus *in dec.* 147. *num.* 21. *& ſeq. & alibi inferius lib.* 4. dicemus. Facta igitur relatione, & votis cauſis, non nulla remanent, quæ ℘ exequutione decretorum factorū ne-
12 ceſſaria ſunt, & ob id † Aduocatus, procurator, & ſollicitator pauperum, quibus in Regno à Catholico Rege noſtro pręſtatur ſalarium ordinarium adnot. *per Bald. in l. ſi furioſi verb. nota quod aduocati C. de nupt.* curare debent, vt pauperum (maximè à loco exterorum) decreta liberatoria ſtatim exequutioni mandentur, nam ex quo neminem habent, poſſent eorum pro-
13 uiſiones de facili dilatari, hinc † tempore regiminis Illuſtriſſimorum Marchionis Viglienæ, & Ducis Oſſunæ, quo ego in huiuſmodi viſitationibus, vti vnus de conſilio Magnæ Curiæ cauſarum criminalium interueni, pluries vidi carceratos omnes, qui abſolutorium decretum obtinebant, in eodem momento ab eiſdem carceribus eximi, iuraque, commentarienſi, ſeu carcerum cuſtodi, alijſque miniſtris fortè competētia, per eoſdēmet Principes de propria pecunia ſolui, opus quidem sātiſſimum, & inter alias pias cauſas ſumma cum ratione cōnumeratum, vt dixit *Tiraquell. de cauſa pia in præfat. verſic. item relictum, per gloſ. in cap. ſacrorum, 17. quæſt. 2.* Idemque ſeruari in Regnis Hiſpaniarum refert *Bonadill. lib. 3. polit. cap. 15. nu.*
14 108. licèt † nō omictam quòd pauperes ab huiuſmodi iuriū ſolutione ſint immunes, ſecundum *gloſſ. in l. 1. §. ait prætor, verb. non habebunt ff. de poſtul. Aviles in cap. 7. prætor. gloſ. 1. Bonadill. poſt alios d. lib. 3. cap. 14. num. 18. Cerdan. de carcerib. cap. 7. num. 15. & 22.* quod tamen in Regno ſeruatur, quotieſcunque conſtiro de paupertate fit actus, quòd omnia fiant gratis. Item
15 † curare debet, quòd relegatis, & in exilium miſſis cōcedatur terminus ad migrandum, qui eſt menſis vnius, aliquando plus vel minus, arbitrio iudicis ad notat. *per Doct.* & præcipe *Purpur. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio nu.* 516. *&* 517. & datur eo quia à parentibus ſeparantur inuiti *ad text. in l. poſſeſſionum ff. commun. diuidun. D. Mut. ſuper Cap. Regn. Iacob.* 39. *nume.* 177. & quòd in eademmet die ℘ Magiſtrum Notatium, ſeu eius ſubſtitutum notetur in actis. Itē
16 † & pariter obtinere mandatū a Principe, quòd ſtante inhabilitate præſtādi, exequatur prouiſio ſub iniunctione, ad notat. per *Farinac. in titul. de carcerib. & carcerat. quæſt. 33. num. 43. cum ſeqq. Graſſ. de except. 32. except. nu.* 162. & ita ſeruatur in Magna Curia, prout etiam fit † in carceratis pro cauſis ciuilibus, qui ſi non habeant fideiuſſiones, relaxantur ſub homagio, quæ

18 † quæ eſt pena triremium per trienniũ, maximè ſi eſſemus ĩ diebus natalicijs,
19 & paſchalibus, vbi † ne dum Principes, verũ & Magiſtratus omnes proni eſſe debent ad excarcerandum, niſi aliter cauſæ grauitas ſuaderet, ad text. *in l.3. C. de epiſcop. audient.* ibi *vbi primus dies Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur, Boſſ. ĩ titu. de carcerat. fideiuſſ. committ. num.27. Clar. ĩ §. fin. quaſt.46. verſ. ſolent etiam,* refert, & ſequitur *Menoch. de arbitr. caſu* 393. *num.*38. *& Farinac. d. q.*33. *num.*77.
20 Item † curare debent vt pauperes carcerati pro ciuilibus cauſis, quibus alimenta per creditores non præſtantur debeant excarcerari, vt tradit *D. Tap. ĩ tit. de ceſſio. bonor. pragm.3. ſub num.* 3. *verſic. ſolent tamen*. Item pariter
21 † obtinere, vt per Principem & Magiſtratus fiat aliqua condemnatio pecuniaria, applicanda pro cauſis prædictis, & alijs carceratorum neceſſitatibus, *ad tex. ĩ d.l. iudices, C. de epiſc. audiẽt. & Honorius lib.9. Codicis Theodoſiani,* ait, *ad iudices, victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari libellis duobus, aut tribus diurnis, vel quod exiſtimauerint commentarienſis decretis, quorum ſumptibus proficiãt alimenta pauperum, Puteus ĩ tracta. de ſindicat. in verb. carcer, & carcerarius, c.4. num.* 2. & poſt multa exempla ſanctorum Patruum, tradit *Bonad. in d. c.15. num.63. Autl. in cap.18. Prat. gloſs. qual. nume.4. Mexia de tax. pan. concl.1. num.*8. *&* 9. Poſtremo cura-
22 re † debent, vt Principi eiuſq; Magiſtratui denũtientur extorſiones, compoſitiones, aliaque grauamina, quæ per cuſtodes carcerum, alioſq; miniſtros pauperibus carceratis inferri ſolent, *ad tex. ĩ l.1. ff. de cuſtod. reor. & l. fi. C. de erog. milit. ann. lib.12. c. charitas, in fi.12. q.2. Bald. in l. fin. ff. de iuſtit. & iur. Puteus de ſindicat. ĩ verb. crudelitas, num.6. Azeued. poſt alios in l.9. titu.23. lib.4. recopil. Tallad. de carcer. c.15. num.2. ad finem.* Et huc pertinet, quod Catholicus Rex noſter Philippus II. per *literas* datas Madrid. ſub die vltimo Martij 1591. expreſsè mandauit prout infra. Los Caſtellanos y Carçeretos de las carçeres deſſe Reino ſe tiene entendido quæ azen à los preſos diuerſas oppreſſiones e ſpecialmẽte forçandolos a quæ compren de la taberna, que tienen en los Caſtillos vino, pan, y otras coſas, vendiendolo todo à caros pretios y ſin poſtura, que de mas que ordinariamente es de mui vil condition la prouiſion que azen, y proiben que no ſe traga nada de fuera para ſalir por eſſa via meyor con ſu intento, y porque no ſe deue permittir que ſemeyante vexation paſſe adelante, ſino que cada vno tenga liberdad de proueirſe de donde quiſiere y le eſtubiere byen, dareis la orden que conuenga para que los dicios Caſtellanos non puedan compeller à los preſos à que compren de ſu taberna los mantinimientos que huuieren meneſter, y que lo guarden inuiolabilmente ſo pena que ſi lo contraueniere ſe procurra en ello de remedio. Omit-
23 tendum tamen non eſt, quod † in viſitationibus, quæ fiunt tam coram Principe, cum etiam coram Magiſtratibus aſſiſtere debent omnes Commiſſarij, qui informationes forte receperunt contra carceratos, Algozirij, & Porterij tum vt rationem reddant de captura forte per eos facta, quum etiam pro exequendis decretis viſita-
24 tionis prædictæ, & eo magis † quia (vt dicit *Valerius Maximus lib.2. cap. vlt.*) miniſterium apparitorum, & faſtigium Tribunalium venerandum exhibebit Magiſtratum, *Luc. de Penn. in rub. de apparit. Præfect. vrb. lib.12.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Princeps poteſt concedere gratiam, et remiſſionem delictorum, & de ratione num. 5.*

2 *Princeps poteſt remittere pœnam tàm pecuniariam, quàm corporalem, & nume. 3.*

4 *Gratiam & remiſſionem delictorum omnes Regalia iura habentes concedere poſſunt.*

6 *Princeps etiam ex iuſta & rationabili cauſa quàm rariſſimè gratias delictorum facere debet, & num. 10. & 39. & de ratione num. 8. 9. 17. 32. & 43. vſque ad num. 53. quæ autem ſunt iuſta cauſa, vide nu. 40.*

7 *Pœnæ remiſſio dicitur venia.*

8 *Pœnæ remiſſio, & facilitas veniæ delictorum incentiuum tribuit delinquẽdi, ſicut è contra pœnæ impoſitio maleficia impedire videtur, & de ratione num. 9.*

Delicta ſunt punienda & quare, ſub num. 8. 9. 14. 15. 16. & 18. cum pluribus ſeqq. & quaſi per totum.

10 *Iudex non debet ita faciliè, vel temerè pœnas legibus ſtatutas relaxare, ſeu commutare, aut componere.*

11 *Principis munus in regenda Republica quod ſit, & nu. 27.*

12 *Punire delinquentes non effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, nec inhumanitas, ſed humanitas eſſe dicitur, & num. 14.*

13 *Impunitas quot malorum eſt cauſa, & num. 14.*

18 *Pœnam remittens dicitur committere quartum peccatum.*

19 *Princeps ſi abſque rationabili cauſa pœnam remittit, mortaliſſimè peccat, ac reus eſt ipſorum delictorum, nec commutatio pœnæ, vel pax habita à parte eum excuſare videtur, & numer. 20.*

21 *Delinquentem eripiens è manibus officialium, vel illis gratiam procurans contra iuſtitiam facere videtur.*

22 *Mundus ex duobus luminibus gubernatur ex præmio ſcilicet & pœna, & num. 37.*

23 *Delicta vbi ſeuerè non caſtigantur bona ingenia corrumpuntur.*

24 *Pœna ſi non emendatur, delinquens ſaltim grauiora non committit.*

25 *Delinquenti an magis noceat abſolutio, quàm illi proſit ſepultura.*

26 *Pœnæ metu ad vitæ integritatem admonemur.*

27 *Miſericordia ſicut nulli hominũ eſt claudenda, ita nulli peccato eſt impunitas relaxanda.*

28 *Reges, & Principes quare gladium portant.*

29 *Pœna ex tribus cauſis delinquentibus infringuntur.*

30 *Pœna magis propter futurum malum, quàm ratione præteriti delicti irrogatur.*

31 *Facta vt habeantur pro infectis fieri nõ poteſt.*

35 *Diuitiæ, ac magnæ facultates ex paruis ſumptibus exhauriuntur, ſi illæ ſæpius expendantur.*

37 *Reſpublica illa beata dicitur, in qua metu pœnæ, & præmij beneficio populi ſecundum leges viuere ſtudent, & vide num. 22.*

38 *Membrum aliquod ſi corpori noceat, ne totum intereat, vtiq; ſecandum eſt.*

41 *Cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe.*

42 *Voluntas ſola Principis cauſa ſufficiens eſſe dicitur.*

44 *Gratia ſi cum iuſtitia fiat, greſſus Principis à Deo dirigentur.*

46 *Delictorum pœnæ cum venduntur, quæ mala ſequi videntur, & nu. 47.*

48 *Principis domus debet eſſe exẽplar aliorum Magiſtratuum.*

50 *Princeps non debet domi retinere famulos gratias delictorum ab ipſo obtinẽtes mediante pecunia, licet illa ad eũ non perueniat, & de rõne nu. 51. 52.*

53 *Princeps ſi faciat gratiam, quæ de iure concedi poteſt, an poſſit aliquid accipere ab ipſis gratiatis, & nume. 54. cum ſeqq.*

Pecuniam accipiens qui tenetur gràtis aliquid facere, an dicatur male facere, ſub num. 53.

54 *Gratia non dicitur ſi iuſtitia ſubeſt.*

56 *Princeps non ſolum facere non debet, quod non licet, ſed etiam quod non decet ſecundum honeſtatem.*

57 *Gratia alicui facta non poteſt amplius reuocari, & ibi de ratione.*

58 *Gratia Principis, licet adhuc nõ ſit exequuta, tamen dicitur perfecta, & num. 59.*

59 *Gratia Principis non requirit ſcripturã niſi ad effectum maioris probationis, & num. 60.*

61 *Gratiarum vniuerſalium delictorum materiam, ſeu generalem remiſſionẽ, vide remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De Gratijs, & remiſsionibus delictorum.

CAP. VII.

1 AVCTORITAS † faciendi gratiam, & delictorũ remiſſionem, de Principi reſeruatis eſt, *ad tex. in l. relegati in fine*, ibi, *& nemo poteſt cõmeatũ, remeatũue exuli dare, niſi Imperator ex aliqua cauſa, & in l. moris, §. ſed enim*, ibi, *verum referre ad Principem debet, vt ex autoritate eius pœna aut permutetur, aut liberentur, l. 1. in fine, ff. de quæſtion. l. ſi interueniente, ff. ad ſenatuſconſul. Turpill. l. reſcripta, in fine, C. de precib. imperat. offerend. cum ſimilib. Bald. in l. Imperium, in 1. lect. ff. de iuriſd. omn. iud. Bart. in l. non omnis, §. qui transfugit, ff. de re milit. Andr. in c. 1. verb. & bona committentium, num. 122. & ſeq. & nu. 155. Afflict. ibidem nume. 158. Iacob. de S. Georg. de feud. in verb. Princeps in 7. ſpecial. Boſſ. de remed. ex ſol. clemen.*
2 *Princip. num. 23.* vbi ait, quòd † eſt in
manu Principis oĩs pœna, quia poteſt pro ut vult, remittere non ſolum bona, & pœnam pecuniariam, ſed etiam corporalem, *Pedemõt. dec. 29. nu. 5. & dec. 101. Surd. cõſ. 53. nu. 8. Rubens cõſ. 50. Gramma. voto vlt. Borell. de præſt. Reg. cap. 38. num. 20. Doctor Mart. de iuriſd. par. 1. cap. 44. Ioſeph. Seſe de inhibi. inſt. Arago. §. 5. cap. 1. nu. 1.* qui di-
* cit, hanc opinionem ſequi omnes* de
3 mundo, neque dubitandum † de poteſtate Principis circa pœnarũ remiſſiones, *Cravett. conſ. 119. num. 2. Tholoſ. Syntag. iur. par. 3. lib. 36. cap. 21. n. 2. & ſeq.* & poſt *alios* dixi *in comment. ad indult. cap. 2.* ad quem lectorem remittimus, ne hic idem dicere coga-
4 mur, & propterea † omnes illi, qui ſuperiorem non recognoſcunt, & regalia iura poſſident, (de quibus diximus *in 1. lib. cap. 2. cum ſeq.*) poſſunt gratiam, & remiſſionem delictorum tribuere, idemque pariter dicendum erit de hijs omnibus, quibus iura prędicta conceſſa ex priuilegio particulari apparerent, vt poſt multos dixit *Pedemont. d. deciſ. 101. Boſſ. de remed. ex ſol. clem. Princip. num. 52. Mandell. conſ. 84. num. 45. Menoch. conſ. 191. volum. 2. Natt. conſ. 487. num. 31.* ratio
5 eſt, † quia remittere crimina eſt ſupra legem, vel contra legem, vt docet *Innoc. in cap. cum P. tabellio, nu. 2. de fid. inſtrum.* quod inferioribus prohibetũ, *Azeued. lib. 8. tit. 25. l. 1. num. 7.* Eſt
6 tamen aduertẽdum quòd non niſi ex iuſta, & Principis rationabili cauſa Reipublicę vtili, & quàm rariſſimè ad huiuſmodi gratias, delictorumq; remiſſio-

miſſiones deuenire debet, ad text. *in d.*
l. relegati, in fi. & l. ad beſtias, eod. tit. §.
planè, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.
Farinac. poſt alios de Inquiſ. q. 6. num.
19. & alias peccaret, vt è *Theologis*
dixerunt notanter S. Antoninus de Flo-
rentia p. 3. tit. 9. cap. 2. §. 5. & tit. 29.
c. 1. Nauarr. in ſumma c. 25. num. 14.
Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 4. Conrad. q.
192. art. 4. concl. 2. Sylueſt. ver. Iudex,
lo 1. num. 16. Armill. in ver. pœna §. 18.
Bannes de iuſtit. & iur. quaſt. 67. art.
4. Aragon. in ſimili tractat. quaſt. 60.
art. 5. Gregor. de Valent. 2. 2. quaſt. 21.
puncto 4. Molin. de iuſt. commut. tract.
4. diſputat. 48. cum propriè venia † ſit
7 pænæ remiſſio, ſecundùm *Senecam in*
lib. de clementia ad Neronem Capiblan.
per plura cumulãs de Baron. pragmat. 6.
8 *num. 1. cum ſeq.* & facilitas † veniæ in-
centiuum tribuit delinquendi, & è
contra, pæna impoſita minueret ma-
leficia, vt dixit *D. Ambroſius, & gloſſ.*
in capit. iniuſta 23. quaſt. 4. expedit
9 † enim Reipublicæ corruptos homi-
nes à tramite deuios, in viam retrahe-
re pęnis, & quando perditis illis nihil
ſoluta pęna proderit, cedet tamen in
aliorum commodum, qui illius pæ-
næ admonitione, tẽperantius viuent,
ſecundùm *Sotum lib. 1. de iuſt. & iur.*
quaſt. 2. articul. 2. in fine, & idem D.
Ambroſius ſermon. 8. in pſalmo, 118.
ita docet, *nec pracibus, nec lagrimis*
commiſerationis, vlloue modo virgam
iuſtitia rectitudine deflectendam, quo-
minus iudex panam legibus ſtatutam in
reos criminum exequatur, alioquin iniu
ſta eſſet miſericordia, ad tex. in cap. eſt
iniuſta, 23. quaſt. 3. in lege enim ſcri-
ptum eſt *Deutero. 19. non miſereberis*
illius; ſi quis itaq; latronem, filijs de-
precantibus motus, & lacrimis coniugis
eius inflexus, abſoluendum putet, cui
adhuc latrocinij aſpiret affectus, non ne
innocenter tradit exitio, qui liberat mul
torum exitia cogitantem? non poteſt
igitur hæc dici iuſta miſericordia, &
poſt multa addit *nonne cum vni indul-*
get indigno, plurimos facit ad prolapſio-
nis contagium prouocari? idemque tra-
didit *Origen. homil. 9. in cap. 13. Hie-*
remia, ibi, *habeat Iudex propoſitam*
quietem Ciuitati & pacem genti, cui
praſidet, prouideat; huic ſi offeratur la-
tro, honeſta forma, atate ſatis integer,
ex alio latere mater, expanſis crinibus
deprecetur, ut ſenectuti ſua miſereatur,
& ex alio vxor ne virum ſuum interfi-
ciat, lacrimabili voce deploret, circum-
ſtent, & paruuli liberi citò orbi futuri,
quid faciet Iudex? miſerebitur latroni,
an non? quid in communi expedit Ciui-
tati? ſi miſertus fuerit, reuertetur ho-
micida ad ſcelus priſtinum, ſin vero in
iudiciaria ſeueritate permanſerit, vnus
homo interibit, & vniuerſo populo pro-
10 *uidebitur.* Iudex † ergo vt cuſtos iuſti
non debet ita facilè, vel temerè pænas
legibus ſtatutas relaxare, aut commu-
tare, ſeu cõponere, præſertim in atro-
cioribus delictis, aut reos impunitos
11 dimictere, quãdoquidem munus † eo-
rum eſt qui regimini populorum præ-
ſũt curare vt pacata, & quieta ſit pro-
uintia, & Regnum purgando malis
hominibus, imò ſacrilegos, latrones,
plagiarios, fures conquirere, & prout
quiſque deliquerit in eum animaduer
tere *ad text. in l. congruit, ff. de offic.*
praſid. & habetur 3. *Reg. cap. 20. quia*
dimiſiſti virum dignum morte de manu
tua, erit anima tua pro anima eius, nam
ſecundum *D. Hieronimum cap. 22.* ho-
12 micidas, † & ſacrilegos, & venerarios
punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed
legum miniſterium *cap. homicidas 23.*
13 *quaſt. 5.* & † impunitas, inſolentiæ ma-
ter eſt, impudentiæ radix, trãſgreſſio-
nis nutrix, ſecundum *D. Iſidorum in*
loco citato, & D. Bernard. lib. 3. ad eu-
14 *genium de conſiderat.* nec malè † dicitur
impunitas, peccãdi magna illecebra,
docuit *Cicero. 3. de offic. & pro Milone,*

& eſt tex. in Novell. 30. tit. 9. circa fi. ita
acerbè punito (ait *Iuſtin.*) *vt paucorum*
hominum ſupplicio, omnes reliquos conti-
nuò caſtiges; eſtoq; ſecundum leges ex-
quiſitus delinquentium caſtigator, neq;
enim inhumanitas hoc, ſed potius quadã
15 *humanitas eſt, cum † multi paucorũ ani-*
maduerſione ſaluẽtur; hinc dicebat *Se-*
16 *neca, nocet † bonis qui parcit malis, &*
Dominicus Soto in d. art. 4. ſupra relato
poſt D. Thomam 2. 2. q. 67. art. 4. ait,
17 quod † licet ſupremus Princeps poſſit
pœnas delictorum relaxare, & remit-
tere ſecundum ea, quæ ſupra cumula-
uimus, non tamẽ abſolutus eſt, vt poſ-
ſit illas pro arbitrio ſuo veluti pallium
ſuum diſperdere, ſed vbi decere vide-
bit, aut bono publico expedire; poſſet
enim reus eſſe tam ſceleſtus, & ſtudio
criminoſus, vt ſi Rex ſupplicio non af-
ficeret, eſſet iniurius Reipublicæ, & ip-
ſe criminis reus coram Deo, nempe
quò ad vim directiuam, vt optimè do-
cuit Imperator *in l. digna vox, C. de*
leg. & optimè *Caieta. in ſumma ver. iu-*
18 *dicis peccata*, vbi dixit quod † quartũ
peccatum eſt iniuſta remiſſio pœnæ,
quãdo iudex etiam ſi Princeps fuerit,
relaxat pęnam homicidij & ſimiliũ in
damnum Reipubl. ſiquidem nocumẽ-
tum Reipub. cõiter infertur, cum ma-
li impunes euadunt, quia creſcunt, ma-
li, aut ad malum proni audent pertur-
19 bare, vulnerare, & occidere, neque † ex-
cuſat commutatio pœnæ in pecunia-
riam, neq; pax habita a parte, quoniã
20 Princeps eſt cuſtos iuſti, ita quòd † abſ-
que rationabili cauſa vtens huiuſmo-
di vocatis clementijs peccatum mor-
taliſſimum incurrit, imò reus eſt ho-
micidiorum, & aliorum cõſequentiũ.
21 quinimò † & illi qui pietatis obtentu
nimiũ procurant malefactores è Iudi-
cum manibus eripere, vel pœnæ gra-
tiam obtinere, ſiue pretio, ſiue præci-
bus, non putent ſe egregium pietatis
opus exhibere; inferunt enim ſæpe
iuſtitiæ violentiam, ſecundum *Sotum*
vbi ſupra, Alfonſus de Caſtr. lib. 2. de
leg. pænal. cap. 13. & Nauarr. in rubr.
de iudicijs, nume. 98. 99. & 100. inde
22 eſt quòd *Solon aiebat, Duo diuina lumi-*
na mũdum gubernare, præmium ſcilicet,
& pænã vt refert *Plutarchus in Solone,*
& Cicero in Brut. quemadmodum cõ-
23 tra, vbi nulla † ſæueta iudicia exercẽ-
tur, etiam bona ingenia corrumpun-
tur, ſecundum *Iſocratem in Areopag.*
& *Diuus Ambroſius in pſalmo. Bea-*
ti immaculati hocton. 18. ait, *pæna cor-*
24 *rigit, † emendat errantem, ſi talis eſt,*
qui emendari non queat, aufertur è me-
dio, nè grauiora committat, vnde non-
25 nulli philoſophi (ait ipſe) diſputarunt,
obeſſe improbis abſolutionem, mor-
tem vero prodeſſe; eo quod in illa ſit
incentiuum delinquendi, in morte
autem finis, mortuus enim iam neſcit
26 errare, *& in pſalmo 38. pæna † malis*
ad vitæ integritatem admonemur, de quo
text. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & D. Au-
guſtinus capitu. 54. ad Macedonium
quod eſt *in cap. non fruſtra, 23. quæſt.*
5. Non fruſtra, inquit, *ſunt inſtituta*
poteſtas Regis, cognitoris ius, vngula
carnificis, arma militis, diſciplina do-
minantis: habent enim omnia iſta
ſuas vtilitates, hæc cum timentur, &
mali coercentur, & quietius inter ma-
los viuunt boni, & in libr. 19. de Ci-
uitat. Dei, capit. 16. Non eſt innocen-
tia, ait, *parcendo ſinere, vt in ma-*
lum grauius incidatur; pertinet ergo ad
innocentis officium non ſolum nemini
malum inferre, verum etiam punire
peccatum, vt aut ipſe, qui plectitur,
corrigatur experimento, aut alij ter-
27 *reantur exemplo*, nulli † enim homi-
num claudenda eſt miſericordia, &
nulli peccato impunitas relaxanda,
vt refert *Alexand. de Ales par. tertia,*
quæſt. 40. membr. ſexto, articu. quarto,
& Diuus Cyprianus de abuſion. ſeculi,
Rex debet furta cohibere, adulteria pu-
nire,

nire, impios de terra perdere, parricidas, & peierantes viuere non ſinere, filios ſuos non ſinere impia agere, Nec
28 † alia ex cauſa (ait *tex. in cap. ſunt quadam*, 23. *quaſt*. 5.) gladium portant Principes mundi, ſunt enim maxime conſtituti propter latrones, homicidas, raptores, vt & illas damnent, & alios ſuo timore compeſcant, idque pariter cognouit Diuinus ille *Plato*,
29 dum dicebat, † *tres ob cauſas à ſanctis legibus pœnas delinquentibus ſtatutas; prima eſt ob ipſiuſmet Rei emẽdationem, ſecunda, vt parti offẽſa fieret aliqua iniuria compenſatio, tertia, vt exemplum prebéretur, quò alij à malefaciendo deterreantur, & Seneca* 1. *de Ira, cap*. 16. *pœna adhibentur, vt his tollantur malis ſi eſſe nocentes voluerint; aut emendentur, ſi per negligentiam aliquid admiſerint*, & propterea *idem Plato in Protagora, & Ariſtotel. lib*. 7. *politic. cap*. 13.
30 dixerunt, † quod pœnæ infliguntur
31 non ob præteritum facinus, quod † infectum amplius fieri non poteſt, ſed propter futurum, ne ſcilicet is, qui alteri iniuriam fecit, tale quid iterum commictere audeat; cæteri quoque à
32 vitijs deterreãtur; humanitate † enim, ac clementia Principis, & Magiſtratus magna ad peccandum facinoroſis feneſtra aperitur; cum ſcelera non puniuntur, ad iniuriam inferendam proni homines redduntur, ſecundum *Ariſtotel. libro primo Rethoric. capit. duodecimo*, *Plutarc. de ſera numinis vindicta*, & *Demoſten. in Midia*.
33 Idque † procedit etiam, quod delicta parua ſint, ſiquidem non puni-
34 ta nocent, quia † occultè violandarum legum conſuetudo ſerpit, que-
35 madmodum † rei familiaris facultates etiam parui ſumptus exhauriunt, ſi ſępe fiant, vt dixit *idem Ariſtotel. lib*. 5. *politic. capit*. 8. & *eleganter tradit Alexand. de Ales in dict*. 3. *part. quaſt*.

46. *memb*. 1. *artic*. 1. *ad primum*, & è
36 contra † ſupplicia facinoribus impoſita, non ſolum futurorum maleficiorum ſunt inhibitiones, verum etiam conſolationes læſorum, ſecũdùm *Plu-*
37 *tarcum in loco citato*, & † ſanè hac ratione florentes, ac beatæ fiunt Reſpublicæ (dixit *Demoſten. aduerſus Leptinem*,) quando ciues omnes pœnarum mætu à maleficijs abſtinent, & beneficiorum præmijs inuitati, officium
38 facere ſtudent, & † vt in corpore ſi quid eiuſmodi eſt quod reliquo corpori noceat, vri, ſecarique patimur, vt membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat, ſic in Reipublicæ corpore, vt totum ſit ſaluum, quidquid eſt peſtiferum amputãdum eſt, ſecundum *Ciceronem Filippic*. 8. quod ſi id ita Reipublicæ intereſt ex
39 prædictis, † abſtinẽdum Principi omnino erit ab huiuſmodi gratijs, niſi ex
40 cauſis † iuſtiſſimis, & Reipublicæ vtilibus; nimirum (ſecundum *Ciceron*. 4. *Rethoric*.) Si plura, aut maiora officia, vel obſequia, quàm maleficia delinquentis videbuntur conſtare. Si qua virtus, aut nobilitas erit in eo qui ſupplicauit. Si qua ſpes erit vſui futura. Si ſine ſupplicio diſceſſerit. Si ille ipſe ſuplex, manſuetus, miſericors in poteſtatibus oſtenditur fuiſſe. Si ea, quæ peccauit, non odio, nec crudelitate, ſed officio, & recto ſtudio commotus fecerit. Si tali de cauſa alijs quoque condonatum eſt. Si nihil ab eo periculi nobis futurum videtur. Si eum miſſum fecerimus. Si nulla, aut à noſtris ciuibus, aut ab aliqua Ciuitate vituperatio ex venia ſuſcipietur, & ſimilia, de quibus per Fratrem *Alfonſum de Caſtro lib*. 2. *de lege pœnal. capit*. 13. *D. Thomas* 2. 2. *quaſt*. 18. *articul*. 1. *capitul*. 4. & de noſtratibus *Bald*. & *gloſſ. in l. ſi ſeuerior, Cod. ex quibus cauſis infam. irrogat. Afflict. in Conſtitutio. Regni, incip*.

Digitized by Google

incip. Terminum vitæ, *Gomez. de tortur. reo. num.*38.*Tholoſ.d.cap.*21.*num.*
2. *Molin. in loco citato*, & nos diximus
*in d. Comment. ad Indultum cap.*5.*cum*
41 *ſeqq.* licet ipſo iure † iuſtæ in Principe
prçſumantur, ad tex. *in d. l. relegati, in*
fine, Florianus in l. ſi irruptione, §. *ad of*
*ficium, colum.*2 .*ff. ſi regund. Roma. cõſ.*
436. *num.*19. *Alciat. de præſump. reg.*3.
*præſumpt.*8.*nu.*1.*cum ſeqq. Camill. Borell. de præſtant. Regis Catholici, c.*38.
42 *num.*70. ſubdens † rationabilem in
Principe cauſam, aliam non eſſe, niſi
voluntatem, cui concinere ait illud
*Iunij Iuuenalis, Satyr.*6.

Hoc volo, ſic iubeo, ſufficit pro ratione voluntas.

Hoc tamen in Principe iuſto dici
non poterit, maximè quando ſumma
cum diligentia diſcuriũtur huiuſmodi gratiæ in Tribunalibus, vt fieri cõſueuit per aliquos Excellentiſs. Proreges, & docuit *Pet. de Gregor. Tholoſ.*
*par.*3.*lib.*36.*cap.*21. *num.*2. aliàs enim
(ſecundum *D. Auguſtinum*) Regna
43 † non eſſent niſi latrocinia, pax turbaretur, ſeditiones maiores, & diſcordię
orirentur, & de delictis minoribus maiora, & de maioribus atrociſſima fie-
44 rent, & è conuersò ſi † gratia cum iuſtitia fiat, & cum cauſa, eadem ipſa iuſtitia apud Deum diriget greſſus gubernantis, ad text. *in l. ſi apparitor, C.*
*de cohortal. lib.*12.
45 Aduertendum tamen eſt, quòd † ſi
tot, & tanta Reipublicæ incommoda
peruenire dicuntur ex continua gratiarum conceſſione, multo magis peſſima res diceretũ, & deteſtabilis, ſi pretio, vel pecunia delicta remitterentur,
ad text. *in Authent. vt iudic. ſin. quoq. ſuffr.* §.1. *vbi Dionyſius, colum.*2. dicit,
46 quòd † cum pœnę delictorum vendũtur, omnia mala naſcuntur, refert,
& ſequitur *Calic. de iure fiſc. dubitat.*8.
*verſ.*34. *Ioſeph Seſe de inhibit. iuſt. d. c.*
47 1. *num.*13. quinimo † & euidens ſcandalum eſt, idque grauiſſimum pretio
gratias obtinere, peſſimique exempli,
quæ (vt dixit quidã Author maximæ
autoritatis) velut dira contagio per
48 plures ſerpit, debet † enim eſſe domus
Prĩcipis, & cuiuslibet ſupremi iudicis
velut ſignum ad ſagittam poſitum, &
procerum ac Magiſtratuum exẽplar;
nemo etenim erit, qui non exiſtimet
49 idem ſibi licere, itaque, † & leges communes, & municipalia iura Regni, ac
pragmaticæ Sanctiones talia vetantes, contemptui erunt, & ludibrio, nec
50 † excuſabilis erit Princeps propterea
quod ad ipſum nil perueniat pecunię,
ſi conniuentibus oculis famulos tale
patrantes domi retineat, inſatiabili
51 cupiditate auaros, alioquin † ſi talia
impunè permittat, quid aliud erit domus Principis, quàm ſceleſtorum hominum aſylum, & nebulonum receptaculum vnde *D. Iſidorus lib.*3. *de*
*ſummo bono cap.*58. quod eſt *in c. pau-*
52 *per.* 11. *quæſt.*3. ait, † *citò violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat,*
& Arnobius, creſcit multitudo peccantium, cum redimendi peccati ſpes datur,
& facilè itur ad culpas, vbi eſt venalis
ignoſcentium gratia, de quo latiſſimè
per *Molin. de iuſt. & iur. diſputat.* 88.
53 Sed † quid ſi gratia concedi poteſt de
iure, vel ageretur de ſaluo conducto
perpetuo, an poſſit per Principem aliquid arbitrio ſuo exigi à gratiatis? videtur quod ſic, q̃a turpitudo non verſatur in hoc ex parte recipiẽtis, & minus etiam ex parte dantis, ergo licitè
recipitur, *ad tex. in l.*1. *in fine cum tribus ſeqq. ff. de condict. ob turp. cauſ.*
item quia, dum quis tenetur gratis aliquid facere, ſi pecunia accipit, vt faciat, non dicitur malè facere, ſed Princeps non tenetur aliquo iure gratias
huiuſmodi facere de tẽporalibus, quia
54 † non eſſet gratia, iubente iuſtitia, maximè quòd de conſuetudine ita vide-

tur

55 tur receptum;ego † tamen numquam
tale conſulerem, quia, etſi prædicta
56 ſortè procederent, debet † Princeps
attendere, nedum quid liceat ſecundum
iuſtitiam, verum etiam quid deceat
ſecundum honeſtatem, & quid
expediat ſecundum publicam vtilitatem,
nã hac occaſione abuſus in Republica
introducitur, & ſerperet hoc
malum ad alios non ita licitos caſus,
ſecundum *ea qua tradit Molin.de iuſt.*
*& iur.d.diſput.*88.

57 Ex prædictis nota primo, † quòd
gratia alicui facta non poteſt amplius
reuocari, eo quod, & ſi à principio
gratioſa fuerit, poſtquam tamen eam
conceſſit, & expediuit in fauorem alicuius,
non poteſt ſinè iniuria ipſius
tolli ius quæſitum *ad tex. in l.2.§.meritò,
ff. ne quid in loc.publ. l. Ariſto ff.
de donatio. l. perfecta, C. de reuocand.
donat. Caſtr. conſ.* 229. *incip. viſis, &
ponderatis omnibus,lib.3.*

58 Secundo nota, quòd † gratia Principis
dicitur perfecta, licèt nondum
fuerit exequuta, vt dixit *Rot. Roman.
in deciſ.* 12. *tit. de leg. in nouis*, quam
ſequuti ſunt *Lap. allegat.*17.*Gomez.in
tractat. de ſupramand. de prouid. num.*
132. *&* 133. *Gigans. de penſio. quæſt.*
91.*num.*4. refert, & ſequitur *Menoch.
conſ.* 1193. *lib.* 12. *Surd. conſ.*109. *nu.*
7. *Molin. de primog. Hiſpan. cap.*7. *nu.*
64.*lib.*2. & eleganter tradit *Io. Aloiſ.
Catalan. in tract. de abolit.quæſt.*7.*nu.*
26. *& ſeq.*

59 Tertio nota, quòd † gratia Principis
de ſui aſſentia ſcripturam non requirit,
ſecundum *gloſ. in cap.*1. *de cenſib.
in* 6. *Bellug. in Specul.princip.rubr.*
47. *num.* 12. & dixit *Bald. in l. ſi qua
per calumniam, C. de epiſc. & cleric.nu.*
5. quia eo ipſo, quòd per Principem
fit gratia, dicitur perfecta, ſecundum
*eum, & in l.fin. num.*6. *C. ſent. reſcind.
non poſſ. & in l. humanum, num.* 6. *C.
de leg. Canoniſta in prohem. ſexti libri,
& in rubr. de conſtitut. Celſ. Vgo conſ.*
* 16.*num.*6. vbi hanc communem *opinionem
eſſe teſtatur, *Anton.Gom. in l.*
60 41.*Thaur.* licet † ſecus ſit quo ad illius
probationem, & executionem, vt poſt
alios, dixerunt *Surd.d.conſ.*109.*num.*6.
*& ſeq. Catalan. in loco citato, num.*26.
*Molin. d.cap.*7.*num.*65. *Borell. de præſtant.
Reg.d.cap.*38.*num.*54.*& ſeq.* vbi
optimè declarat.

61 Multa † alia dici poſſent circa gratias
generales Principum, de quibus
latè diſſerui *in Commentario ad indultum
Regis Filippi Catholici* conceſſum
Regnis ſuis ob eius fæliciſſimas nuptias,
& paternas ſucceſſiones, quem
in fine huius tractatus iterum imprimi
curabimus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ortum habet à ſuprema Principis iuriſdictione.*

2 *Appellatione oppreſſis quodammodo ſubuenitur.*

3 *Appellatio interponenda tollit primo iudici materiam delinquendi.*

4 *Appellatio eſt pars defenſionis naturalis.*

5 *Appellatio dicitur præſidium innocentiæ, non autem remedium ad defenſionis iniquitatem.*

6 *Appellatio bina in eadem cauſa à iudice inferiori non permittitur.*

7 *Appellatio quos bonos effectus pariat.*

8 *Appellatio competit Principi tamquam de ſibi reſeruatis & etiã à quocumq; Magiſtratu, & nu.* 17. *&* 18.

9 *Appellatio non dicitur abdicata in generali conceſſione iuriſdictionis, niſi expreſsè dicatur, & nu.*17.*ampl.n.*11.*limit.nu.*34.

10 *Princeps non poteſt ita Terras concedere, vt ad eum non appelletur, & numero* 19.

*Iuriſdictione conceſſa, quæ concedi videtur, ſub nu.*10.*&* 11.

Verba

12 *Verba ſimpliciter prolata intelliguntur tantum de primo actu.*

13 *Appellandi facultas conſuetudine, vel præſcriptione acquiri non poteſt, lim. nu. 14. & 15.*

16 *Appellatio prima de omnibus cauſis Baronibus, & ſimilibus competere videtur.*

19 *Appellationum iura ſemper apud Principem remanent reſeruata, licet Terra, & locus ſit generaliter exemptus, & ibi de ratione ampl. nu. 20. 24. & 26. lim. nu. 21.*

22 *Appellandi ius ſi Princeps à ſe abdicauerit, poteſt ſucceſſor illud reuocare, ac etiam de ratione vide nume. vigeſimotertio.*

25 *Appellatio à delegato fieri debet ad delegantem.*

27 *Appellatio à ſententijs Prælatorum iuriſdictionem temporalem à Rege habentium, ad ipſum Regem interponitur, & de ratione num. 31. ampl. numer. 28.*

29 *Princeps numquam intelligitur velle à ſe abdicare omnem iuriſdictionem, & dignitatem.*

30 *Caſtrum conceſſum Eccleſiæ, licet in dubio præſumatur liberum, & non feudale, non propterea dicitur liberum ab appellatione ad Principem, & de ratione vide nume. 31. limit. nume. 34.*

32 *Rex in Ducatu conſideratur vt Dux, & non vt Rex.*

33 *Rex ſi iudicat vt Dux, appellatur ad ſuperiorem in Ducatu; non attenta Regia dignitate.*

Io. Franciſcus de Ponte religioſus efficitur, ſub nu. 33.

34 *Princeps concedens iuriſdictionem eccleſiæ Romanæ, intelligitur à ſe abdicaſſe etiam appellationem.*

ARGVMENTVM.

De Appellationibus.

CAPVT VIII.

1 EX ſuprema † Principis iuriſdictione,
& poteſtate ortum
habuit effect⁹ prouocandi, & appellandi à grauaminibus, & iniuſti-
2 tijs magiſtratuum, quo † oppreſſis
quodammodo ſubuenitur: & iudi-
3 ci † iudicāti materia delinquendi am-
putatur, ad text. *in l. 1. C. de appellat.*
Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quaſt. 70.
4 *num. 3.* & † ſit pars defˌnſionis natu-
ralis, vt dixit *And. in cap. 1. in verb. bo-*
na committentium crimen læſæ maieſta-
tis, num. 17. & 18. quæ ſint regal. Vinc.
de Ann. in cap. 1. num. 205. de vaſſall.
5 *decrep. ætat.* & præſidium † innocen-
tiæ, *ad tex. in cap. cum ſpeciali, §. por-*
ro, de appellat. non autem remedium
ad defenſionis iniquitatem inſtitutū,
vnde *Aurel. Caſſad. lib. variar. q. epiſt.*
18. appellare † (inquit) *à ſubiecto iudi-*
cibus ordinarijs in vna cauſa, ſecundò nō
patimur, ne quod ad remedium repertū
eſt innocentis, aſylum quodammodo vi-
deatur eſſe criminoſis; & ideo dicebat
Cicero de leg. lib. 3. ſed quæro, quid hac
re ſit turpius, quàm ſine prouocatione
7 *ſenator;* Hac † enim ratione ſummæ
lites finiuntur, pacate, & traquillè
ciues inter ſe degunt, ſecundum *Ari-*
ſtotel. 2. polit. capitu. 6. Hoc autem
8 appellationum ius † competit Princi-
pi tanquam de ſibi reſeruatis, vt dixit
Bald. in Authen. quas actiones, num. 14.
in fine, C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & in l.
1. quaſt. 43. ff. de rerum diuiſ. Crauett.
conſ. 209. num. 9. volum. 2. Boſſ. de for.
compet. num. 43. & in tractat. de Princ.
num.

num.281. Doctores in l. imperium, ff. de
iuriſd. omn. iudic. Iaſ. in conſ. 123. lib.
1. Roland. conſ. 4. nume. 40. volum. 3.
Auend. de exequend. mandat. lib. 1. cap.
5. & 6. & ad eum quiſquis poteſt à
quibuslibet iudicibus, & magiſtrati-
bus appellare ad tex. in l. Imperatores,
ff. de appellat. Azor. de inſt. & iur. par.
9 2. lib. 11. cap. 4. & † ideo non venit in
cõceſſione, niſi de ea facta ſit ſpecialis
mentio, ſecundum Angel. in l. 1. §. qui
mandatum, in fine, ff. de offic. eius. Ia-
cob. de S. Georg. de feud. in verb. cum
mero &, mixto imperio, nume. 9. Natt.
conſ. 580. num. 25. Cabed. dec. 40. num.
12. par. 2. vbi ex hoc infert, quod non
10 † poterit Princeps ita Terras cõcede-
re, ne ad eum appelletur, ſecundum
Angel. vbi ſupra, Purpur. in l. Imperiũ,
num. 75. ff. de iuriſd. omn. iud. Conarr.
pract. quaſt. cap. 4. nume. 4. Auend. de
exequ. mandat. d. cap. 5. num. 2. Auiles
c. 38. Prat. nu. 2. Regner. Sextyn. de re-
gal. lib. 1. cap. 2. num. 14. cenſetur enim
conceſſa ſolummodo iuriſdictio illa,
quæ cohæret territorio, ſecundũ Bart.
in l. 1. in fine, ff. de iuriſd. omn. iud. Bal.
in cap. 1. colum. 4. verſic. item ſcias, de
Capit. qui cur. vend. & in l. cum multa,
C. de bon. qua lib. & in capit. 1. in princ.
in vltimis verbis de contr. inueſt. Natt.
conſ. 405. num. 1. Rim. iun. conſ. 68. nu.
20. Roman. conſ. 444. Brun. cõſ. 102.
num. 1. & poſt alios Illuſtris Marchio
11 de Pont. dec. 2. num. 23. idque † proce-
dit etiam ſi conceſſio facta fuiſſet cum
omnimoda iuriſdictione, Aymon.
Cranett. in d. conſ. 209. num. 9. Rolãd.
conſ. 75. num. 10. verſic. 13. Natt. in d.
conſ. 580. in fine, vbi reprobant Iaſ. ĩ
conſil. 161. qui tenet contrarium, Co-
narr. pract. quaſt. cap. 4. num. 6. concl.
1. Petr. de Gregor. de conceſ. feud. par.
7. quaſt. 2. nume. 15. Bonad. lib. 2. polit.
cap. 16. num. 76. Surd. in conſ. 275. nu.
4. volum. 1. vbi ait rationem eſſe, quia
12 † ſermo ſimpliciter prolatus intelligi-
tur de primo actu, non de ſucceſſiuis,
ad text. in l. bone, §. hoc ſermone, ff. de
verb. ſignificat. l. dotis promiſſio, ff. de
iur. dot. & ſic reſpectu actuum primæ
cognitionis, vt dixerunt Cranett. &
Iacob. de S. Georg. in loco citato, Capic.
in inueſtit. feudal. §. feudorum acceſſo-
ria, verſic. appellationum cauſæ, Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. authorit. 13. num. 6. &
13 authorit. 14. intantum quòd † neque
poteſt ius tale appellandi conſuetudi-
ne, vel præſcriptione acquiri, ſecun-
dum Bald. in d. Authent. quas actiones,
Brun. in d. conſ. 102. & Natt. d. conſil.
580. nume. 24. Conarr. ĩ cap. poſſeſſor.
2. par. §. 2. num. 8. Mart. de iuriſd. par.
14 4. caſ. 198. num. 2. niſi eſſet immemo-
rabilis vt dixerũt plures relati per Ro-
ſental. cap. 5. concl. 16. num. 3. licet quò
15 † ad primam appellationem aliud te-
neat idem Natt. in cõſ. 98. num. 16. &
30. vbi ita reſpondet Baldo, & ſubdit
aliud eſſe in totum tollere, & aliud li-
mitare ad notat. in l. fi. C. ſi contr. ius
vel vtil. publ. Pariſ. cõſil. 8. num. 32. &
ſeq. volum. 1. Mart. caſ. 199. nu. 7. & 8.
par. 4. Roſentall. de feud. cap. 5. concluſ.
5. nume. 9. quod in Regno noſtro eſt
prouiſum per Capi. Alfonſ. 457. vbi
16 † Barones de omnibus cauſis tam ci-
uilibus, quàm criminalibus ad eorum
cognitionem pertinentibus habẽt pri
mas tantum appellationes, vt infra
dicam lib. 4. cap. 16. ampl. 4. & pariter
per legem Guadalayare apud Hiſpanos
prouiſum eſſe teſtatᷣ poſt alios Bonad.
lib. 2. polit. cap. 16. num. 77. cum ſequ.
17 intantum † quod vt ſupra diximus,
expreſſa requiritur conceſſio, ad text.
in cap. cum in generali, de offic. vicar.
in 6. Do. Borell. in cõſil. 86. num. 18. &
Roſantel. vbi ſupra nu. 14. quandoqui-
dẽ huiuſmodi prærogatiuæ, inhæren-
tes oſſibus Principũ, difficile & quo-
dammodo impoſſibiliter ab eis ſepa-
rari queunt, vt dixit Luc. de Penn. in l.
contra publicam, colum. 5. verſic. ſed po-

ne Rex, C. de re milit. lib. 12. Surd. d.
cõſil. 275. num. 6. & 7. vbi hoc ampliat
ſtante ſuperioritate alta, & ſuprema
18 iuriſdictione, † quæ ab ipſis nũquam
abdicatur, vt dixit idem Luc. de Pẽn.
in l. quicũque, C. de omn. agr. deſert. lib.
11. Gugl. de Bened. in cap. Raynutius, in
verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu-
me. 319. de teſtamẽt. & eſt forma &
ſubſtantialis eſſentia Regiæ maieſta-
19 tis, adeo vt † impoſſibile ſit aliquem
locum eſſe exemptum, vel alteri do-
mino ita ſubiectum, quòd iura appel-
lationum, & ſupremę poteſtatis pęnes
eos non reſideant, vt dixit Couarr. in
dict. cap. 4. Iaſ. in d. conſil. 161. volum.
2. poſt Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in
cap. cum epiſcopus, de offi. ordinar. in 6.
Plot. in l. ſi quando, nu. 278. C. unde vi.
20 neque † ſufficeret conceſſio meri, &
mixti imperij ſecundum communem
* opinionem, * de qua per Couarr. in d.
cap. 4. num. 6. Bouadill. d. cap. 16. nu. 76.
Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 5. nu. 5.
& ſeq. & Dom. Carol. Tap. in conſtitut.
ea qua num. 39. vbi ait, hoc eſſe expe-
ditum in Regno Neapolitano, quod
pariter aduertit Dom. Borell. d. cap. 39.
21 num. 43. niſi † addita eſſet clauſula, (&
cum regalibus) ſecundum Oſaſc. in cõſ.
22 59. num. 6. & ſeq. adeò quod ſi † hu-
iuſmodi conceſſio appellationum for-
te reperiretur, poſſet à ſucceſſore re-
23 uocari, quia aliàs † Barones eſſent ſi-
cut Reges in terris eorum ſecundum
Afflict. in Prælud. Conſtit. Reg. quaſt.
24. ſub num. 9. Surd. conſil. 323. num.
17. volum. 3. Capiblan. de Baron. prag.
8. num. 73.

24 Idque † procedit etiam ſi Barones
conceſſionarij primam cauſam alteri
delegarent, quia ſi non habent cauſas
appellationum, non poſſunt cogno-
ſcere de appellatione, licet à delegato
25 † appelletur ad delegantem, vt dixit
Frecc. de feud. lib. 2. authorit. 13. num.
26 6. nam † per indirectum ſibi vſurpa-
rent cauſas appellationum, quas ex
priuilegio non habent, ad notat. per
Franc. in capit. dilecti, de appellation.
Gemin. & alios, quos refert idem Frecc.
ad quem ſe remittit Dom. de Ponte in
tractat. de poteſtat. Proreg. titul. de
27 elect. offic. §. 1. num. 48. & pariter † in
Prętatis, qui iuriſdictionem tempora-
lem haberent à Rege, quia vigore il-
lius iuriſdictionis ad Principem con-
cedentem erit appellandum, ad text.
in cap. Romana, §. debet, ibi, (niſi fortè
de conſuetudine, priuilegio, ſiue iure alio
ſpeciali, &c.) de appellat. in 6. Felyn. in
cap. ſolitè de maior. & obbedien. Bart. in
l. ſi quando, C. de appellat. Io. Andr. in
addit. ad ſpecul. in titul. de iuriſd. omn.
iud. in verb. paſtoralis, vbi facit nota-
bilem diſtinctionem Angel. in l. 1. §. fi.
ff. de offic. eius Alberic. in Authen. ſta-
tuimus, num. 6. C. de epiſcop. & cleric.
Iaſ. conſ. 123. volu. 2. Couarruu. pract.
quæſtion. cap. 4. nu. 2. Caro. de Graſſal.
de iur. rega. lib. 2. iur. 4. vbi ampliat
28 † etiam ſi haberent temporalitatem
allodialem à nemine recognitam Spe-
cul. in §. nunc tractemus titul. de appell.
Guid. Pap. deciſ. 518. & 551. Capic. in
inueſtit. feudal. in verb. feudales appel-
lationes, & in verb. feudum dant, verſ.
Imperator, ibi, prima erit declaratio,
29 qui ait, quòd † Princeps nunquam
dicitur velle à ſe abdicare omnem iu-
riſdictionem, & dignitatem, & oppo-
30 nit † de caſtro conceſſo eccleſiæ, vt li-
berum præſumatur, & tandem ſoluit,
quòd hoc erit quòd non ſit feudale,
non autem vt ſit exemptum à ſupe-
rioritate, & ſic ab appellatione, Cabed.
deciſ. 11. num. 3. & d. deciſ. 40. num. 13.
Surd. conſ. 275. lib. 2. Peregrin. conſ. 1.
volum. 1. Doctor Mart. in tractat. de iu-
riſd. d. caſu 198. num. 2. & ſeq. ſubdẽs,
31 quòd † tunc Prętatus iudicatur vt Ba-
ro, & ratione iuriſdictionis, quam ha-
bet à Rege, iudicat vt laicus, & non vt
clericus Andr. in cap. 1. de cap. Corrad.
num.

num.17.& 21.verſ. nunquid Frece. de ſubfeud.lib.2.titu.de differ. inter feud. regal.& alia nobil.diff.53. Cancer. variar.reſolut.lib.3.cap.13.n.345.& ſeq. Octau. Bambac.in tit.ſi de feud.defunc. mili.§. qui clericus q.6. num.6.& 137. Oliban.de iur.fiſc.cap.10.nu.13. Mich. Ferrer.3.p.obſer.c.168. ſicut dicitur in
32 Rege,† qui in Ducatu conſideratur vt Dux,& non vt Rex,ſecundum *Feder. de Sen. in cõſ. 220.colum.ſi.Gabr.cõſil. 195.num.9.vol.2.Surd.in cõſ.19.num.*
33 *33.* ideoque † ſi Rex iudicat vt Dux, appellatur ad ſuperiorem in Ducatu, non attenta Regia dignitate, vt dixit *Bart.in d.l.ſi quando,Igneus in l.neceſſarios,* §.*non alias num.428. ff. ad Sillan.& Bald. in add. ad Speculat. in tit. de appellat. Aufrer. de poteſt. eccleſ. in ſecul. nume.14. verſ. 19. Franc. Marc. dec.Delfin.454.num.10.par.1.Miſing. obſeruat.centur.5.obſeruat.5. Scrad.de feud.par.*10. & poſt omnes eleganter, ac doctè more ſuo Illuſtriſſimus *Do. Marchio de Ponte*, nunc religioſiſſimè viuens inter patres clericorum regularium Theatinorum, *in dec.ſua 2.per*
34 *totam*, vbi *nu.* 20. limitat, † quando cõceſſio iuriſdictionis facta fuiſſet Ec-
* cleſiæ Romanæ iuxta communẽ* diſtinctionem *Io. Andr.* & aliorum, per eum relatorũ, ſm quã fuiſſe determinatũ *in Collaterali Conſilio* teſtatur.

SVMMARIVM.

1 *Locus in quo reſideant Magiſtratus eſt neceſſario conſtituendus, vt ab eis iuſtitia commodè adminiſtretur.*

2 *Locus in quo ius reddebatur antiquitus nullus certus erat, ſed calo aperto omnia iura adminiſtrabantur, & nu. 3. & 17. qui locus forum, & conuentus appellabatur, d.nu.3.4.5.10.25.& 26.& de ratione, num.27.*

5 *Ærarium, & curia foro ſunt coniungenda.*

6 *Curia in primis conſtitui debet in Ciuitatis commodum, & ornamentum, ampl. num.44.*

7 *Tribunalia iuxta templa quare veteres collocabant, & num.4.& 8.*

9 *Locus Magiſtratuum, antiquitus qualis eſſe debebat, & num.10.*

11 *Athenienſes Senatum in Templo Martis conſtituerunt.*

12 *Romani ſanatum in ſacris ædibus habuiſſe referuntur, & de ratione num.13.*

14 *Tribunalia propter reuerentiam diuina domus hodie in eccleſijs reſidere non licet ampl.num.20.*

15 *Caius, & Scipio Conſules eo quod in templis parlamenta feciſſent dignitate priuati fuere.*

16 *Tribunalia debent eſſe diſtincta, & gradus curiarum diuerſis varijsque iudicibus negotia ſunt committenda, & ibi de ratione.*

18 *Locus Tribunalium qualis hodie ſit conſtruendus.*

19 *Locus Tribunalium in debita forma vbi fuit primo inſtitutus.*

21 *Locus Tribunalium in qua parte vrbis ædificari debeat remiſſiue, & de ratione num.22. ſed quid de iure diuino vide num.23.& 24.*

25 *Forum quid ſignificet, & vnde dicatur, num.26. & vide in verb. Locus.*

28 *Locus in quo Magiſtratus iura adminiſtrant varijs nominibus nuncupatur, & num.29.& 30.& cum ſequentib. & quid in Regno noſtro, num.33.*

34 *Locus ſeu Palatium, in quo Tribunalia commorantur plurima habet priuilegia, de quibus etiam num.37. vſque ad finem capituli.*

35 *Palatia Principum nõ debent parietibus priuatorum cohærere.*

36 *Carcer publicus non debet priuatis ædificijs coarctari.*

38 *Princeps non debet priuatas domos habitare, & num. 39. ibique de ratione limit.num.40.& num. 44.*

40 *Princeps ſolus poteſt habitare in domo, & ædificio in quo Magiſtratus habitant iuſtitiam adminiſtrantes, & ibi de ratione.*

41 *Princeps ſolus poteſt ſedere in loco, ſeu Banco iuſtitia in quo Magiſtratus ſedent, & de ratione* num. 40.

Princeps dicitur ſummus Magiſtratus ſub num 40.

42 *Tribunalia, quæ hodie in Regio Palatio commorantur, in quo loco olim reſidebant,* & num. 43.

44 *Magiſtratus ſi non habent ſtatutum locum, in quo ius reddere poſſint, debet vniuerſitas de publico domum conducere.*

45 *Iudex vnus ſemper reſidet in Palatio Magna Curia Vicaria Neapolis, vbi Tribunalia coadunantur, & ibi de ratione.*

46 *Magiſtratus omnes deberent noctu diuque habitare in loco vbi iura adminiſtrant, & ibi de ratione.*

48 *Nemo poteſt ingredi cum armis Palatia Principum, nec pariter locum in quo Magiſtratus ius reddere ſolent,* & num. 49. limit. nume. 50. *ſed de conſuetudine non ſeruatur,* dicto numer. 49.

51 *Iudicia ſi exerceantur extra locum in quo Magiſtratus coadunantur ad iuſtitiam adminiſtrandam, acta ſunt nulla,* limit. num. 52.

53 *Archiuia ſcripturarum debent permanere vbi Magiſtratus cauſas diſcutiunt.*

54 *Palatia Tribunalium debent eſſe contigua carceribus,* & num. 5. & ibi de ratione.

55 *Domus priuatorum poſſunt capi pro ædificandis palatijs in quibus per Magiſtratus ſit publicè ius reddendum.*

56 *Palatia Tribunalium non poſſunt præſcribi.*

57 *Palatia Principum ac etiam illa in quibus iura adminiſtrantur omnibus præbent ſecuritatem,* & num. 59° 61. & 64.

58 *Deiotes cum eſſet à Madis vocatus vt iudicares quid fecerit propter manum.*

60 *Delinquens in Palatio Principis qualiter puniatur,* & num. 62. & 63.

61 *Palatium Principis dicitur quaſi ſacrum & omnibus Aſylum,* & numer. 64.

62 *Alapam inferens in Palatio Papæ qualiter ſit puniendus.*

65 *Romani in ſupremo conſiſtorij loco quod ſcriptum propoſuerant, & ibi de eius ſignificatu.*

66 *Magiſtratus debent præ oculis habere ſubditorum publicam vtilitatem, vt ciues bonos, & beatos efficiant.*

ARGVMENTVM.

De Palatijs Magiſtratuum.

CAP. IX.

1 EX his, quæ † pro
recta iuſtitiæ ad-
miniſtratione ne-
ceſſaria ſunt, il-
lud quidem mihi
præcipuum viſum
fuit, vt ſtatutus
locus, In quo iudicia inſtituenda,
& exercenda ſint, à Principe colloce-
tur, ad text. *in l. Prætoria, C. de ope-*
2 *rib. publ.* ſiquidem apud † antiquos,
aliquando certum non fuiſſe conſtat,
cum enim fora loca fuerint, in qui-
bus ius diceretur, fiebat, vt in diuer-
ſis pro neceſſitate redderetur, ſecun-
dum *Nonium Marcellum de ſermone la-*
3 *tino*, inde † Prætores & foram indi-
cere dicebantur, cum locum iuriſdi-
cendi, qui conuentus vocabatur, de-
ſignabant, & forum agere, cum con-
uen-

uentu in prouincia iuriſdicendi cau-
ſam habebant, vnde *Virgilius*.

Indicitque forum, & fratribus dat
iura vocatis.

4 Et † ob id *Plato lib.6.de leg.* ait, *Tem-*
pla circa forum ſtruuntur, iuxta hac
magiſtratuum vndecunque palatia, in
quibus quaſi ſacratiſſimis iuſtam & ac-
cipient, & ferent ſententiam, partim
quidem tanquam de rebus ſacris indi-
caturus, partim vero tamquam indi-
cantium Deorum ibi ſint delubra: ibi
etiam iudiciaria domicilia, in quibus de
homicidijs, caterisque capitalibus iniu-
rijs iudicatur, & *Ariſtot. lib.7. polit. cap.*
12. *Magiſtratibus autem* (inquit) *qui*
contractuum curam habent, quique cau-
ſarum ſcripturis, caterisque ſimilibus
praſunt, locus circa forum, & publicũ
aliquem conuentum, debet eſſe conſtitu-
5 *tus*; idemque proſequitur *Vitruuius*
lib. 2. capit. ſecundo, ibi, *AErarium*,
6 † *carcer, Curia, foro ſunt coniungenda*
6 maximè quidem † Curia in primis eſt
facienda ad dignitatem municipij,
ſiue Ciuitatis vt aduertit *Simanc. de*
Republ. libr. 8. capitu. 10. dicens, quòd
ſi forte publica domus in Ciuitate
non ſit, in qua Præfectus vrbis,
& Senatores commodè conuenire
poſſint, curare præfectus debet, vt
quam primum fieri queat, edificet,
de quo in Regnis Hiſpaniarum extat
l. 15. titu. 3. libr. 6. & l. 1. titu. 1. libr.
7. vbi *Azeued.* multa notat, *Bonadill.*
libr. 3. politicorum, cap. 7. num. 3. Curia
Piſan. libr. 1. cap. 5. num. 1. & licet ve-
7 teres † ſoliti fuerint iuxta templa tri-
bunalia ſua collocare, vt hac re mone-
8 rentur † iudices ſe à Deo conſtitutos,
eiuſdẽ ſubiectos iudicio eſſe, & ſi alias
fieret iuſtum non fuiſſet, vt dixit *Pla-*
to in d. lib. 6. de leg. Aullus Gellius Noct.
Attic. lib. 14. Feneſtell. de Magiſtratib.
cap. 1. Surg. de Neapol. Illuſtr. c. 6. n. 15.
Hoctom de verb. iur. in fi. in tit. de Sena-
tor. c. 4. Curia Piſa. in d. cap. 5. num. 3. &
fuit dictum *Ariſtotel. libr. 7. polit. cap.*
9 12. vbi ait, *ades Deorum, ac † principa-*
liſſima Magiſtratuum commeſſationes
idoneum locum habere debent, & eũdem
ſacra quotcumque lex non ſeparet, ſeu
10 *reſponſum oraculi. Eſſet † autem talis*
locus quiſquis ſupereminentiam habe-
ret, & ad edendam virtutem ſufficien-
ter, & ad vicinas partes Ciuitatis ex-
cellenter. Decet autem ſub hunc locum
conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt
in Theſſalia eius, quod liberum forum
dicebant, id eſt quod debet eſſe purum ab
omni mercatu, & neque opifices, neque
agricolas, neque alios tales vllos illi ap-
propinquare, niſi à Magiſtratibus voca-
rentur, idemque tradit notabiliter *D.*
Borellus de praſtant. Regl. Cathol. capit.
11 60. *num.* 10. vbi ſubdit, quòd Athe-
nienſes Areopagitarum Senatum in
templo Martis conſtituerunt, in quo
iudices ſententiam diſceptabant, eo-
tumq; iudicium exquiſitiſſimum ha-
12 bebatur, ita & apud † Romanos Sena-
tum in ſacris ædibus, & templis habe-
ti conſueuiſſe, quandoque in templo
Caſtoris, & Pollucis, aliquando in tẽ-
plo Martis, in tẽplo Bellonis, & Apol-
linis, vt ibi per *eum*, & tradit *Surg. in*
13 *loco citato, c. 10. nu. 1. & ſeq.* cuius † rei
cauſa ea videtur fuiſſe, quòd in iudi-
cijs ita agebant grauiſſimi, & diſertiſ-
ſimi oratores, vt auditorum frequẽtiã
non caperet Baſilica, aut ne priuato-
rum litium actio, quę intus ab obſtre-
pãtibus rabulis latrabatur cauſas ma-
gis ſerias impediret, ſecundum *Feli-*
citum in hiſtoria Fori Romani, lib. 1. c. 2.
14 attamen † propter reuerentiam diuinę
domus nõ decebat ibi iudicia exerce-
ri, ad tex. *in cap. decet, de immuni. eccle-*
ſiaſt. ibi, *ceſſent confabulationes, & par*
lamenta, & tex. in cap. cum eccleſia eod.
tit. Didacus Perez in rubr. tit. 19. lib. 8.
ordination. & in l. 4. tit. 2. lib. 1. recopil.
vbi etiam Azeued. qui teſtãtur de hoc
adeſſe motum proprium Pij Quin-
ti,

ti, *Geminian. in d. cap. decet, num. 3. &*
15. *vbi ex Valerio Maximo* refert, quòd
15 † Caius Conſulatum Galliæ, & Sci-
pio Conſulatum Corſicæ à Senatu
priuati fuerunt, eo quod in templis,
& ſacris ædibus parlamenta feciſsent
D. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de diuer.
prouiſ. §. de nundin. num. 11. Conſtitu-
16 tutum † itaque fuit, vt diſtincta ha-
berentur Tribunalia, diuerſiq; curia-
rum gradus, & diſtinctæ negotiorum
qualitates diuerſis iudicibus, & ſin-
gulis commiſſæ, quò facilius expedi-
ri lites poſſent, & in alio loco non ſub
17 dio † Æthere, cœloque aperto, vt
apud pleroſque fuerunt, quemadmo-
dum L. Piſonis, A. Claudij, & alio-
rum exempla oſtendunt, neque hu-
18 milis ædificij ſecluſis penitus ſumpti-
bus, & ornatu, vt apud Lacedemo-
nes ſeruatum fuiſſe tradit *Plutarcus in*
vita Licurgi, ſed tecto, & nobiliſſimis
ædificijs ornata palatia hęc conſtrue-
rentur, cum non eſſet expediens tem-
poris tranquillitatem expectare, vr-
gente die iudicij, vt dixerunt *Bonad. in*
d. cap. 7. num. 4. & Petrus de Greg. Tho-
loſ. de Republ. lib. 2. cap. 6. num. 2. 3. &
19 8. ſubdens, quòd † primum ſimile prę-
torium Luteciæ Pariſiorum inſtitutũ
fuit, & inde in alijs partibus Galliæ,
& pariter Germaniæ, vt ſcribit *Corne-*
lius Tacitus de Germanorum moribus,
& licet in parlamẽtis, ſeu ciuium adu-
nãtijs procedere id videatur, vt ꝓpriè
loquitur *tex. in d. c. decet*, & propterea
minime in iudicum decurijs, & ſentẽ-
tijs locum ſibi vẽdicare poſſe, aſſerat
Borell. in loco proximè citato, num. 17.
20 vetum & † in omnibus ampliatum
fuiſſe, dicunt *Authores* relati, non mi-
nus enim ex his quàm ex litigantium
concurſu, iudicijſque ferendis diuina
officia impedirentur, aliaque, & va
ria templis incommoda tribuerentur.
21 Quo † autem in loco conſtruendum
eſſet notat *Surg. in loco citato, num.* 23.
22 ibiq. rationẽ † reddit quare maximum
illud Vicariæ Palatium in vrbis An-
gulum, & quaſi extra mænia reiectũ
ſit, & non potius in vrbe media con-
ſtructum: vbi conſtrui debuiſſe vide-
tur; eamque ſubdit eſſe, quia à pri-
uatorum ædificijs ſemotum eſt, pro-
pter carceratorum machinationes, &
propter familiam armatam, quæ cir-
ca portas, & muros detineri conſue-
uit, vt ſi opus foret, familia ad auxi-
lium euocari poſſet, & alia de qui-
23 bus per eum; ego † autem arbitror eſ-
ſe hoc pręceptum domini *in Deutero.*
capit. primo, ver. 19. & capit. 16. ver.
17. ibi, *iudices, & magiſtros conſti-*
tues in omnibus portis tuis, quas Domi-
nus Deus tuus dederit tibi, vt iudicent
populum iuſto iudicio, nec in alteram
partem declinent, & apud *Zach. ca-*
pit. octauo, ver. 16. veritatem, & iu-
dicium iudicate in omnibus portis ve-
ſtris. Et ob † id publica iudicia apud
Hebræos in portis Ciuitatis exerce-
bantur, idque ſæpè notaſſe ſe dicit *D.*
Hieronim. in cap. 5. Hamos, & d. cap. 8.
Zach. & animaduertit etiam *S. Gregr.*
Papa lib. 21. Moralis expoſit. in Iob cap.
15. ſed nullo annotante res eſt in ſcri-
ptura notiſſima, vt monet *Ribera in*
dictum cap. 5. Hamos; nec erit incon-
ueniens inſigniora loca annotaſſe.
Ruth. 4. aſcendit Booz ad portam, &
ſedit ibi. 2. Reg. 15. & mane conſur-
gens Abſalon ſtabat iuxta introitum
porta in via, & omnem virum qui ha-
bebat negotium, vt veniret ad Regis
iudicium vocabat Abſalon ad ſe. Hinc
illud *Iob 31. ſed leuaui ſuper pupillum*
manum meam etiam cum me viderem
in portis ſuperiorem, & pſalm. 126.
Non facias violentiam pauperi, quia
pauper eſt, neque conteras egenum
in porta; quia iudicabit Dominus cau-
ſam eius, & cap. vlt. nobilis in portis vir
eius quando, ſederit cũ ſenatoribus ter-
ra; Hamos 5. odio habuerũt corripientes

in

in porta, & poſtea Hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta; antiquiorem vero facit Reſpublica Hebreorum morem hunc *Martinus del Rio in illud Geneſ. cap. 19. Veneruntque duo Angeli Sodomam veſpere, & ſedente Lot in foribus Ciuitatis*;
25 nec† omnino aborrent à vero *vt ſupra* dixi forum hoc, eſſe locum illum, vbi iudicia exercebantur apud Romanos, ad notat. *per Petr. Greg. Tholoſ. de Re-*
26 *publ. lib. 2. cap. 6.* ex foribus † dictum, quia iudicia extra fores antiquus exercebantur.

At vero literalem cauſam, quare
27 † præ foribus iudicia exerceri conſuetum eſſet apud *antiquos* hanc eſſe ait *S. Hieronymus locis relatis.* Vt ne agricola (inquit) ad cauſam veniens frequentia Ciuitatis, & nouo teneretur aſpectu, nec vrbis habitator longe ab vrbe properaret, & ſubuecturam quęreret iumentorum.

28 Locus † tamen iſte varijs nominibus dictus fuit, nimirum concilium, Senatus, ordo, collegium, congregatio, Capitulum, adunantia, corpus, ſecundum *Anton. de Roſell. in tractat. de poteſtat. Papa*, quem refert *Curia Piſana in d. cap. 5. num. 5. Auiles cap. 18. Pret. verb. de Conſcio. & Bonadill. in d.*
29 *cap. 7. num. 5.* † vocatur etiam palatiū, & prætorium, *ad text. in l. 2. C. de decurion. lib. 10. l. 3. & l. quicumque, C. de operibus publ. l. 3. de metall. lib. 12. l. omnes §. 1. C. de epiſcop. & cler. Doctores omnes in cap. 1. verb. palatia, qua ſint Regal. Marc. Anton. Surg. de Neapol. il-*
30 *luſtr. cap. 14. num. 9.* vbi ait quòd † palatia in quibuſuis vrbibus conſtructa, regendæq. iuſtitiæ deſeruientia, prætoria dicuntur *Regner. Sextin. in loco citato nu. 8. Panciról. in notit. Imperat.*
31 *cap. 98. col. 3. verſ. Pratorium*, Alij† curiam nuncuparunt, *ad text. in l. obſeruare in verb. curiam, C. de decurio. lib. 10. vbi Platea, & Luc. de Penn. Io. de Montag. in tractat. de parlam. verſ. & primo curia eſt, num. 5. Camil. Borell. conſ. 26. num. 32. & 39. volum. 1.* Apud
32 † Romanos autem dicta fuere tribunalia, vt dicit *Petr. de Gregor. Tholoſ.*
33 *in d. cap. 6. num. 4.* quo † nomine vtimur in Regno.

34 Hæc autem † Palatia vbi Tribunalia commorantur multa habent priuilegia, ſiquidem parietibus, & ædificijs priuatorum minime sūt coartanda, *ad text. in l. pratoria, C. de operib. publ. Mutius Surg. in addict. Neapol. Illuſtr. capit. 22. priuileg. 42. fol. mihi 382. Balzer. in d. titul. qua ſint Regal. verb. palatia, num. 2.* & ibidem *Afflict. num. 4. Caſtald. de Imperat. quaſt. 110. verſic. ſeptuageſimo Capic. in inueſtit. feudal. verb. feudorum clauſula, verſic.*
35 *hoſpitijs*, ſicut dicitur† de palatijs Principum, *d. l. quicumque, & cap. nulla, & ibi gl. 12. quaſt. 1. Laudenſ. de Princ. notab. 269. Auiles cap. 23. prat. num. 5.*
36 *& 6.* & pariter † de carceribus publicis, vt dicit *Thomas Cerdan. de carceribus cap. 5. Surg. de Neapo. Illuſtr. cap. 10. num. 24.*

37 Item nemini †licèt ibi habitarè, niſi officialibus, & Magiſtratibus publicis, *ad text. in l. nulli la 1. vbi Bart. C. de offi. Rector. prouinc.* cuius verba hęc
38 ſunt, †*nulli iudicum, qui prouintiam regunt in Ciuitatibus, in quibus ſacra palatia, aut pratoria ſunt, liceat, his relictis, priuatorum ſibi domos ad habitandum, veluti pratoria vindicare, ſed ſacratiſſima modis omnibus inhabitare palatia, ſeu pratoria, vt hac neceſſitate compellantur eorum reparationi prouidere, gloſ. & Platea in l. vnic. C. de palat. & domib. lib. 11. Authen. praſides gentium, C. de epiſc. aud. idem Platea in l. fin. C. de canonic. Largit. lib. 10. & in l. praſidibus, Cod. de curſ. publ. lib. 12. idem Bart. in l. Aquilius Regulus, ff. de donatio. Alber. in l. obſeruare, in princip. ff. de offic. proconſ. Puteus de ſindicat. in verb.*

Digitized by Google

verb. expenſæ cap. 1. num. 5. & in verb.
39 contrahere cap. 2. num. 5. eo quòd † pro-
hibenrur habitare in domibus priua-
torum, d. l. nulli, & gloſ. in d. l. obſer-
uare, addict. ad Andr. in d. verb. Pala-
tia, & ibidem Afflict. num. 2. in fi. Anil.
in cap. 2. Prat. verb. caſas, num. 1. Auen-
dag. de exeq. mand. cap. 4. nu. 45. & cap.
20. num. 1. Azeued. in l. 8. num. 4. tit.
6. lib. 3. Bonadill. d. libr. 3. polit. cap. 5.
40 num. 16. niſi † Princeps ipſe habitaret,
qui ſummus Magiſtratus eſt, vt dixit
Menoch. in conſil. 302. nume. 30. ſunt
enim de Regalibus, & Principi reſer-
uatis, ad tex. in d. cap. vnic. verb. pala
tio, quæ ſint regal. Caſſan. in Cathalog.
glor. mund. par. 5. conſid. 22. nume. 17.
& par. 12. conſid. 67. Boſſ. de regal. nu.
38. Caſtald. de Imperat. quæſt. 86. num.
6. Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. cap.
41 6. prout † & de Banco iuſtitiæ dixit
Roma. cõſil. 27. num. 2. vbi add. allegat
Curt. Senenſ. cõſil. 24. incip. ſuper eo,
poſt numer. 3. Roſent. cap. 5. concluſ. 88.
Reguer. Sext. de regal. lib. 2. cap. 17. nu.
4. & ſic hodie ſeruatur in Regno, quia
42 Tribunalia † fuerunt translata ad Re-
gium Palatium, vbi Illuſtriſſimus,
& Excellentiſſimus Dominus Pro-
rex habitat, & hoc à tempore regimi-
nis Illuſtriſſimi Ducis Machedę, nam
43 † per antea ſita eranr in alio loco, vbi
habitabat Illuſtris Præſidens iuſtitię,
in quo hodie ſitum eſt Tribunal San-
ctiſſimæ Inquiſitionis.
44 Hæc † autem intelligenda ſunt, vbi
Palatia publica, & Prætoria adeſſent,
aliàs ſecus, vt ibi in d. l. nulli, Pariſ. de
Puteo, in d. tract. de ſindic. in verb. offi-
cialis, in fine, Anil. in c. 2. Prat. in verb.
caſas, & in d. cap. 18. num. 4. ſubdens,
quod de publico deberent conduci, vt
in eis habitent, ſecundum Plat. in d. l.
1. C. de palat. & domib. domeſ. lib. 11.
& in Regno Neapolitano idem pari-
ter practicari refert Do. de Pont. ĩ tract.
de poteſt. Proreg. titu. de elect. offic. §. 6.
45 num. 9. quandoquidem † in Palatio
Magnæ Curiæ Vicariæ vbi Tribuna-
lia coadunantur, ſemper reſidet vnus
ex criminalibus iudicibus, vt ſubditi
expeditam habeant iuſtitiam, & prõ-
tos iudices ad eam adminiſtrandam,
46 addens, quòd † optimum eſſet, vt om-
nes habitarent in eodem Palatio, vel
iuxta illud, vt hodiæ fit in Regno pro
commoda litigantium negotiatione,
& celeri negotiorum expedirione, ad
tex. in l. 1. iuxta gloſſ. C. de Palat. &
dom. domin. lib. 11. vbi Ioa. de Platea,
& cæteri.
47 Item † non debent conuerti in vſi-
bus priuarorum, ad tex. in l. 3. C.
de operib. publ. Aniles dicto cap. 18. nu-
me. 4. & 5.
48 Item † nec poteſt in Palatijs prędi-
ctis Tribunalium, vbi Magiſtratus ius
dicunt, quis ingredi cum armis, vt di-
cit Ang. in l. armatos. ff de vi publ. Mu-
tius Surg. in addict. prædictis, fol. mihi
382. Bonad. lib. 3. polit. c. 1. n. 51. Vinc.
de Anna in cõſtitut. ſi quis aliquem nu-
me. 39. & 31. vbi alios allegat. ſicut
49 etiam † prouiſum eſt in Palatijs Princi-
pum, ad tex. in capit. 1. §. nemo. de pac.
tenẽd. Farinac. in pract. de varijs, &
diuerſ. criminib. quæſt. 108. num. 48.
vbi ſubdit quod non ſeruatur de con-
ſuetudine, idemque teſtatur Clar. in
§. fi. quæſt. 82. ſtatut. 6. niſi eſſet titu-
50 lo † decoratus, vt dixit Frecc. de ſub
feud. lib. 2. tit. de different. inter feud.
regal. different. 40. fol. mihi 253.
51 Item † iudicia minimè exerceri poſ-
ſunt extra dictum locum, ad tex. in d.
l. nulli, C. de offic. Rector. Auendag. de
exequ. mand. cap. 20. num. 1. cum ſeqq.
Aniles in cap. 18. & 19. refert & ſequi-
tur Azeued. in l. 15. titu. 6. lib. 3. num.
1. & 2. quod in Regno cautum eſt
ſub pœna nullitatis actorum, ex actu
in vim Pragmaticæ, ędito tempore re-
giminis eiuſdem Illuſtriſſimi Ducis
52 Machedæ † niſi ĩ certis caſibus, vt ibi.

Item

53 Item † in dictis Palatijs ſtare cõſue-
uerunt Archiuia ſcripturarũ, de quib⁹
per *Aviles in cap. 19. prat. in verb. Ar-
cha, & verb. ſeq. Peregrin. de iur. fiſc.
tit. 1. nu. 3. Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 7.
num. 4. & cap. 12. num. 3.*
54 Item † deberent eſſe contigua car-
ceribus ob eorum celerem expeditio-
nem vt dixit *Petrus de Gregor. Tholoſ.
de Republ. lib. 2. cap. 7. in princ.* & ſer-
uatur in Regno Neapolitano, idemq.
eſſet in Regno noſtro, ſi Palatium Vi-
cariæ, pro Magiſtratibus cõſtitutum,
ad determinatum finem perueniſſet.
55 Item † pro palatijs publicis iudicio-
rum fabricãdis poſſunt accipi per Ci-
uitatem domus alienæ *ad text. in l. ſi
quando la 1. C. de oper. publ. Aviles d. c.
18. Prato. ver. ſe haga*
56 Item † palatia hęc à nemine poſsũt
præſcribi, vt dixit *Andr. in d. verb. Pa-
latia, & Affl. ibidem num. 2.*
57 Item † præbent omnibus ſecurita-
tem, & propterea tuta eſſe oportet, tã
iudicibus, quàm ligantibus, eo quod
fieri non poteſt, vt qui publica tractãt
negotia omnibus placeant, ideoque
(vt refert *Herodotus libr. 1.*) Deiotes
58 † cum eſſet à Medis vocatus, vt iudi-
caret, arcem ſibi tutam conſtrui, addi-
que cuſtodes voluit, vt eo tutius, &
59 ſine mætu iudicare poſſet, ſicut, † &
Palatium Regium omnibus pariter
præbet ſecuritatem propter Principis
aſſiſtentiam, ſecundum *Bald. in l. 1. C.
de his qui per met. iud. non appellat. Al-
ber. in l. præſenti, C. de his qui ad eccleſ.
confug.* vbi ait ita communiter ſer-
60 uari, adeo vt, qui † in eo loco delique-
rit, acrius, ac ſeuerius puniatur, vt di-
xit *Gugliel. de Bened. in cap. Raimutius,
in verb. & vxorem, num. 809. Caſſan.
in Cathalog. glor. mund. part. 5. conſide-
rat. 24. num. 125.* quem refert *Frecc. de
ſubfeud. lib. 1. tit. de Magn. Siniſcalch.*
61 *num. 6.* vbi ait, quòd † locus ipſe dici-
tur quaſi ſacer, & omnibus Aſylum,
62 & proinde † pro alapa illata, in Pala-
tio Papæ mandatum fuiſſe à Pontifi-
ce, Gallum quemdam inferentem fur
63 ca ſuſpendi, & pariter † in Regno Nea-
politano fuiſſe cuidã nobili inciſã ma-
num ſiniſtram, quia dicebat Illuſtriſs.
Cardinalis Columna tunc Prorex, in
64 † Palatio oẽm ſecuritatem eſſe debere.
Et demum illud non eſt prętermit-
tendum quod refert, *Laudenſ. in tract.*
65 *de Conſilio. Princip.* morem † apud Ro-
manos fuiſſe, vt in ſupremo Conſi-
ſtorij loco his literis ſcriptum eſſet;
Hoc limen intrantes poſita priuata
Caritate, publicam induant, ad oſtẽ-
dendum † Magiſtratus Prætorium
adeuntes, Deum ante oculos, benefi-
cium, & optimum Reipublicæ ſtatum
habere debere, priuatam autem vtili-
tatem minimè intueri, vnde Plato,
neceſſe inquit Magiſtratus ex deterio-
ri meliorẽ pro vicibus Ciuitatem ef-
ficiant; hocque addit Simanc. *de re-
publ. lib. 9. cap. 3.* eſſe debere propoſi-
tum Gubernatoribus, ibique curſum
ſuum dirigere, vt ciues bonos, & bea-
tos efficiant, alia etiam Hiſpano ſer-
mone cumulat Curia Piſan. *lib. 1. c. 3.
Papa Pius lib. 3. de dictis, & factis Al-
fonſi Regis, Bartholom. Philip. Luſitan.
de Cenſib. diſcurſ. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Principis quàm plurima enu-
merantur.*
2 *Prĩceps ſolus, vel alius ſuperiorẽ nõ reco
gnoſcens, fiſcũ habere dicitur, & n. 3.
Rex quilibet dicitur Princeps ſua Pro-
uintia, ſub num. 2.*
4 *Romana Vrbs fiſcum non habet, ſed Ca-
mera Papæ, fiſci locum tenere dicitur,
& ibi declara.*
5 *Epiſcopi fiſcum non habent, ſed Camerã
fiſcalem detinent, & ibi de ratione.*
6 *Barones & ſimiles non habent fiſcum,
ſed loco illius coadiutorem detinent,*

Digitized by Google

& num. 391. vnde impropriè fiſcus dicitur, niſi habeant de conſuetudine, & num. 8. & 9.

7 *Fiſcus vnus eſt in Regno qui fiſcus Regis dicitur.*

10 *Barones poſſunt cogere vnum ex vaſſallis vt exerceat officium ærarij.*

Fiſcus Regis dicitur etiam fiſcus Baronum ſub num. 10.

11 *Princeps ſolus concedit licentiam faciendi nundinas.*

12 *Nundinæ an ex præſcriptione acquiri poſſint, vel ita præſcripta valeant per Prĩcipem reuocari. Sed quid in Mercatis, num. 13.*

14 *Nundinæ ſunt immunes à vectigalibus, & gabellis, & quare, intellige vt num. 15.*

16 *Corpus Sanctæ Chriſtinæ tempore Vgonis Archiepiſcopi fuit tranſlatum in vrbem Panormi.*

17 *Mercati practica, & vſus qualis ſit in Regno Neapolis, vide remiſſiuè.*

18 *Nundinarum tempore in vrbe Panormi nemo poteſt moleſtari pro cauſis ciuilibus limit. num. 19.*

20 *Nundinarum tempore in illarum cauſis abſque alio proceſſu iudiciali proceditur, & num. 21.*

22 *Mercatus ſi ſemper factus ſit in vno loco an poſſit mutari in alio, vide remiſſiuè.*

23 *Feuda dignitatum habentia iuriſdictionem, & imperium à ſolo Principe diuidi poſſunt, intellige vt num. 24. ſed quid in Regno Neapolis, vide nu. 25.*

26 *Rex ſolus hodie poteſt concedere licentiam habitandi, & conſtruendi Terram cum vaſſallis, licet antea ſecus obſeruaretur, & num. 27.*

28 *Priuilegium, conceſſum alicui Terræ, vt venientes ad habitandum in illa non poſſint moleſtari de perſona, quando poſſit reuocari, vide remiſſiuè.*

29 *Ciuitas Agrigenti habet priuilegium, vt venientes ad habitandum in ea non moleſtentur de perſona.*

Princeps poteſt reuocare ſubditos habitantes in alio loco, vt veniant ad habitandum in loco originis, & an procedat in Baronibus, & ſimilibus, vide num. 31. remiſſiuè.

32 *Princeps ſeu Rex ſolus poteſt ſpurios legitimare, & num. 35. & 50. ampl. num. 51.*

33 *Legitimatus à Principe nihil differt à legitimè nato, imò cum legitimis ſuccedit, & num. 34.*

36 *Papa poteſt in eius territorio ſibi ſubditum legitimare, & diſpenſare quò ad omnes effectus tam ſpirituales quàm temporales, ampl. num. 37.*

38 *Papa in ſpiritualibus poteſt legitimare per totum orbem tam ſubditos quàm alios ſibi non ſubditos.*

39 *Papa in ſpiritualibus per totum orbem habet omnem iuriſdictionem, quod ſecus eſt in temporalibus in Terris Imperij, & aliorum Principum, nu. 40. ſed hoc vltimum intellige vt num. 41. 42. & 44.*

42 *Tex. in cap. per venerabilem, Qui filij ſint legit. declaratur.*

43 *Papa quò ad bonum ſpirituale poteſt ſupplere negligentiã Principũ ſecularium.*

45 *Imperator vel Rex non poteſt ſubditis, & non ſubditis vbique locorum honores, & dignitates per legitimationem conferre, niſi tantum in Terris ſuis, & num. 46.*

47 *Legitimatus deſinit eſſe infamis, ac nobilis efficitur ſicut pater, & nu. 48.*

49 *Imperator etiam quòd adhuc non ſit coronatus, ſed tãtum electus, poteſt ſpurios legitimare.*

Imperij iura etiam ab electione incipiũt, ſub num. 49.

52 *Legitimare ſpurios an poſſint Barones, Comites, Marchiones, & ſimiles, & num. 81.*

Legitimare ſpurios an poſſint Vicarij perpetui ſub num. 52.

53 *Comites Palatini an poſſint ſpurios legimare.*

Legi-

54 *Legitimare ſpurios poſſunt omnes illi qui talem poteſtatem ex conſuetudine immemorabili, vel ex priuilegio Principis acquiſiuerunt, & nu. 55.*

56 *Pater filium ſpurium hæredem inſtituẽdo legitimis non extantibus, videtur illum legitimare, amplia & intellige vt num. 57.*

58 *Pater offerens filium ſpuriũ Curiæ Principis efficit illum legitimum, intellige vt num. 59.*

60 *Legitimatio per oblationem Curiæ iam receſſit ab aula.*

Legitimatio, quæ fit per reſcriptum Principis, eſt firmior, & validior alijs, ſub num. 60.

61 *Priuilegium legitimandi eſt fauorabile, & latiſſimè interpretandum, & numer. 62.*

Legitimatio vti odioſa eſt reſtringenda, ſub nu. 61. & 62.

63 *Legitima quando debeatur filijs legitimatis, ſicut & legitimis, & nu. 64. cum plurib. ſeqq. vſque ad nu. 71.*

64 *Legitimationis filij ſpurij à patre factæ quædam ſpecies apponuntur, & quæ illarum ſint veræ, & num. 65. vſque ad num. 76. & ibi etiam de ratione.*

70 *Legitima debetur filio legitimato titulo inſtitutionis.*

71 *Filius legitimatus ſi in teſtamẽto patris ſit præteritus teſtamentum eſt nullũ.*

72 *Pater non poteſt etiam in legitima filio legitimato debita, onus aliquod apponere, ampl. nu. 73.*

73 *Filius legitimatus hæres grauatus an poſſit detrahere legitimam & Trebellianicam.*

74 *Pater an poſſit filio legitimato Trebellianicam prohibere.*

76 *Legitimatus à Principe quando ſuccedat in feudis, & nu. 77.*

77 *Dignitas quò ad ſucceſſionem feudorum debet eſſe ex vtero non autem ex priuilegio.*

78 *Princeps vel Rex poteſt legitimare filium ſuum vt Princeps, & non vt pater ad Regni ſucceſſionem, & ſic vices duorum gerere poteſt, & nu. 79.*

80 *Legitimatus à Principe gaudet nobilitate paterna.*

82 *Princeps ſolus poteſt erigere vniuerſitatem, vel publicum ſtudium, ampl. numero 83. intellige vt numero 84. & 85.*

86 *Studium publicum ex antiquiſſima, & immemorabili præſcriptione acquiri poteſt.*

87 *Ciuitas Salerni ex antiquiſſima & immemorabili præſcriptione habet ſtudium publicum cum poteſtate conferendi Doctoratus dignitatem.*

88 *Princeps ſicut ſolo verbo creat Doctores, ita eodem modo illos degradare poteſt, & iterum ad priſtinam dignitatem reſtituere, & nu. 89.*

90 *Doctores qualiter admittuntur ad Doctoratum, vide remiſſiuè.*

Doctoratus an ſit dignitas, ſub num. 90. remiſſiue.

91 *Rector Collegij an poſſit eſſe clericus, vide remiſſiuè.*

92 *Collegium an poſſit condere ſtatuta, vide remiſſiuè.*

93 *Doctor qui non eſt, & exercet officium Doctoris punitur pœna falſi.*

94 *Doctor non admittitur ad officium Aduocati niſi cum licentia Principis, recognito prius eius priuilegio. Hæc autem licentia hodie à Præſide Tribunalis M. R. C. conceditur, & nu 96.*

95 *Studium publicum in Regno Siciliæ quãdo fuit fundatum, vide remiſſiuè.*

97 *Doctor qui per 20. annos lecturam ordinariam legerit, creatur à Rege Comes Palatinus.*

98 *Comes Palatinus licet de iure multa habuerit priuilegia, hodie tamen non ſeruantur.*

99 *Princeps ſolus poteſt nobilitare quem vult.*

100 *Nobilitas ab ipſo Principe emanare dicitur, & hæc ciuilis & politica appellatur, & num. 101.*

102 Nobilitas demeſticorum Principis ex ipſius ſolis radijs acquiritur, & nume. 103. quod intellige de Principe ſupremo, vt ibi.

104 Sigiſmundus Imperator requiſitus à plebeo vt ipſum nobilem efficerec, quid ei reſpondiſſe fertur.

105 Nobilis factus à Principe dicitur verè nobilis, & gaudet ijſdem priuilegijs prout nobiles ſanguine, limit. vt numer. 109.

106 Nobilis factus à Principe non perdit iura popularium.

Nobilis ſanguine effectus popularis non perdit nobilitatem, ſub nume. 106. & num. 110.

107 Nobilis factus à Principe comprehenditur ſub ſtatuto, vel conſuetudine mentionem faciente de nobilibus, lim. nu. 108. & 109.

111 Nobilitas non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè à Principe conceditur, quod pluribus modis contingere videtur, de quibus nu. 112. cum plurib. ſeqq.

113 Nobilis efficitur qui lateri Principis inheret.

115 Nobilis efficitur qui inſignia, & arma à Principe receperit.

116 Ignobilis inſignia, & arma tenere prohibetur.

117 Ignobilis nobilium inſignia deferre non poteſt, declara vt ibi.

118 Ignobilis non poteſt tenere currum, ſeu carrocciam, quia tantũ nobilibus eſt permiſſa.

119 Princeps ſolo verbo facit nobilem, & an de iure communi procedat, vide numer. 120.

121 Nobilitas acquiritur per infeudationem, maxime ſi feudum habeat vaſſallos, & iuriſdictionem.

122 Princeps aliquem eligendo in Conſiliarium, vel Sanatorem, illum efficit nobilem.

123 Princeps poteſt nobiles facere, etiam extra ſuum territorium.

124 Rex ſolus in Regno Neapolis aggregat in ſedilibus nobilium.

125 Nobilitas ſicut pluribus modis acquiritur, ita etiam in diuerſis caſibus ammittitur, veluti furti, falſa moneta, & ſimilibus, & nu. 126.

127 Princeps ſolus concedere poteſt immunitatem à vectigalibus, & collectis, aut ſimilibus, quod intellige de Principe ſupremo, non autem inferiori, & nu. 128. & de ratione nu. 129.

130 Barones, & ſimiles non poſſunt concedere immunitatem à gabellis, et ſimilib.

131 Priuilegia immunitatis gabellarum, & ſimilium dicuntur odioſa, & contra publicam vtilitatem, & damnũ Principis, & nu. 132. cum ſeqq.

132 Princeps concedens alicui immunitatẽ gabellarum, & ſimilium, in eius intereſſe concedere videtur, & num. 133. cum ſequ.

135 Priuilegia immunitatis gabellarum vt tendentia in damnum Principis non ita facile ab ipſo cõceduntur, nec à magiſtratibus approbantur.

136 Priuilegia immunitatis gabellarum, & ſimiliũ ſimpliciter à Principe cõceſſa, de iuribus tantũ ad eũ ſpectantia, non aũt ad alios pertinentia intelligũtur.

137 Gabellarum, vel collectarum, aut ſimilium immunitas an præſcriptione, & conſuetudine acquiri poſſit, vide remiſſiue.

138 Gabellarum vel collectarum, aut ſimiliũ impoſitionum immunitas quibus cõpetere videtur, vide remiſſiue.

139 Rex noſter ſolus poteſt cudere monetam, quod etiã omnes alij Reges in Regnis ſuis facere poſſunt, & nu. 140.

141 Monetam cudendi poteſtas ex conceſſione Principis, ac tempore immemorabili acquiſita videtur.

143 Princeps poteſt priuato concedere licentiam cudendi monetam, & de ratione num. 142.

144 Monetam cudere nõ comprehenditur ſub conceſſione regalium, niſi expreſſe dicatur cum ſit de Principi reſeruatis.

Mo-

145 *Monetarum valorem ſolus Princeps cōſtituere poteſt, illeque tantum ſernari debet.*

146 *Moneta ex corio, vel alia viliori materia, vt iuſſu Principis expēdatur, recuſari non poteſt limit. num. 147.*

148 *Moneta ſemel, & pluries à Principe mutari poteſt, etiam ſine conſenſu populi, ſi Reipublica expediat.*

149 *Conſiliarÿ Principis non debent illi conſulere mutationem moneta in damnū populorum.*

150 *Moneta mutationis faciendæ iuſta cauſe qua ſint, vide remiſſiuè.*

151 *Monetas exteras contaminatas Princeps eÿcere, & prohibere poteſt.*

152 *Monetis imago, & effigies Principis eſſe debet, & nu. 153. 154. & 156.*

153 *Imperatores multi in monetarum confectione maximam curam adhibuerūt, & num. 154.*

155 *Monetarum primus percuſſor quis extiterit, vidè remiſſiuè.*

156 *Monetarum augmenti materiam vide remiſſiuè.*

157 *Moneta debet à Monetarÿs optimè, & perfectè, ac iuſti ponderis fabricari, aliàs de nouo eſt cudenda, quod declara vt ibi, & num. 158.*

159 *Moneta noua vt liga, & mixtura imponatur, aut quid ſimile diſponendo, an ſine ſcrupulo Princeps facere poſſit, & num. 160.*

161 *Liuius Druſus ex quo moneta octauam partem aris argento miſcuit, minime fuit laudatus.*

162 *Antonius triumuir, quia denario ferrum miſcuit, malè feciſſe notatur.*

163 *Aurifices ſi ligam auro, vel argento miſcere praſumunt, tenentur pœna falſi.*

164 *Monetarum recognitioni Magiſtratus, & officiales particulares in vtroque Sicilia Regno ſunt conſtituti.*

165 *Princeps ſolus poteſt indicere Bellum, & poſt Bellum pacem inire, & nu. 166.*

167 *Princeps poteſt cogere ſubditos vt pergant ad Bellum.*

168 *Barones, & ſimiles non poſſunt mandare vt vaſſalli ad Bellum proficiſcantur.*

169 *Bellum quando dicatur iuſtum vel non vidè remiſſiuè.*

170 *Magiſtratus, & officiales impÿ ſicut ſterilitates, & imbres ferendi ſunt, nec contra eos arma ſumenda, & de ratione num. 171.*

172 *Populus, & plebs ſemper noua deſiderat.*

173 *Princeps poteſt prohibere venationem.*

174 *Tex. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus de pac. tenend. declaratur.*

175 *Venationem prohibere eſt de regalibus.*

176 *Venationem prohibere non poſſunt Principes inferiores, limita, & declara vt num. 177.*

178 *Hoſpitia gràtis habere ſoli Principi eſt permiſſum, declara vt num. 183.*

179 *Princeps poteſt cogere ſubditos ad locandum hoſpitia pro neceſſitate hoſpitandi curſales, & officiales in domibus locari ſolitis, ampl. num. 180.*

181 *Hoſpitandi ius non comprahenditur in generali conceſſione caſtri, facta Baroni, & ſimilibus, etiam cum omni imperio, quia eſt de regalibus, & Principi reſeruatis, limita, & declara vt num. 182.*

184 *Hoſpitandi ius dicitur munus perſonale, & propterea omnes tenentur, ſi non habent ſpeciale priuilegium, & num. 185.*

186 *Hoſpitia aſſignari non debent à Principibus, & Magiſtratibus in domibus pralatorum, & clericorum, aut familiarium Sanctiſſima Inquiſitionis contra eorum voluntatem, & num. 188. & 189. ampl. num. 187.*

190 *Hoſpitari non tenentur Doctores legum, & medici, lim. num. 191.*

192 *Hoſpitari non tenentur Ciuitates, & Terra priuilegiata, prout ſunt vrbes Panormi, Meſſana, Catina, & alia plures.*

193 *Hoſpitari qualiter teneātur Barones in Regno Neapolis, & num. 194.*

Hoſpi-

195 *Hoſpitari non tenētur fiſci conductores.*

196 *Hoſpitari non tenentur forenſes, nec etiam aliquid ſoluere pro iure hoſpitandi.*

197 *Hoſpitari non tenentur habentes vaccas à num. 50. ſupra.*

198 *Hoſpitari qui non teneantur, vide remiſſiuè.*

199 *Hoſpitandi immunitas a ſolo Principe, vel eius vices habente conceditur.*

200 *Hoſpitandi immunitas in generali conceſſione immunitatis non continetur.*

201 *Hoſpitia tantum ſunt danda hoſpitibus, & nihil aliud praſtari debet, ampl. nume. 202. 203. 206. 207. & 208.*

204 *Hoſpitia Principi dare etiam ipſi Barones, & feudatarij tenentur, declara vi num. 205.*

208 *Officiales, & Magiſtratus quando in itinere hoſpitantur nulla dona capere debent, ſed proprijs ſumptibus viuere tenentur, & nume. 209. & 211.*

210 *Princeps ſolus, eiuſque domeſtici, & familiares gràtis hoſpitari debent.*

212 *Officiales miſſi per Regnum non debent victualia minori pretio emere quàm vendantur in foro publico.*

213 *Officiales cum per Regnū pro Regio ſeruitio mittuntur hodie ſolum hoſpitiū cum rebus neceſſarijs gràtis habere ſolent, licet malè ſeruetur.*

214 *Officiales vniuerſitatum ſi hoſpitantur Regios officiales non recognita commiſſione hoſpitandi tenentur in ſindicatu, & ad intereſſe.*

215 *Milites in pluribus Ciuitatibus Regni habent hoſpitia particularia (quæ Quarteria appellantur) in alijs vero Terris hoſpitantur in domibus priuatorum, & nu. 216. & 217.*

218 *Hoſpitium publicum habens tenetur officiales hoſpites recipere taxa per iudicem facienda.*

219 *Vectigalia, & gabellas nouas ſolus Princeps ſupremus ex iuſta cauſa imponere pōt, ſicut & veteres augere, ac minuere, & num. 225. & de ratione nume. 220. ampl. d. num. 220. lim. num. 221. & 243. Quæ autem ſint iuſta*
220 *cauſa, vide nu. 220. remiſſiuè.*

222 *Vectigalium iura non poſſunt conſuetudine preſcribi limit. nu. 223. & 224.*

227 *Vectigalium Regiarum locatio pertinet ad Magiſtratus Patrimoniales, qui curam illorum habere debent, & numero 228.*

Vectigalium cura apud Romanos ad Cēſores pertinebat, ſub num. 228.

229 *Vectigalia, & gabellas fraudantes ammittunt res aſportatas, fiſco vel gabelloto applicandas, & nume. 232. ampl. num. 230. & 231. diſtingue vt d. num. 229. remiſſiuè, ſed ſi aliquis eſt immunis quid facere debeat, vide num. 233. quæ autem ſint cauſa quæ excuſant à tali pæna, vide num. 234.*

235 *Vectigal, ſeu gabella eſt ſoluenda ab eo qui expediuit licentiam extrahendi, licet exinde ſe penituit, & ibi de ratione.*

236 *Vectigal, ſeu gabella non eſt imponenda meretricibus, & ibi de ratione.*

237 *Terminus ad ſoluendū vectigal à Principe prorogatus eſt idem terminus à ſtatuto præfixus, ſecus ſi à partibus prorogetur, & num. 238.*

239 *Vectigalium cauſa habent in Regno Magiſtratum particularem, à quo appellatur ad Tribunal Regij Patrimonij, & num. 240.*

241 *Vectigalia, & gabellas ius ſoluendi præſcribitur ſpatio decem annorum contra priuatum, ſed contra fiſcum per quadraginta.*

242 *Vectigalia, & gabellæ non poſſunt per Barones, & ſimiles imponi abſque licentia Regis.*

244 *Prīceps poteſt imponere extraordinariā collectā, cū ſit de Principi reſeruatis, & nu. 247. ampl. nu. 249. & nu. 250.*

Hodie autem in Regno in quibus caſibus poſſit Rex imponere collectam, vide num. 248.

245 *Collecta quid eſſe dicatur, & num. 246. & an ſit munus extraordinarium, vide ibidem.*

249 *Collecta a quibus, & quãdo præter Principem, imponi poſſit, & num. 250. vſque ad num. 255.*

255 *Collectam omnes præſtare tenentur, amplia, num. 256.*

256 *Clericus an etiam teneantur ad collectã, & num. 257.*

258 *Collecta ſolui debet ĩ Regno, et ſufficit eã depoſitari penes officiales deputatos.*

259 *Collecta exactio fit ſummariè, & exequutiuè.*

260 *Princeps ſolus poteſt detinere Armandiam, ſeu Armamentum, & nu. 261. & de ratione num. 262. & 263.*

261 *Armandia quid ſignificet.*

264 *Deus quare populos Regibus, & Principibus commiſiſſe dicatur.*

Reſpublica ſine Principe regi non poteſt, ſub num. 264.

Princeps ſolus habet à Deo poteſtatem vitæ, & necis populorum, quos per ſe, vel Magiſtratus regere, & defendere debet, ſub num. 264.

265 *Armorum prohibitionis materiam, vide remiſſiuè.*

266 *Princeps ſolus in via publica iuriſdictionem habet, ipſeque ſõlum poteſt in ea ædificare, vel aliquid facere, & nemo alius, & num. 269. & 270. & 283. limita. d. num. 270.*

267 *Via publica quæ dicatur, & quare ita appelletur, & num. 268.*

271 *Via publica ſolum Principis eſt; illius vero vſus eſt populorum.*

272 *Via publica non poteſt præſcribi.*

273 *Viam publicam nemo priuatus claudere, & obturare poteſt, nec in illa facere pontem de vna domo ad aliam, aliàs punitur, & num. 274. & 275.*

276 *Viarum publicarum curam Princeps, & officiales habere debent, ac illis ſternendis, & ſordibus mundandis certũ Magiſtratum conſtituere, et nu. 270.*

277 *Viarum publicarum curandarum officium quomodo apud Romanos appellabatur, & quid ad ipſum ſpectabat.*

Thelearchum, quod officium erat apud Romanos ſub num. 277.

AEdiles curules apud Romanos quid facere tenebantur, ſub num. 277.

278 *Vijs publicis curandis Magiſtratus particulares in multis locis cõſtituti fuere, & num. 277. & 270.*

279 *Viam publicam ante domum ſuam quilibet de proprio adaptare tenetur.*

280 *Via publica in Ciuitate Neapolis de pecunia publica reficiuntur.*

281 *Conductores domorum aliquid ſoluentes pro adaptanda via publica poſſunt illud cum locerio, & penſione cõpenſare.*

282 *Via publica extra vrbem quorum expenſis refici debeant.*

283 *Flumen publicum, & nauigabile ſimul cum portu eſt in iuriſdictione Principis, & num. 284.*

285 *Flumina publica ſunt de regalibus, & Principi reſeruatis licèt quò ad vſũ ſint populorum, & num. 310.*

286 *Flumina non ſunt coinquinanda, & cõtra immictentem aliquid in illa competunt interdicta.*

287 *Aquã ducere ex flumine publico in ſuũ prædium nemini licet abſq. Principis licentia, nec iuuaret præſcriptio, niſi immemorabilis, & num. 288. limit. num. 289.*

289 *Flumina inficientes piſcãdi cauſa acriter puniuntur.*

290 *Fluminum Ripatica ſunt in iuriſdictione Principis, & de eius Regalibus, nec priuatis ſine eius licentia competere poſſunt, & num. 292. & 310.*

291 *Ripatica quid eſſe dicantur.*

293 *Princeps ſolus habet ius capiendi naues, currus, & equos cauſa vehendi res de vno loco ad alium ſoluto iuſto pretio, & an hoc munus ſit reale vel pſonale, n. 294. ampl. n. 295. et n. 296. et 297.*

Offi-

295 *Officiales ex Principis licentia poſſunt capere equos, & naues, & ſimilia, cauſa aliquid tranſportādi, ſoluta tamen mercede, etiam pro exequenda iuſtitia, & num. 296.*

297 *Vniuerſitates poſſunt à ciuibus capere equos, naues, & ſimilia cauſa aliquid apportandi, quæ animalia, vel res ſi exinde perdantur, ſeu deteriorentur, tenentur damnum dominis reſarcire, ſecus ſi loerio nomine capiant, & nu. 298. & num. 299.*

300 *Barones, & ſimiles an poſſint capere animalia, currus, naues, & ſimilia cauſa aliquid aſportandi.*

301 *Princeps ſolus habet ius, & dominium in Argentarijs, ſeu argenti fodinis, & ſimilibus, vti de regalibus, & reſeruatis, & num. 302. ampl. num. 303.*

Argentaria quid ſignificet ſub nu. 301.

302 *Officium Argentariorum, ſeu Bancheriorum dicitur eſſe publicum.*

303 *Argentaria, ſeu argenti fodina, & ſimilia, quæ ſunt in locis priuatis an cōpetant illorum dominis in aliqua portione, vel ſint penitus Regis.*

304 *Barones, & ſimiles feudatarij poſſunt ex priuilegio, vel conſuetudine immemorabili iuriſdictionem habere in Argentarijs, ſeu argenti fodinis, & ſimilibus, limit. vt ibi.*

305 *Piſcationum, & Salinarum iura ac redditus ſunt de Regalibus, & Principi reſeruatis, & nu. 306. 309. & 315.*

596 *Piſcationum vectigal apud Romanos iā fuiſſe refertur.*

307 *Piſcari omnibus eſt permiſſum ampl. nu. 313. limit. num. 312.*

308 *Aer, aqua profluens, mare, et littora eius communia ſunt, & num. 310.*

Omnia de iure naturali primeuo erant communia, ſub num. 308.

310 *Riparum vſus publicus eſſe dicitur, ſicut, & mare.*

311 *Piſcari aliquem prohibens contra iuſtitiam facit, ac tenetur illi ad dannū, & intereſſe.*

314 *Poſſeſſio piſcādi in vno loco adepta, vbique adepta dicitur.*

316 *Theſauri inuenti in fundo principis dimidia pars pertinet ad Principem; dimidia vero ad inuentorem, & nu. 322. limit. num. 323.*

Sed qd hodie ſeruatur in Regno noſtro, & Neapolis, vide num. 318. & 319.

317 *Theſauri inuenti an pertineāt ad Principes inferiores.*

320 *Theſaurus inuentus in fundo alieno ad dominum pertinet, non autem ad inuentorem.*

321 *Princeps an poſſit dare licentiā fodiendi theſaurum in fundo alieno.*

322 *Theſauri inuenti in fundo Ciuitatis dimidium illi competit; dimidium vero inuentori.*

323 *Theſaurus inuentus, data opera totus ad Principem pertinebit, intellige vt num. 326.*

324 *Theſaurum occultans partem ammictit cum altero tantum intellige, vt nu. 326.*

325 *Theſaurus inuentus arte magica, vel incantationibus totus ad fiſcum pertinet.*

327 *Theſauri inuenti in fundo accleſiæ, vel in loco ſacro, aut religioſo dimidium ſpectat ad eccleſiam, dimidium verò ad inuentorem.*

328 *Theſaurus an acquiratur ſola inuentione, vel requiratur apprehenſio, vide remiſſiuè.*

329 *Angaria, & Perangaria ad Principem ſpectant, vt de regalibus, & reſeruatis, & num. 334.*

330 *Angaria, & Perangaria quid ſint, & num. 331. & 332.*

332 *Angaria, & Perangaria dicuntur munera ſordida perſonalia.*

333 *Angaria, & Perangaria poſſunt ex iuſta cauſa in pecuniam per Principem commutari.*

333 *Angaria, & Perangaria poſſunt ex priuilegio, vel antiquiſſima conſuetudine acquiri, intellige vt ibi.*

Anga-

336 *Angaria, & Perangaria non debentur extra territorium, & de ratione nume. 337.*

338 *Angaria, & Perangaria à quibus præſtari non debent, vide remiſſiuè.*

339 *Angariarum, & Perangariarum abuſus poteſt per vaſſallos aduerſus dominos remedijs reparari, uide remiſſiue.*

340 *Pœna, ac mulcta impoſitio ſoli Principi permittitur.*

341 *Pœna uti nomen generale quid ſit.*

342 *Mulcta dicitur pœna pecuniaria, & ſub illa tanquam ſpecies continetur, & nu. 343.*

343 *Mulcta à quibus Magiſtratibus imponitur, & num. 344. & 345.*

346 *Pœna à quibus Magiſtratibus irrogatur.*

347 *Pœna, & mulcta quare ſint neceſſaria, & nu. 354.*

348 *Delicta ſeuerè ſunt punienda: & ſi ex clementia non puniuntur, facinoroſis ad peccādum feneſtra aperitur, at multa mala ſequuntur, & nu. 349. & 352. & 353.*

350 *Reſpublica in qua ciues pœnarum metu, & præmiorum commodo a delictis ſe abſtinent, felix & beata eſſe dicitur, & nu. 351.*

353 *Officiales iuſtitiam facere negligentes grauiter puniuntur.*

354 *Delinquentes punire, non crudelitas eſſe videtur, ſed humanitas eſſe dicitur, & ibi de ratione.*

355 *Pœna pecuniaria fiſco Regio applicatur, & quando competat alijs officialibus, vide nu. 358.*

356 *Pœna pecuniaria poteſt ex iuſta cauſa per iudices, & officiales, excluſo fiſco, ad alios vſus applicari.*

357 *Pœna, & mulcta qualiter inter ſe differant.*

359 *Bona vacantia, & quæ hæredem non habēt ad fiſcum Regium pertinent, et nu. 361. & 366.*

Officium Comitum rerum priuatarum quid erat, ſub nu. 359.

Bona vacantia per plures Principes ad hac Magiſtratum conſtituendo fuerunt incorporata, ſub nume. 359. & 360.

361 *Bona vacantia ſine aditione hæreditatis fiſco acquiruntur.*

Bona vacantia ſi non ſunt incorporata non dicuntur poſſideri, ſub nu. 361. & qualiter fiat talis incorporatio, vide nu. 362.

363 *Fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus non tenetur vltra vires hæreditarias, ſed tantum ad onera debita, & num. 364.*

365 *Bona vacantia quando dicantur, & nu. 366. & 367.*

366 *Bona vacantia poſſunt etiam competere Baronibus, vel ſimilibus prædicta iura Regalia ex ſpeciali priuilegio, aut imperio, & iuriſdōne poſſidētibus, & nu. 368. & 369. et 370. ampl. n. 371.*

367 *Bona vacātia poſſūt ēt caduca appellari.*

371 *Bona vacātia debentur etiam quod quis extra territorium ſuccedentis moriatur.*

372 *Doctor Collegiatus ſi moriatur nullis relictis hæredibus, ſuccedit Collegium Doctorum, excluſo fiſco.*

373 *Pupillus ſi moriatur nullis relictis ſucceſſoribus ſuccedit Tutor, & non fiſcus.*

374 *Studens, ſeu ſcholaris ſi moriatur in Studio ſine hærede, ſuccedit vniuerſitas ſtudentium, & ſcholarium.*

375 *Artifex ſi decedat ſine hæredibus ſuccedit illi Collegium illius artis.*

376 *Nobilis de vno Sadili ſi moriatur ſine hæredibus an ſuccedāt nobiles de illo Sadili, vel fiſcus.*

377 *Socius ſi decedat nullis exiſtētibus hæredibus ſuccedūt alteri ſocij remoto fiſco.*

378 *Libertus ſi moriatur ſine hærede ſuccedit eius patronus excluſo fiſco.*

379 *Officialis, ſeu Conſiliarius ſi moriatur nullis relictis hæredibus ſuccedunt alteri Conſiliarij, & Magiſtratus in officio eius collegha.*

380 *Miles ſi decedat abſque hærede, ſuccedūt in eius bonis cæteri commilitones de eadem legione, poſtpoſito fiſco.*

381 *Cohortalis ſi moritur, nec illi aliquis hæres exiſtat, an ei ſuccedat Præfectus Prætorio, vel fiſcus.*

382 *Hoſpitale ſuccedit infantibus expoſitis, morientibus ſine hærede, non autem fiſcus.*

383 *Coniux ſuccedit coniugi morienti ſine hæredibus, excluſo fiſco.*

384 *Cōiux pauper ſuccedit in portione ſimul cum filiis in bonis coniugis moriētis.*

385 *Domini ſuccedunt ſuis ſeruis, vel aſcriptitiis hominibus, remoto fiſco.*

386 *Feudatarius ſi moriatur nullis exiſtentibus hæredibus, ſuccedit Dominus directus in bonis feudalibus, in cæteris vero fiſcus.*

387 *Clericus ſi moriatur ſine hærede, ſuccedit eius eccleſia, vel altare cui ſeruit, aut epiſcopus nu. 388. declara vt ibi.*

389 *Epiſcopus dicitur eſſe de maioribus Magiſtratibus, & æquiparatur præſidi.*

390 *Peregrinus ſi moriatur nullis exiſtentibus hæredibus, ſuccedit epiſcopus.*

391 *Ciuitas non ſuccedit in bonis vacantibus ciuium morientium ſine hæredibus, ſed fiſcus, niſi ſuperiorē non recognoſcat, vel priuilegium haberet.*

Ciuitas non dicitur habere fiſcum, ſub num. 391.

392 *Fiſcus excluditur à petitione bonorum vacantium elapſo quadriennio, quod declara vt ibi remiſſiue.*

393 *Fiſcus ſuccedit in bonis naufragatis tāquam vacantibus, nullis exiſtentibus hæredibus, vel dominis, ampl. nume. 394. lim. nu. 395.*

396 *Salarium Domini Proregis ex iuſta cauſa fuit auctum.*

397 *Bona confiſcata ad Principem pertinent.*

398 *Pœna confiſcationis bonorum à ſolo Principe irrogatur.*

399 *Confiſcatio bonorum eſt de primo gradu mari Imperii.*

400 *Barones & ſimiles feudatarij an et quādo habeant poteſtatem confiſcandi bona, & nu. 401.*

402 *Officiales, & Magiſtratus an & quando habeant poteſtatem irrogandi pœnam confiſcationis bonorum.*

403 *Sententia iudicis, vel Magiſtratus non habentis poteſtatem imponendi pœnam confiſcationis, non valet ſi in ea ad talem pœnam fiat condemnatio, ampl. 404. lim. 405.*

406 *Pœna confiſcationis ſi ſit imponenda, debet expreſſe in ſententia nominari, aliàs non intelligitur, ampl. nu. 407. & de ratione nu. 408.*

408 *Pœna ſtrictam recipiunt interpretationem.*

Omiſſum habetur pro omiſſo, ſub numer. 408.

409 *Pœna confiſcationis non niſi in magnis cauſis eſt imponenda.*

410 *Pœna confiſcationis eſt pœna inſolita, excedens metas legales.*

411 *Pœna confiſcationis non poteſt imponi vocatis ad deponendum, ſeu ad aliquid aliud faciendum, limit. nume. 412. & 413.*

Pœna Priuationis officij, vel beneficij, an & quando poſſit imponi vocatis ad teſtificandum, vel aliud faciendum, ſub nu. 411.

414 *Confiſcatio bonorum quæ bona non comprehendat, vide remiſſiuè.*

415 *Princeps ſolus concedit dignitates Regales, vt puta Ducatus, Marchionatus Comitatus, & ſimiles.*

416 *Princeps ſolus merum & mixtum imperium, ac omnem iuriſdictionem habere dicitur, licet de vſu & conſuetudine in alios inferiores illa quotidie transferat, & nu. 417.*

418 *Princeps ſolus cognoſcit de crimine læſæ maieſtatis, & in illo bona confiſcat.*

419 *Princeps ſolus bona ab indignis auferre poteſt, & ibi vide quibus modis dicātur indigni, ſed hæc pœna hodie non ſeruatur, vt nu. 420.*

Prin-

Digitized by Google

421 *Princeps ſolus poteſt auferre bona contrahentium inceſtas nuptias.*
422 *Caſus mixti fori q ſint, vide remiſſiue.*
423 *Princeps ſolus feuda concedere poteſt, ſed quid in alijs feudatarijs, vide nume.* 424.
425 *Princeps non poteſt mutare formam, & naturam feudi iam conceſſi, nec illam aliter alterare, lim. nu.* 426.
427 *Regalia non veniũt ſub cõceſſione feudi.*
428 *Iura patronatus non veniunt ſub conceſſione feudi, ſed lim. vt ibi.*
429 *Feudo conceſſo qua veniant, vide remiſſiuè.*
430 *Feudo conceſſo, ad qua teneatur feudatarius, & nu.* 431. *cum ſeq. et* 452. *vſque ad finem.*
Feudatarius non poteſt feudum alienare ſine licentia Regis, ſub nu. 430. *ſed hodie de iure Regni talis licentia eſt remiſſa, nu.* 431.
432 *Feudatarius tenetur ad ſeruitium militare, lim. in feudis eccleſia conceſſis, vt nu.* 435.
433 *Seruitium militare in quo conſiſtat, & nu.* 436. *&* 437.
434 *Clauſula ſeruitij militaris ſemper in conceſſione feudi intelligitur appoſita, licet fuerit omiſſa.*
438 *Feudatarius ſi tempore belli, ſeu inuaſionis inimicorũ perſonaliter non com pareat, ſeruitium militare præſtando, feudum ammittit.*
439 *Seruitium militare qui perſonaliter præſtare non tenetur, ſed expenſas ſoluendo excuſantur, & nu.* 340. 341. *&* 342.
443 *Prorege abſente à loco vbi inimicorum inuaſio imminet, vnus ex Titulatis debet eligi Generalis, ob cuius abſentiam vnus Baronum ſub titulo Magiſtri Campi eligitur: cæteri vero Officiales per Generalem eliguntur, & nu.* 444. 445. *&* 446.
447 *Seruitium militare dum durat, feudatarij conueniri & in ius vocari non poſſunt, nec ipſi nec eorum procuratores, ampl. nu.* 448. 449. *&* 450.
451 *Exceptionis hoſticæ propter ſeruitium militare an poſſit renuntiari, vide remiſſiue.*
452 *Feudatarius in conceſſione feudi tenetur præſtare iuramentum fidelitatis ante captam inueſtituram, vel in renouatione illius.*
453 *Feudatarius conceſſo feudo habet licentiam capiendi iuramentum aſſecurationis à ſuis vaſſallis.*
454 *Feudum ſi alienetur, decima pars pretij Regi præſtari debet.*
455 *Feudatarius conceſſo feudo tenetur ad præſtationem Releuij, de quo vide remiſſiue.*
457 *Feudatarius malè tractãs vaſſallos debet feudo priuari.*
458 *Feudatarij in certis caſibus adiutorium Regi præſtare tenentur.*
459 *Feudatarius ex culpa ammittit feudum, quod declara vt ibi.*
460 *Feudatarij dicuntur vtiles domini ipſorum feudorum, Rex vero directus.*
461 *Rex in alienatione feudorum habet ius prælationis.*
462 *Vniuerſitas ipſa an habeat ius prælationis quando per Baronem, aut ſimiles feudatarios, vel per Regem eſt alienata, vide remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De iuribus Regalibus Regi competentibus.

CAPVT X.

MATERIA hæc ampliſſima eſt, pluraque de iuribus, & priuilegijs Principi, ſeu Regi reſeruatis diximus *ſupra in c.* 4.
1 [a] liaq; † & multa enumerantur, per

gloſ. in cap. ad tranſlationem, de offi. delegat. Specu. ĩ titu. de legat. §. nunc oſtendam, vbi ponit nonaginta caſus, Luc. de Penn. ĩ l. contra publicam, C. de re milit. lib. 12. vbi tradit quinquaginta-ſeptem, Bal. in l. 1. C. de iur. aureo. anul. & in l. Imperium, in 1. lect. & in l. reſcripta, C. de precib. Imperat. offer. Roman. in d. l. Imperium, Afflict. in rubr. Quæ ſint regal. Gregor. Lopez. in l. 1. tit. 1. part. 2. verſic. en lo temporal, Boſſ. de Princip. & in tract. de fiſc. & eius priuileg. Caual. ĩ tract. de Bracch. Reg. fol. mihi 205. & ſeq. vbi ponit de reſeruatis Papæ, Caſſan. in Cathalog. glor. mund. par. 5. conſiderat. 24. qui centumquinquaginta, & plures caſus adducit Caſtald. ĩ tracta. de Imperat. quæſt. 110. Gomez. in l. 40. Thaur. nume. 10. qui omnes, & alij plures multa cumulant; Nos autem iuxta morem practicabilia, & magis neceſſaria iura regalia, hic ſubnectere arbitrati ſumus.

2 Primum † igitur Regale ius Principi, ſeu Regi, (quod idem eſt, cùm quilibet Rex Prouinciæ ſuæ Princeps dicatur, ſecundum Andr. ĩ cap. 1. Quæ ſint regal. colum. 3.) competens dicitur, habere fiſcum, vt notanter tradit Andr. noſter in cap. 1. Quæ ſint Regal. in verb. & bona committentium crimen læſæ maieſtatis, nume. 77. verſic. Rex Angliæ, Peru. in tracta. de Rege, colum. 3. in princ. Luc. de Penn. in Rubr. circa fin. C. de iur. fiſc. libr. 10. & in l. 3. in princ. C. de fiſcal. vſu. & in l. 1. in fine, C. de bon. vacant. lib. 10. & ibi Bart. nu. 11. Bald. in cap. 1. in princ. num. 10. & ſeq. verſic. quarto vtrum apud fiſcum, titu. de Allod. in vſib. feud. Caball. reſolut. crimin. caſ. 99. num. 12. Afflict. in præludi. conſtitut. Regni, quæſt. 15. Laudenſ. conſil. 37. Glo. Pariſ. §. 30. Caſtald. de Imperat. quæſt. 110. caſ. 103. Bellug. in Specul. Rubr. 24. in ver. & primo videamus, vbi Addit. Peregr. de iur. fiſc. tit. 1. num. 4. Balzer. de feud. in d. verſ. & bona commictentium, num. 4. & poſt hæc ſcripta viſus Illuſtriſſimus Dom. Marchio de Ponte in eximio illo tractat. de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 61. &
3 ideo † Rex tantum, vel alius qui ſuperiorem non recognoſcit, fiſcũ habet, ſecundùm Luc. de Penn. & alios relatos
4 Doctores; hinc eſt quod † Romana Vrbs fiſcum non habet, ſecundùm Abb. in cap. fin. num. 45. extr. de foro compet. Sed camera Papæ fiſci locum tenet, idem Abb. in cap. vrgentis, extr. de hæret. Peregrin. in loco ſupra allegato, nu. 28. licet idem ſit procurator fiſci, quã procurator cameræ, ſecundum Bart. in d. Rubr. C. de iur. fiſc. lib. 10. Regner. Sextin. de Regal. lib. 2. cap. 8. num. 47.
5 ſimiliter † nec Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, quia Summo Pontifici ſubditi ſunt, eumque in ſuperiorem recognoſcunt, vt poſt Bal. ibi dixit Io. de Plat. in d. l. 1. C. de iur. fiſc. num. 17. idem D. de Ponte in relato loco num. 69. allegans Couarru. variar. reſolut. lib. 2. cap. 10.
* nu. 15. qui refert * communem in cõtrarium, licet eodem modo cameram fiſcalem detineant, Peregr. lib. 1. tit. 2. num. 105. & 106. Clar. §. fin. quæſt. 80. ver. iuxta Diaz. in pract. crim. cano. c. 124. & cap. 134. num. 2. & ita de conſuetudine ſeruatur.

6 Ruſus † nec Barones habẽtes merum, & mixtum imperium, fiſcũ habent, ad tex. in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. Capibl. de Baro. pragm. 8. num. 123. D. de Ponte ibidem, licet coadiutorem fiſci habeant, illius authoritatem, &
7 officium repræſentantem, nam (vt ipſe ait) vnus † fiſcus eſt in Regno, qui eſt Regis, & licèt Rex cõcedat terras, ſeu caſtra cum mero, & mixto imperio, & etiam cum publicatione bonorum, tamẽ cum omne recognoſcatur à Rege, & habeant iuriſdictionem infeudatam in vtili tãtum dominio, directum verò ſit Regis, propterea vnicus eſt fiſcus, ſicut Rex vnicus eſt do-

minus:

minus: Barones verò iuriſdictionem
exercentes illum repræſentant, *cũ alijs*
ibi per eum notabiliter traditis, licet
contrarium tenuerint *Io. de Platea in*
d.l.1.num.3.verſ.an autem Barones, C.
de iur. fiſc. & Auendag. de exeq. mand.
c.7.num.12. Decia. reſp.35.num.54.
8 *& ſeq. lib. 2.* quorum opinio † poteſt
defendi de conſuetudine, & generali
obſeruãtia, nam omnes inferiores do-
mini habent Procuratores Fiſcales,
& fiſcum, ſecundum *Bald. in dicto*
cap.1.de Allod. ſub num.10. vbi ſubdit
hoc probari *per tex. in cap.1.§.hoc na-*
tale, cum §.ſequ. de pac. tenend. & viol.
9 vel † dici poterit, quòd habeant fiſcũ
impropriè, vt dixit *gloſ. ſuper conſti-*
tut. Regni Franc. §.30.num.169. cum
ſeq. Laudenſ. conſil. 37. num.3. & 23.
10 quinimo † poſſunt cogere vnum ex
vaſſallis, vt exerceat officium ærarij,
vt voluit *Capic. dec.118. Surd. conſ.154*
qui *alios plures* allegat. vbi ait quod fi-
ſcus Baronis ęquiparatur fiſco Regio,
de quo dixi *in dec. 145. num.2.*
11 Secundũ † ius regale dicitur, quòd
ſolus Princeps concedit licentiam fa-
ciendi Nundinas *ad text. in l.1.ff.de*
Nundin. & in l.vnic.C.eod.tit. vbi Bal.
& cæteri, Natt. conſ.511. & conſ.512.
num.5. volum.3. Calsc. de fiſc. dubitat.
8. ſpecial.32. Caſtald. de Imper. quæſt.
110. verſ. centeſimo, Menoch. conſil.
302.num.31. Petr. de Gregor. Tholoſ.
par.3.lib.25.cap.3.per totum Capic. in
inueſt. Rubr. feudorum clauſula verb.
Mercatis. Bodin. de Republ. lib.1.cap.
10. Rauden. conſ.23.num.10.lib.2. Re-
guer. Sext. lib.1. de Regal. cap.6. nu-
me.31. & cap.2. num.37. Camill. Bo-
rell. in tracta. de praeſtant. Regis Catho-
lici, cap.36. num.11. 26. & per totum,
12 vbi † etiam ponit quando ex præſcri-
ptione acquirantur, & ita præſcriptę
per Principem reuocari poſſint, mul-
13 taque alia in materia, & quid † in Mer
catis, vide *Franc. Marc. dec.513. par.*
2. & eſt omnibus permiſſum de iure,
qđ originem cępit ex iure gentium,
l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, Aleiat.
conſ.208.num.5. Capic. in ſua inueſt. in
verb. Mercatis fol.112. idem Borell. in
d. cap.36. num.19. 20. & 35. ſubdens,
14 quod † vt facilius, ac ſecurius merca-
tores in Nundinis concurrant pro cõ
muni populorum vtilitate per Prin-
cipem immunitas omnium vectiga-
lium, & gabellarum conceditur, ad
tex. *in d.l.vnic. vbi gloſ. & Doctores, C.*
de Nundin. Franc. Marc. dec.415. in fi.
& Capic. in loco citato, & fuit expreſſe
prouiſum in Regno *per Capitulum* ſub
Ferdinando Rege 129. & *Capitulum*
ſub Carolo Quinto Imperatore 27.
in feſto Sanctæ Chriſtinæ Virginis,
15 & Martiris, cuius corpus † fuit in hãc
Vrbem translatum; maximè quãdo
16 † ex hoc priuilegio præiudicium ali-
quod tertio non inferatur, ad text. *in*
l.1.§. merito, & §. ſi quis à Principe, ff.
ne quid in loc publ. Dom. de Pont. in tra-
cta. de poteſt. Proreg. titu. de diuerſ. pro-
uiſ. §. de Mercat. ſeu Nundin. num. 2.
17 vbi † ponit practicam, qua in Regno
illo vtuntur in Mercatis faciendis.
18 Hinc eſt, † quòd durantibus dictis
Nundinis per actum generalem, factũ
de mandato Excellentiſſimi Domini
Proregis, nemo poteſt moleſtari, nec
cõueniri pro cauſis ciuilibus, *ad notat.*
in Authent. vt ne fiant pignorat, Bart.
& Bald. in d.l.vnic.C.de Nundin. idem
Bald. in conſ.106. in fine, lib.4. Ioan.
Sanſon. in conſuet. Turonenſ. tit.5. art.
1. in verb. fores, Camill. Borell. in d. cap.
19 *36.num.37. & 38.* vbi † limitat in con-
tractibus ibidem factis, *ad tex. in l ha-*
res, §. proinde, ff. de iudic. gl. in d.l.vnic.
in verb. conueniant, Coller. de proceſſ.
part.1. cap.3. nu.47. Sicard. in d.l.vnic.
20 *nu.4. & 5.* & † in cauſis prædictis ab-
ſque omni alio proceſſu iudiciali pro-
ceditur, ſecundum *Sicard. & Coller. in*
locis citatis, latè Stracc. de mercat. par.
vlt.

Digitized by Google

vlt. cap. 1. per totum Marant. in ſpecul.
par. 4. diſtinct. 9 num. 49. Cephal. conſ.
492. num. 28. volu. 4. Borell. in conſ. 86.
vbi latè, & in d. cap. 36. nu. 43. vbi etiã
21 ponit, quòd † ſi labatur tempus Nun-
dinarum, ceſſat modus ille proceden-
di, ſed attenditur Ritus loci, ſecũdùm
Bal. in l. receptilia, n. 7. C. de conſt. pecu.
22 Sed † quid ſi Mercatus ſemper fa-
ctus fuerit in vna Platea, an potuerit
mutari in alia, vide Cancer. lib. 3. va-
riar. reſolut. cap. 13. num. 284. & 289.
cum ſeq.
23 Terrium † ius Regale eſt, quod ſo-
lus Princeps poteſt prętare aſſenſum,
quòd feuda dignitatum, habentia iu-
riſdictionem, & imperium, diuidi poſ
ſint contra diſpoſitionem tex. in cap.
Imperialem §. pręterea ducatus, de pro-
hib. feud. alien. per Fideric. vt poſt in-
finitos tradidit Tiraqu. de Primogen.
24 quæſt. 4. num. 43. in 4. limitat. quod † in-
tellige reſpectu iuris, quamuis reſpe-
ctu cõmoditatis exercitij aliud dicen-
dum ſit, vt poſt alios concludit Rip. in
l. re coniuncti, num. 161. & ſeq. ff. de leg.
* 3. & eſſe *communem dixerunt Brun.
conſ. 173. in princ. Tiraq. vbi ſupra nu.
25 50. quinimo, (vt aliàs d xi,) in † Regno
Neapolitano etiam Protegi talis po-
teſtas ablata eſt, quod non eſt in Re-
gno noſtro.
26 Quartum † ius Regale eſt, quod ſo-
lus Princeps concedit licentiam habi-
tandi, & cõſtituendi Terram cum vaſ-
ſallis, ad text. in conſtit. Regni, Caſtra,
Afflict. deciſ. 265. Bouadill. lib. 2. Polit.
cap. 16. num. 149. Mexia ſuper l. Toleti
fundam. quæſt. 2. par. num. 2. D. de Põte
in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ.
27 prouiſio. §. 1. & licet † in Regno conſue-
uerit huiuſmodi licentia dari ab Ex-
cellentiſſimo Prorege cum interuentu
Tribunalis Regij Patrimonij cũ clau-
ſula quod infra certum tempus obti-
nere debuiſſent confirmationẽ a Sua
Catholica Maieſtate, attamẽ hodie ex
mandato ſpetiali Regio ſub die 15.
Nouemb. 1611. talis poteſtas ſoli Re-
gi eſt reſeruata.
28 An autem † priuilegium conceſ-
ſum venientibus ad habitandum
in aliquo loco (prout eſt in Regno in
29 Ciuitate † Agrigenti, ne poſſint mole-
ſtari de perſona pro quocumque de-
bito) reuocari poſſit? vide D. de Tapp.
de conſtit. princ. par. 2. cap. 4. num. 14.
cum ſeq. & num. 26. vſque ad num. 29.
30 & an † poſſit reuocare ſubditos alibi ha
bitantes, vt veniant ad habitãdum in
loco originis? latè defendit Soc. iun.
conſ. 66. vol. 3. & cõſ. 76. vol. 4. Crauet.
31 conſ 973. vol. 5. quod † tamen in Baro-
ne maximam habet dubitationem, ſe-
cundùm Maluaſ. conſ. 67. Emil. conſ.
159. Brun. conſ. 132. vol. 2.
32 Quintum † ius Regale dicitur po-
teſtas legitimandi ſpurios, & natura-
les, §. illud in auth. quib. mod. natural.
effic. ſui, Doct. in cap. per venerabilem
Quid fil. ſint legit. & in l. gallus §. &
quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. l. qui
in prouintia ff. de rit. nuptia. Afflict. in
rub. quæ ſint regal. nu. 1. Iacob. de Sanct.
Georg. de feud. in verb. Princeps nu. 5.
ver. 17. Pariſ. conſ. 2. nu. 7. & conſ 3. nu.
8. vol. 2. Bero. conſ. 172. num. 70. vol. 2.
Soc. iun. conſ. 100. num. 30. vol. 2. Ioan.
Feral. de iur. Franc. num. 38. Vini. deciſ.
339. Mar. Mut. in Probe. cap. Regis Ia-
cob. num. 106. Surd. conſ. 210. num. 42.
conſ. 337. num. 27. & conſ. 571. num. 33.
cum ſeq. Mandel. conſ. 143. Ant. Gomez.
33 l. 40. Taur. nu. 10. & taliter † legitimati
nihil differũt à legitimè natis, vt dixit
34 Ang. conſ. 17. nu. 5. imò ſuccedunt † cũ
legitimis Fab. Anna conſ. 106. ver. 2.
Menoch. conſ. 827. num. 15.
35 Et propterea † non niſi Princeps ſu-
premus legitimare poteſt, vt de Sũmo
36 † Põtifice qui in eius territorio poteſt
ſibi ſubditum legitimare, & diſpenſa-
re quo ad omnes effectus tã ſpiritua-
les, quàm temporales, dixit text. in d.
cap.

cap. per venerabilem, & §. *illud autem*
vbi Doct. Qui fil. ſint legit. etiam quod
37 † alibi reperiatur ſecundum *Salic. in*
Prob Cod. Bald. in l. eam quam num. 28.
C. de fideicom. Corn. conſ. 1. *num.* 18. *vol.*
3. *poſt alios Peregr. de fideicom. art.* 23.
num. 2. vbi ampliat ad non ſubditos
quoad bona ſub ſua iuriſdictione ſita
per doctrinam *Bald. in d. l. eam quam*
38 licet † in ſpiritualibus legitimet etiam
per totum orbem tàm ſubditos, quàm
* alios ſibi non ſubditos ſecundum * cō-
munem, & indubitatam omnium cō-
cluſionem *in eod. cap. per venerabilem,*
per illum text. cum in his pleniſſimam
39 habeat poteſtatem, & † totus mundus
in ſpiritualibus ſit ſub ſua iuriſdictio-
ne vt dixerunt *Angel. conſ.* 350. *num.* 8.
Cuman. conſ. 168. *colum.* 3. *ver. caterum*
Caſtr. conſ. 467. *num.* 3. *lib.* 2. *Illuſtriſſ.*
Card. Tuſc. concluſ. 218. *nu.* 2. & *concl.*
40 219. *num.* 66. quod † ſecus eſſet in tem-
poralibus in terris imperij, vel aliorū
* Principum vt * comm. dixerunt *DD.*
in d. cap. per venerabilem Bart. & *cateri*
in l. cūctos populos in 7. *quaſt. C. de ſum.*
Trin. & *fid. cathol. poſt multos Couarr.*
4. *decret.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *num.* 18. *D.*
Cardin. Tuſcus in d. concluſ. 219. *num.*
72. & 76. *Io. Anton. Lanar. conſ.* 72. *nu.*
8. *Molin. lib.* 3. *de primog. Hiſpano. cap.*
2. *num.* 11. *alter Molin. de iuſtit.* & *iur.*
tom. 1. *diſput.* 171. & 173. *in princ.* vbi
41 † hoc limitant, niſi cauſa ardua acci-
deret, in qua valdè religioni Chriſtia-
næ expediret ea legitimatio, vt tradit
Thom. Sances de Matrimo. lib. 8. *diſput.*
42 7. *num.* 1. qui † declarat *tex. in d. cap. per*
venerabilem ad fin. dicens illud proce-
dere, quando ſecularis Princeps ad
quem alioquin ea legitimatio ſpectat,
eam efficere recuſaret, aut non tam ci-
to vellet, quodq. in ordine ad bonum
43 † ſpirituale, integrum eſt Pontifici ſe-
cularium Principum negligentiā ſup-
44 plere; & quamuis † quoad honores, &
dignitates ſeculares nemini parari vi-
deatur præiudicium per eam habilita-
tionem, ideoq. in iſtis prorogationem
fieri poſſe per non ſubditum dixerit
Iaſ. in l. fin. col. 2. *ff. de iuriſd. omn. iud.*
quem ſequitur *Peregr. d. art.* 23. *nu.* 4.
attamen contrarium eſt verius vt quo
ad tēporales non ſe extendat ut voluit
gloſ. in cap. lege Imperatorum 10. *diſtin.*
cap. ſi officia 59. *diſtinct. cap. peruenit*
101. *diſtin.* & *poſt alios D. Borell. d. cap.*
35. *num.* 16. vbi loquitur de officijs ſe-
cularibus, & de honore nobilitatis *D.*
de Ponte in loco citato Capriol. de ſucceſ.
ab inteſtat. lib. 1. *num.* 223. & *ſeq.* ſicut
45 è contra; † & ita ſeruatur in Regno, ſi-
46 cut nec Imperator † poterit in eiſdem
honoribus, & dignitatibus quoſcūq.
ſubditos vel non ſubditos vbiq. loco-
rum legitimare, & habiles reddere, ni-
ſi in Terris Imperij ad tradita per *Ca-*
nonis. in d. c. per venerabilem, & ꝑpea
47 legitimati † deſinunt eſſe infames in-
famia facti, *Roland. conſ.* 67. *num.* 36.
vol. 3. & nobiles efficiuntur prout pa-
rentes vt dixit *idem Roland. num.* 18.
Pariſ. conſ. 58. *nu.* 45. *lib.* 4. *Berett. conſ.*
48 29. *nu.* 13. Item ad Imperatorem † pa-
riter ſpectat ius legitimandi *ad text. in*
§. *illud Quib. mod. natur. effi. ſui*; licet
non in terris eccleſię ſecundum *infini-*
tos relatos à *Peregr. in loco citato nu.* 13.
etiam quod ſit tantum electus, & non
coronatus, vt poſt *Iacob. de Aret.* dixit
Cyn. in l. bene à Zenone, C. de quadrien.
praſcript. Io. Andr. in addict. ad Specul.
tit. de ſucceſſ. ab inteſtato, §. 1. *verſ. ex*
facto, ibi, *item ſcire debes*, & *de reſcri-*
ptis praſentandis, §. *fin. verſ. obtentum*
eſt, *Bart. in extrau. ad reprimendum*, *in*
49 *glo. in verb. leges*, vbi ait quòd † ius im-
perij trāſit ab electione, vt firmat *Ant.*
de Roſell. in tractat. de legitim. lib. 2. *nu.*
33. & 34. *Rol. conſ.* 88. *num.* 18. & *conſ.*
99. *num.* 29. *volum.* 1.

50 Reges † quoque poteſtatem hanc
legitimandi habent, *Matthe. Afflict. in*
d. Rubr. qua ſint regal. in princ. Ant. de
Roſell.

Roſell.lib.2.de legitimat. num.35.& eſt
text. in d. cap. per venerabilem, Roman.
conſ.159.num.9. vbi addict. Gabriel. de
legitimat.concluſ.5.lib.6.Camil. Borell.
de praſtant. Regis Catholici, cap.35.nu.
51 4.& 8.idemque † eſt dicendum de alijs
Principibus non recognoſcentibus ſu
periorem, vt dixit idem Roſſell. in loco
citato nu.36.verſ.quia non recognoſcen-
52 tes, & de † Ducibus, Marchionibus,
Comitibus, Baronibus, & Vicarijs ꝑ-
petuis, quòd poſſint legitimare quò
ad bona in ſua iuriſdictione ex iure or
dinario tradiderũt Caſtr. conſ.34.n.1.
& 2.lib.2.Dec.conſ.403.num.6.& ſeq.
Peregrin.de iur. fiſc.d.art.23.num.21.
& 22. Natt.conſ.402.num.2. & 6. Idē
53 pariter in Comitibus † Palatinis aſſe-
uerandum eſt, ſecundum Brunum cõſ.
15.Fulgoſ.conſ.16.D.Thuſc.concl.124.
verb.legitimatio, nu.16.& 27. Bertaz.
conſ.ciuil. num.91.92. & 93. Menoch.
54 conſ.842.nu.24.Sic † & omnes illi qui
hanc poteſtatem acquiſierint ex con-
ſuetudine immemorabili vt de Duce
Subaudiæ dixit Bald.in cõſ.146.incip.
55 titulus Prĩcipis num.1.lib.1.vel † ex cõ-
ceſſione, ſeu priuilegio poteſtatem ip-
ſam ab Imperatore, ſeu Rege commiſ
ſam habeant ſecundum Bald. in conſ.
373.nu.3.ver. & ideo praſuppenere de-
bemus lib.1.& cõſ.204.ſuper primo du-
bio, per totum lib.2.Alexan.conſ.60.nu.
20.lib.2.D.Tuſcus in concluſ.218.nu.
23.cum ſeq.Surd.de alimen.tit.1.quaſt.
10.nu.4. Molfeſ. in doctiſſimis cõment.
ad Conſuet.Neapol.par.2.tit.de perſon.
quaſt.10.num.2.Et de Protege dicam
infra lib.5.

56 Similiter † pater poterit filium ſuũ
legitimare eo ipſo, quod nominat fi-
lium, & hæredem inſtituit, quando nõ
adſunt alij filij vt dixit Calderin. conſ.
468.circa fin. ver. praterea; aliàs conſ.
3.Qui fili. ſint legitim. allegat Authen.
item ſi quis C.de natural. lib. vbi Bar.
57 ampliat † etiam ſi non dicat naturalē,
ſi eſt natus ex tali muliere, quæ vxor
eſſe poterat, ſequitur Bald. conſ.195.
incip. in hac cauſa nu.2. verſ.reſtat vi-
dere lib.3.Gabriel.cõcluſ.3.de legitimat.
Menoch. lib.4.praſumpt.80.& libr.6.
58 praſumpt.54.num.32. Idem † intellige
ſi pater offerat filiũ Curiæ Principis,
quia ꝑ talem oblationem efficitur le-
gitimus §.ſi quis igitur in Auth. quib.
mod.natural. effic. legit.D.Tuſc.cõcl.
222.& 224. Gabrie. vbi ſupra, & tales
59 † legitimati hoc modo non fiunt legi-
timi niſi in pręiudicium patris tãtum
ad tex. in §.filium d. authen. quib.mod.
nat. Mantic.de coniectur.vlt.volunt.lib.
11.tit.10.num.10. Molfeſ.in loco citato
60 n.5.quę quidē † legitimatio licet videa
tur receſſiſſe ab aula, vt poſt Angel. in
conſ.17.dixit Couarr.in epitom.de ſpon-
ſal.par.2.cap.8.§.7.num.4.firmior ta-
men eſt, & validior ea, quæ fit per re-
ſcriptũ Principis vt poſt alios probat
Surd.conſ.347.num.30. vol.3.

61 Ex prædictis noto primo † qđ Pri-
uilegium legitimandi eſt fauorabile,
& latiſſimè interpretandum, ſecundũ
Bart.in l.2.num.2.ff.de verbor. obligat.
per text. in l.fin. ff. de Conſtit. Princip.
licet legitimatio ipſa ſit odioſa, & pro-
pterea reſtringenda ſecundum Abb. in
cap.fin.num.5.de Simo. vbi dicit norã-
62 dum, quod † reſpectu eius, cui concedi-
tur poteſtas legitimandi tanquam be-
neficium recipit latam interpretatio-
nem, ſed vbi quis legitimatur, ſeu di-
penſatur, fit ſtricta interpretatio, idē
dixerunt Bald. Angel. Imol. Roman.&
Alex. in d.l.2. & præcipue Alciat. nu.
45.ſubdēs hanc eſſe communem * opi
nionem, & poſt alios pariter de * com
muni teſtando tenuit Surd. in d. con-
ſil. 453. addens eſſe opinionem in-
dubitatam.

63 Nota ſecundo, † quòd legitima-
tis debetur legitima, ſicut & legitimè
natis, vt dixit Bald. in c. de cauſis, nu.
34. de offic. delegat. & poſt alios Surd.
conſ.

*conſ.*185.*num.*9.*in fine,lib.*2.*Molfeſ.in dict. quæſtio.* 10. *nume.* 50. *Menoch. in conſ.* 737. *volum.* 8. Quæ concluſio vt melius intelligatut diſtinguendi ſunt plures caſus.

64 Primus aũt erit † qñ illegitimè natus
fuit ſimpliciter, & abſolurè legitimatus tã quò ad honores, & feuda, quã
etiam quò ad aliorum honorum ſuc-
65 ceſſionem. Secundus† ſi fuit legitimatus, vt ſit habilis, & idone᾽ ad omnes honores, & dignitates, & commoda, & reſtitutus ad primeua iura naturæ, verũ eſt reſtricta quo ad ſucceſſiones vt tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedat in eo, quod patri viſũ
66 fuerit. Tertius † ſi fuerit legitimatus, vt poſſit ſuccedere tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato in eo tãtum, quod pater illi relinquet, non tamen fuit reſtitutus ad primeua iura natu:ę, nec ad honores, dignitates, & commoda.
67 Quartus † ſi legitimatus fuerit ad honores, dignitates, & commoda, & ad primeua iura naturę reſtitut᾽, ſed quò ad ſucceſſionem fuit dictum, vt poſſit ſuccedere in eo tantum, quod pater voluerit illi relinquere, etiam ſi minus legitima, vel nihil rcliquerit; prima
68 † & ſecunda ſpecies ſunt ve:æ legiti-
* mationes, vt poſt alios * communiter affirmarunt *Menoch.d. conſ.*737.*num.* 4.*Molin.de iuſt.& iur. dubit.*173.§.*dubitant, Doctores, Garſia de nobilit. gl.*21. *num.*77.*& ſeq. Tell. Fernand.in l.* 12. *Taur. num.* 22. & ſecũdum eam fuiſſe iudicatum teſtatur *Molin. de primog. Hiſpan.lib.*3.*cap.*3.*nu.*38.*ver.ſed quanis maximum Molfeſ. in loco citato, nu.*
69 47. vbi ait rationem eſſe, quia † naturalium reſtitutio eſt illa, quæ facit veram legitimationem, ſic etiam habilitat ad honores, & dignitates, licèt ſit limitata quò ad ſucceſſiones, & in hoc
70 † caſu taliter legitimato debetur legitima etiam titulo inſtitutionis, tanquam ſi eſſet verus legitimus, & natu-
71 ralis, adeo vt ſi ſit † præteritus, teſtamentum eſt nullum, vt poſt *Bald. & alios* dixit *Surd. d. conſ.*357. *num.* 37. *vol.*3. *& conſ.*571.*nu.*7.*vol.*4.*Gutier. in l. nemo poteſt, num.*335.*ff. de leg.*1.
72 Nec poteſt † aliquod onus, vel grauamen imponi ad inſtar legitimæ debitæ legitimè nato, vt dixit *Cephal. conſ.* 117.*num.*7.*&* 15.*vol.*1.*Rimınald.ınn. conſ.*469.*num.*13.*vol.*4. *Menoch.d.cõſ.* 737.*num.*6. *Garſ. de nobilitat. gloſ.*21. *num.*21.*Suarez.in l.quoniam in prioribus in declaratione legis Regni limit.*12. *paulo ante finẽ, Azeued.lib.*5. *recopilat. tit.*8.*l.*10.*num.*41.*circa finem, Molfeſ.*
73 *vbi ſupra nu.*51.idq. † ampliat, vt hoc caſu poſſit filius legitimatus hęres grauatus detrahere legitimam, & trebellianicam, ſecundùm plures *Doctores*, qui apud eum videri poſsũt, & ibi pa-
74 riter habetur † ſi poſſit à patre talis tre-
75 bellianica prohiberi; in tertio † verò, & quarto caſu legitima non debetur, cum non ſint veræ legitimationes, ad notata ꝑ *Menoc. & alios* ſupra citatos.
76 Nota tertio, † quòd legitimatus à Principe nõ ſuccedit in feudis, niſi ad ea ſit in ſpecie legitimatus *ad tex. in c.* 1.§.*naturales, ſi de feud.defunct.milit. vbi Andr. & D. Octau. Bambac. quæſt.* 21.*Molfeſ. in d. quæſt.*10.*num.*19. vbi
77 hoc intelligit, † etiam ſi agnatis eſſet ius quæſitum, licet hoc non procedat in feudis dignitatum, de quibus expreſsè legitimatio facta non fuerit, eo quod dignitas vult homines dignos vtero, non autem priuilegio, & impetrato beneficio, vt dixit *Frece.lib.*2.*de ſubfeud.ſit.de differ.regal.Vrſill.ad Afflict.deciſ.*265.*n.*10.*& latiſſimè Surd. conſ.*453.*per totum vol.*3.*Menoch.conſ.* 1110.*num.*10.*volum.*12.
78 Nota quarto, quòd † Princeps vt Princeps, nõ vt pater, filium ſuum tãquam ſubditum poteſt legitimare ad Regni ſucceſſionem, vt dicitur *in d. c. per venerabilem* §. *inſuper. Qui fil. ſint*

legit. & Hoſtienſ. ibi argumentum ſu-
79 mit, quòd † Princeps gerit vices dua-
rum perſonarum, & hæc ſatis.
80 Nota quinto, quòd † filij naturales
à Principe legitimati gaudent nobili-
tate paterna, vt dixit Anton. Meneſes
in l. 1. ff. de praſcript. verb. de quo vide
Garſ. poſt Couarr. & Gregor. Lopez in
tractat. de nobilitate, gloſ. 21. num. 33.
81 Nota ſexto quod † Barones etiam
inueſtiti de mero, & mixto imperio
non poſſunt legitimare ſecundũ Caſt.
conſ. 34. volum. 2. Gomez. in l. 4. Taur.
num. 10. Gregor. Lopez l. 12. tit. 1. par. 4.
Bonadill. lib. 2. polit. cap. 16. nu. 165.
82 Sextum † ius Regale eſt, quia erigit
vniuerſitatem, ſeu publicũ ſtudium,
ad tex. in §. hac autem tria, in proœm.
ff. vbi Doctores, Authen. Habita, C. ne
fil. pro patr. cap. 2. de priuileg. in 6. &
ibidem Canoniſta, gloſ. in clem. dudum,
§. in ſtudijs, in verb. generalibus, de ſe-
pult. l. magiſtros, C. de profeſſ. & med.
lib. 10. Doctores omnes in clement. 2. de
magiſtr. Reſtaur. de Imper. quaſt. 110.
caſ. 40. 179. & 180. Natt. conſ. 657. nu.
83 1. volum. 4. vbi ampliat † etiam quòd
alteri Ciuitati priuilegium prædictũ
conceſſiſſet, ex doctrina Bald. in l. qui
ſe patris, C. vnd. liber. per tex. in l. qui
fundos, C. de omn. agr. deſert. libr. 11.
Innoc. ĩ capit. in noſtra de iniur. cum ſi-
84 mil. licet requiratur † etiam licentia
Summi Pontificis, vt dixit Io. Fab. in
l. 1. nu. 7. cum plurib. ſeqq. C. de ſumm.
Trinit. & fid. Cathol. & in l. tanta, nu.
85 6. C. de vet. iur. enucl. maximè † vbi de
Studijs Theologicis ageretur, argu.
tex. in cap. de quibuſdam 37. diſtinct. D.
Borel. de praſtant. Regis Cathol. cap. 34.
86 num. 14. qui etiam ponit, quòd † hæc
poteſtas ex antiquiſſima, & immemo
rabili præſcriptione acquiri poteſt, vt
dixerunt Bart. & alij in d. §. hac autem
tria, & adducit exemplum de Ciuit.
87 † Salerni, quæ ex tali præſcriptione
nedum tenet publicũ Studium ſcien-
tiarum, ſed etiam eius Collegiũ pro-
mouet ad gradum Doctoratus, artiũ
Medicinæ, & Philoſophiæ, de quo la-
tè differit Petr. de Greg. Tholoſ. in ſua
Republ. lib. 18. cap. 1. nume. 7. & cap. 5.
cum ſeqq. Muſcatell. in tract. de docto. di
gnit. par. 2. num. 45. D. de Ponte in tra-
cta. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. pro-
uiſio. Rub. de mercatis, num. 12. & 13.
88 quinimo Princeps † ſolo verbo creat
Doctores, ſecundum Angel. ĩ l. 1. C. de
ſent. paſſ. Iaſ. in l. qui in aliena, §. inter-
dum, num. 21. ff. de acquir. hared. Af-
flict. in rubr. qua ſint Regal. nume. 67.
Roguer. Sext. de Regal. lib. 1. cap. 2. nu.
27. Oſaſc. conſil. 1. nume. 29. & 30. ſi-
89 cut eodem † modo eos degradare po-
teſt prout per tex. in l. grammaticos, C.
de profeſ. & medic. dixit Abb. in c. cum
ſecundum num. 12. extra de praben. ip-
ſoſq; iterum reponere in priſtinam di-
gnitatem, vt voluit idem Afflict. in loco
90 citato, num. 114. Qualiter † autem Do-
ctores admittantur ad Doctoratum
vide Auil. ĩ cap. 4. Prat. verb. Pragma-
tica, Bonad. lib. 1. polit. cap. 6. num. 17.
Menoch. conſ. 829. num. 16. & conſ. 883.
num. 12. Et an Doctoratus ſit digni-
tas, Mandell. conſ. 203. num. 10. volu.
2. & conſ. 642. volum. 4. vbi etiam no-
91 tat quando, † Rector Collegij poſſit
eſſe clericus, & fecit Tract. Moſcatell.
de Doctorat. dignitat. vbi plura, Decia.
conſ. 14. & conſ. 43. vol. 1. Et an poſ-
92 ſit † Collegium condere ſtatuta, vide
Io. Batt. Coſt. conſ. 3. Hinc aduerten-
93 dum eſt quòd exercens † officium Do-
ctoris, qui tamen non ſit Doctor, pu-
nitur vt falſarius, vt dixit Cancer. va-
riar. reſolut. lib. 2. tit. 2. num. 253. vn-
94 de ortum habuit practica † quòd Do-
ctores non admittuntur ad officium
Aduocati abſque licentia Principis,
recognito prius eius priuilegio, ad
tex. in l. nemini, & l. Iubemus, C. de Ad-
uocat. diuer. iud. D. Borell. in tract. de
95 praſtant. Reg. numero 93. vbi † ponit
origi-

Digitized by Google

originem Studiorum publicorum hu
ius noſtri Siciliæ Regni : Hæc autem
96 † licentia hodiernis temporibus con-
ceditur à Præſide Tribunalis M. C.
97 Quinimo † Doctores, qui per viginti
annos in dictis publicis ſtudijs,& vni-
uerſitatibus ordinariam lecturam le-
gerint , creantur à D. Rege Comites
98 Palatini , qui licet † de iure multa ha-
beant priuilegia, hodie tamen nõ ſer-
uantur , ad tradita per *Vinc. de Frã-
ch. dec.* 115.

99 Septimum † ius Regale eſt , quod
Princeps nobilitat quem vult ad tex.
*in l.2. & fi. ff. de natal.reſtitu. cap.re-
demptor. 12. quaſt. 2. L. Imperatores in
princ. ff. de decurion. vbi Alber. ex illo*
100 *text.* notat nobilitates † à Principe
procedere, & dixit *Bald. in l. ſacrilegij
C.de diuerſ. reſcript. Iaſ. in l.omnium in
primo notab. C.de teſtam. Bart. Ioan. de
Plat. & cateri in l.1.C.de dignit.lib.12.*
101 vbi † hanc nobilitatem ciuilem , &
politicam appellãt , *idem Bart. in l. fi.
C. de incol. lib.*10. ſubdens, quòd iu-
102 ra,quę volunt † domeſticos Principis
nobilitari radijs ipſius Principis , non
habent locum niſi in domeſticis Im-
peratoris, vel alterius ſupremi Princi-
pis,*Rip.reſpon.* 14.*tit.de diuerſ.reſcrip.
Affl.in titu.quis dica. Dux.nu.1.Doct.
in l. 1. de natal. reſtitut. Vult. de feud.
cap.5. num.7. lib.1.Tiraq.de nobil.cap.
6. num. 1. Roſental. de feud. cap.5.con-
cluſ.2.num.4.& in additt.Regner.Sex-
tin. de Regal. lib.2. capit. 15. num. 22.
Otalo.de nobil. par.4.princip.cap.1.nu-
me.21. Decia.reſp. 66. num. 1. & 13.
volum.3. Azened. lib.6.tit.2. num.48.
D. Tap.de Conſt.Prin.in relato c.4.nu-
me.112.Calte.de fiſc.dub.8.ſpecial.93.
& ſub num.15.* vnde *Plinius in Pane-*
103 *gyr.* ſcribit, † *Cæſaris eſſe, vt nobiles
conſeruet,& efficiat,* quod eſt *in cap.6.
Heſther. Sic honorabitur, quẽcumque
voluerit Rex honorare ,* licet *Caſſan.*
ex quodam Authore ab eo non tece-
pto *in Cathalog. par.8. conſid.17.* re-
104 ferat, Sigiſmundum † Cæſarem à ple-
beo, ſibi admodum dilecto requiſitũ,
vt illum nobilem faceret , reſpondiſſe
refert,diuitem quidem , aut exemptũ
te facere , nobilem vero minime ; in-
105 de eſt quod † tales dicuntur verè nobi-
les , ſecundum *Caſtr. in l.quoties in fi.
C. vbi Senat. vel Claris. & conſ.22.co-
lum.2. lib.2.* & gaudent eiſdem priui-
legijs , prout nobiles ſanguine , ita vt
ad officia eorundem admittantur , vt
dixerunt *Palaes de maiorat. part. 1.q.
51. num.32. Ioa.de Garſ. de nobilit.glo.
35. num.3. ad fi. & num.48. & gloſ.1.*
106 §.1. *nu.*50. & talis † ſic à Principe no-
bilitatus non perdit iura popularium,
ſed poterit admitti ad officia, & digni
tates tamquam popularis, ſecundum
*Bart. & cateros in l. Alexandrinus, C.
de decurio.lib.*10. cum alijs diffuſe tra-
ditis *per Tiraqu. in d. cap. 6. num.*48.
& ſeq. ſicut nobilis effectus popularis
non perdit nobilitatem,vt dixit *Bald.
in l.per adoptionem, ff.de adoptio. Alex.*
107 *conſil.37. volum.5.* hinc eſt quòd † ta-
les nobiles à Principe creati compre-
henduntur ſub ſtatuto , ſeu conſuedi-
ne mentionem faciente de nobilibus,
ſecundum *glo. vbi Bart. not. in l. quia
ſi nepotes, ff. de teſtamẽt.tutel. Alexãd.
cõſ.82. volum.1. Bon. de Curt. in tract.
de nobilitat.3. par. num. 179. & 180.
Garſ. de nobilit. gloſ.1. §.1. nu.10. Ota-
lo.de nobil. par. 4. princ. cap.1. num.1.*
108 *Azened. in loco citato nu.*50. licet † hoc
intelligendum ſit , ſi talis nobilitatus
exerceat actus nobiles,non autem po-
pulares, vt dixit *Caſſan. in d. cõſid.*17.
*& Bon. de Curt. in loco nuper citato, nu-
me.87. & ſeq. Gutter. pract. quaſt. par.*
109 *2. libr.4. quaſt.3.* vbi ait, quòd † illi, qui
ex gratia Principis nobilitatẽ acquiſi-
uerunt, licet ſint deſcripti in matricu-
la nobilium, ſi tamen non agant actus
nobilium, non gaudent eorum priui-
legijs, nec comprehenduntur in ſtatu-

to; faciente mentionem de nobilibus,
110 quod † ſecus erit in nobilitate ſanguinis vt optime tradit *Guttier. pract. q. lib. 3. quaſt.* 13. *num.* 97. *& ſeq.* quini-
111 mo Princeps † nedum expreſsè nobilitat, verum etiam & tacitè, vt dixit *Bart. in d. l.* 1. *colum. vlt. C. de dignitat. lib.* 10. *per l. de quibus, in fi. ff. de legib. Azeued. vbi ſupra num.* 51. *D. Tap. in*
112 *d. cap.* 4. *num.* 113. idque † pluribus modis euenire teſtatur *Tiraq. in d. cap.* 6.
113 *num.* 16. hoc eſt ſi quis † lateri Principis, ipſius permiſſu adhæreat, *Ang. in d. l. omnium, col. 1. & ibi Aretin. Corn. Iaſ. & cæteri, C. qui ſeſſam. fac. poſſ. per tex. in l.* 1. ibi, *quos noſtri lateris comitatus illuſtrat, C. de præpoſit. lib.* 12. vbi idem notat *Io. de Plat. & text. in l.* 1. *C. de de domeſt. & proxi. eo. lib. & tex. in l. vlt. C. de excuſat. mu.* ibi, *circa la-*
114 *tus noſtrum militantes*; vel † quia eius originem nobilitet, *Bart. in l. vlt. C. de incol. libr.* 10. *per illum text. cum ſimil.*
115 vel † quia arma ſiue inſignia conceſſerit, vt dixit *Io. Rainald. in tractat. de nobilit. in* 1. *quaſt.* 3. *quaſt. principal.*
116 Ignobilibus † enim prædicta habere prohibitum eſt, ſecundum *eũ, & alios in cap. dilecta, in vlt. notab. de exceſſib. prælat.* & alijs authoritatibus probat *Tiraq. de nobil. cap. 6. num. 13. cum ſeqq.*
117 vbi multa notabilia cumulat idq. † intellige, ſecundum *Abb. ĩ d. cap. dilecta,* quòd † tales ignobiles nobilium inſignia deferre non poſſint, non autem vt ſibi huiuſmodi inſignia interdicta ſint, vt latiſſimè tradit *D. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de inſignijs, & armis, num.* 1.
118 *& ſeq.* ſubdẽs, quòd † currus, ſeu Carrocciæ non niſi nobilibus competere debent, & nullo modo permitti debere plebeis, & artem mechanicam exercentibus, ad text. *in l. vnic. C. de honor. vehicul. lib.* 12. *& Garſ. de nobilitat. gl.*
119 48. §. 2. *num.* 4. vel † quia eum nobilẽ appellat, ſecundum *Caſtr. cõſ.* 107. *lib*
120 2. *Cancer. varia. lib. 3. c. 3.* qđ † tñ (vt in alio loco dicemus) de iure nõ ꝑcedit;
121 vel † quia feudum concedat, *Rim. iun. in cõſ. 5. num. 68. volum. 1. & cõſ. 741. volum. 7. Decia. reſp. 66. volu. 3. Natt. cõſ. 562. num. 9. Fab. Ann. cõſ. 34.* maximè ſi habeat vaſſallos & iuriſdictionem annexam, ſecundum *Andr. in c.* 1. *num.* 4. *ver. idem dicitur ſecundum, Quis dica. Dux. Tiraq. de nobil. cap.* 7.
122 *D. Tap. vbi ſupra num.* 120. vel † quia Senatorem, ſeu Conſiliarium eligat ad text. *in l. ſi quis verb. Illuſtrium, C. ad l. Iul. maieſ. Laud. de Conſil. quaſtio.* 17. *Decia. d. reſp. 66. num. 74. & Do. Tapp. in loco citato, num.* 115. vbi po-
123 nit alios caſus; idque † Princeps facere poterit etiam extra ipſius territoriũ, vt dixit *Io. de Plat. ĩ d. l.* 1. *verſ. nunqd autem aliquis Rex, C. de dignit. lib.* 12.
124 Intantum, quòd in Regno † Neapolitano non niſi ad Regem pertinet aggregare in Sedilibus nobilium, vt eleganter ſcripſit *Vinc. de Ann. alleg.* 130. *Vinc. de Franch. dec.* 357. & nouiſſimè *Marcell. Maur. allegat.* 7. Licet omittendum non eſſe arbitror, quod talis
125 nobilitas, ſicut acquiritur, ita & pluribus modis ammittitur, ſecundum *Tiraq. in d. tract. de nobilit. cap. 24. cũ ſeqq. Mexia de tax. pan. concl. 6. nu. 24. Guttier. conſil. 31. Baez. de inop. debit. cap. 16. num. 2. & ſeq. Decia. d. reſp. 66. num.* 70. Et præcipuè ob delictum
126 † furti, ſecundum quam opinionem ego aliàs condemnaui nobilem inquiſitum de tonſione monetæ, tortum, & negatiuum ad remigandum, quod idem affirmauerunt *Surg. de Neapol. illuſtr. in add. fol.* 370. *Do. de Pont. in d. tracta. titu. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 2. *Borell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 45. *n.* 25. *Guttier. lib. 4. quaſt. pract. quaſt.* 15. 16. 17. 21. *& 22.* Vel renuntiatione de quo per *Cenal. poſt alios comm. contra comm. q.* 688. & alijs modis de quibus per *Doct.* relatos.

Octauum

127 Octauum † eſt ius regale, quia Immunitatem concedit à vectigalibus, collectis, & alijs muneribus ad tex. in l.sũt munera ff.de vacat.muner.l.vnic. C.de his qui à Princip.vacat.& toto.tit. C.de Immun. nemin. conceden.l.immunitates,C.de agricol.& cenſit. lib.11.& vbique Bart.Io.de Plat.Luc.de Penn.& cæteri,Capic.in inueſtit. feud.verb.feudorum clauſula, verſic.priuilegiatus ab vniuerſitate, Afflict. in rubr. de regal. num.85.& ſeq. Antibol. de muner. par. 3.§.4.num.97.Cacheran. deciſ.pedem. 95.Bellug. in Specul. Princip. rubr. 46. num.7.Cephal.conſ.58.vol.1.D.Tap.in rubr.de conſtitut. princip.cap.4.nu.30. Bonad.lib.5.Polit.c.5.n.35.Cur.Piſan. lib.2.c.18.n.34. vbi id limitat in infe-
128 riorib⁹ † dominis, Surd.conſ.278.nu.7. volum.2.Borell.nouiſſimè in tractat.de præſtant. Reg.cap.33.num.1.& 3. Peregrin.de iur.fiſc.lib.6.tit.5.num.8.Regner.Sextin de Regal.lib.2. cap.6.num. nu.33.& ſeq. & in Barone Capibl.prag.
129 8.num.140.nec alia † ex cauſa conceſſionẽ priuilegij immunitatis eſſe Principibus reſeruatam, nec alijs paſſim iudicibus,aut ſuperioribus Magiſtratibus tributã,eo qđ plures eſſent, qui priuilegia immunitatis acquirerent, illaque facere aſſequerentur,in tantũ, quòd nullus ferè eſſet, qui ad munera teneretur, & ſic malè Regi, ac Reipublicæ conſultum eſſet, ſecundum Io. de Plat. in d. l. vnica, ea tamen verior ratio eſſe poteſt,quam adduxit Peruſ. in deciſ.3. num.4. vt facultas prædicta Principi reſeruata fuerit in ſupremæ poteſtatis,& ſuperioritatis effigiem; quod ante eum ſenſerunt Pariſ.conſil. 69.vol.1.Bellug.in d.Rubr.46.in princ.
130 num.7.in verb.vacuatis, & ob id † neque ad Baronem huiuſmodi facultas cõpetere poteſt vt tradit Bonadill. lib.
131 2.Polit.cap.16.num.176.licet † priuilegia prædicta odioſa ſint, & contra publicam vtilitatem, vt dixit Io.Garſ. in tractat. de nobilitat. gloſ.6.num.38. cum ſeqq. Cephal.conſ.553.nu.15.vol. 4. & ob id reſtringenda Molfeſ. ſuper Conſuet. Neapol.part.4.quæſt.30. num.6. cum ſeq. Bonadill. vbi ſupra in fin. & dixi in deciſ. 156. num.4. & 5. quinimo tenderẽt contra Fiſcũ Regiũ
132 nam quotieſcunque † eam alicui concedit, eius portio in ipſius Principis concedentis, nõ autem in vniuerſitatis detrimentum imputatur, ad tex. in l. actores, vbi Lucas de Pẽn. C.de exact. trib.lib.10.& in l.1. C. de excuſat. muner. eod. lib. canoniſtæ in cap. 2. de immunit. eccleſ. Gugl. Raynal. Alberic. & Angel. in l. ſi vnus,§. ſi pactus, num.3. ff.de pact.Specul.in tit.de cenſib.§.nunc dicendum,verſ.quid ſi vniuerſitas, vbi
133 habetur, quòd † ſi aliquis eximatur ab annua ſolutione ſuperiori debita per aliquam vniuerſitatem, eo caſu portiones exemptorũ,& priuilegiatorum non tenebuntur ſoluere alij eiuſdem vniuerſitatis, & propterea à tali portione exempti vniuerſitatem exgrauandam eſſe, ſecundum Alex. in conſ. 136.col.4.verſ.imò fortius,vol.2.Capic. in loco citato,num.123.Feſtaſ.in tract. de eſtim.par.4.cap.2.num.71.& num. 82.Cephal.conſ.58.num.49. volum.1. Roſentall.de feud.cap.5.concluſ.85.Camil.de Curt.de feud.num.32.fol.25.D. Tap.in d.cap.4.nu.31. ſubdens ita ſeruari in Regia Camera Sũmariæ, prout in Regno noſtro pariter practicatur vt dixit Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part.7. quæſt.7. num.10. & præſertim pro Illuſtriſſimis † Cardinalibus, qui per literas Regias conſueuerunt immunes fieri à Regijs donatiuis ſup eorũ Pręlatijs de iure patronatus,quos fortè in Regno poſſident, eorumque rata cedit oneri ipſius Regis, & ob id † non ita facile huiuſmodi priuilegia à principibus conceduntur, nec à magiſtratibus probantur, ad tex.in l.1.C.de præcib.Impera.offer.

eo

136 eo maximè † in immunitate ſimplici-
ter conceſſa, quę ad iurà ad ipſum cō-
cedentem pertinentia extenditur, non
autem quò ad alijs ſpectantia ex pri-
uilegio, ſeu conſuetudine, vt poſt *Gre-
gor. Lopez l. 1 1. tit. 18. part. 3. verb. lo
el deue hauer.*, dixit *Dom. Tap. in loco
citato*, vbi multa ad materiam perti-
nentia doctiſſimè cumulat, *& Dom.
Borell. in d. cap. 33.* qui pariter elegan-
ter ad rem ſpectātia declarauit, *Roſen-*
137 *tal. de feud. d. cap. 5. concluſ. 85. & 86.*
Et an ea † conſuetudine, vel præſcrip-
tione acquiratur, vide *Gramma. dec.*
100. *nume.* 24. *Peregr. d. lib. 6. titu.*
8. *num.* 28. *Roſental. d. cap. 5. concl. 46.
nu. 3.* vbi plures alios adducit concor-
dantes.
138 Qui † autem de iure ſint immunes
à vectigalibus, & ſimilibus impoſitio-
nibus, vide *Roſental. d. cap. 5. concl. 47.
Petr. de Gregor. Tholoſ. Syntag. iur. cap.
8. nu. 13. & 14. lib. 3. Gutier. de gabell.
quaeſt. 84. & 87. Regn. Sext. de Regal.
lib. 2. cap. 6. num. 105.*
139 Nonū † ius Regale eſt, quòd Prin-
ceps ſolus monetam cudere poteſt, ad
text. *in d. cap. unic. vbi Andr. & omnes
feudiſtæ, Quæ ſint Regal. l. 1. & 2. C. de
falſ. monet. l. 2. §. denique cum ærarium,
ff. de orig. iur. Afflict. in d. cap. vnic.* qui
loquitur de Rege Siciliæ, & inſert poſt
140 *Andr.* quòd † quilibet Rex in Regno
ſuo poteſt nouam monetam facere,
ad tradita per *Bald. ibidem, Miſinger.
obſeruat. 24. cēt. 4. Peregr. de iur. fiſc. ti-
tu. 1. num. 25. lib. 1. & conſ. 3. num. 23.
volum. 4. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 5. nu.
7. verſic. ſeptimo, Calte. de fiſc. dubitat.
8. num. 13. Renat. Copin. libr. 2. de do-
man. Frāc. titu. 2. nume. 16. Borell. de
præſtant. Reg. cap. 12. num. 1. & 2. Ro-
ſantel. de feud. c. 5. cōcl. 49. nu. 1. & 2.*
ſubdens, quòd conceſſione Principis,
141 † & tempore immemorabili acquiri
poteſt, vt dixit *Andr. in d. cap. unic. nu-
me. 19. & ſeq. & Affl. num. 2. Boſſ. de
monet. num. 1. Miſing. d. loco citato, Guid.
Pap. dec. 498. Balb. de præſcript. 2. part.
5. p. princip. quaeſt. 4. Regn. Sextin. d.
cap. 6. nume. 92.* idque euenit, quia
142 Princeps ſupremus non poteſt vbiq;
& ſufficienter monetare, vt notant *gl.
& Doctores in d. l. 2. C. de falſ. monet.
Io. Aquil. de vtil. & poteſt. monet. cap. 1.*
143 *num. 2. & 3.* vbi ait hoc † etiam proce-
dere in priuato permictente Princi-
pe, licet de iure non competat, ſecūdū
*Canoniſt. in cap. quanto, de iur. iurand.
Doctores in l. fi. C. de falſ. monet. & alios*
144 *per eum relatos*, quamuis non † veniat,
conceſſis regalibus, cum ſint de Prin-
cipi ſpecialiter reſeruatis, *AEgid.
Boſſ. in loco citato*, & videtur ſentire
Afflict. in d. cap. vnic. in verb. moneta,
145 ipſeq. † ſupremus Princeps iuſtū mu-
netarum valorem conſtituit, ſoluſq.
valor, qui à Principe dictus eſt, nec
aliud quicquā ſpectari debet vt dixit
*Gaſpar. Theſaur. in tractat. de Augmen.
monet. par. 2. num. 13. Reguer. Sextin. de
Regal. lib. 2. cap. 7. num. 31. & 32. Pont.
Leon excellentiſſimus Theologus in loco
infra citando verſ. Tertia ſententia*, in
146 tantum vt nec † ex corio, vel alia vilio-
ri materia, & carta fabricati nummi,
publico charactere inſigniti reici poſ-
ſunt *ad text. in l. 1. & fin. C. de vete. nu-
mis. pote. & l. ideoq. ff. de eo quod cert.
loc. Seneca lib. 5. de Benefi. cap. 14. Rober.*
147 *rer. iudicat. lib. 1. c. vlt.* niſi † eſſet alte-
rius Principis, vt dixit *Affl. vbi ſupra,
nu. 8. Borell. d. cap. 12. num. 84. cum ſeq.
Menoch. de Arbitr. caſ. 316. num. 72.* no-
uiſſimè multa hinc inde deducēs cir-
ca materiā dixit è Theologis *Pont. de
Leon. varia diſputa. par. 1. relect. 1. par.*
148 *2. cum infinitis ſeq.* & poteſt † ſemel, &
pluries eam mutare, ſi Reipublicę ex-
pediat etiam ſine conſenſu populi,
Andr. in loco citato, & poſt *eum Affl.
num. 9. Bellug. in Specul. princip. rubr.
36. Menoch. d. caſ. 316. num. 47. & 69.*
aliàs malè facerēt, *ad tex. in cap. quāto
de*

de iur.iurand. Regn.Sextin.in loco cita-
to, num.47. cum ſeq. Bellug. in d. rubr.
36.§.*graue damnum, num.* 10.*in fine*,
vbi ait *Caue ne conſulas Principi mone-*
ta mutat.onem in damnum populi, *quia*
149 *non eris Conſiliarius ſed deceptor*,& † ob
id expellendos eſſe huiuſmodi Conſi-
ff. de muner. & honor. Petr. de Greg. Tho
loſ. ſyntag. iur. par.2. lib.19. cap.8. num.*
185 8. Et propterea ne dum Ciuitates, &
terræ omnes tàm demaniales , quàm

Baronales, verum etiam & omnes tenentur, ad tex. *in l. 1. de Epiſc. & cler.* maxime tẽpore belli, vt notat *Koppen. dec. 59. num. 27. poſt alios ibi* relatos. exceptis his, qui habeterent ſpeciale priuilegium, vt de Clericis eſt text. *cum glo. in d. l. 1. vbi Doct. C. de epiſc. & cler. Andr. in d. cap. vnico, num. 61. per text. in l. 2. C. de quib. muner. ſeu præſtat. lic. excuſ. Affl. ibidẽ*, vbi infert quod male
186 † faciunt domini temporales ponendo Ambaſiatores in domibus prælatorum, & in domibus aliorum clericorum contra eorum voluntatem; & ob
187 id *ex Cap.* illius Regni prohibẽtur etipi, eis inuitis, lecti & aliæ res ad vſum domus, de quo vide *glo. Abb. & alios in cap. 1. de immun. eccleſ. Doct. Mart. ĩ tract. de iuriſd. p. 4. caſ.* 86. quod pro-
188 cedit etiam † ex maxima neceſſitate, vt voluit *Vulpel. de liberta. eccleſia. lib.*
189 *2. num.* 47. idem † extenditur ad familiares ſanctiſſimę Inquiſitionis ratione particularis priuilegij, quod habere dicuntur, vt refert *Roias de Heret. par. 2. num. 421. & fol. 283. par. 1.* Idem
190 † ad Doctores legum, & medicos iuxta tex. *in l. medicos, C. de profeſſ. & medic. libr. 10. Aegid. de collect. §. medici, Vin. dec. 162. num. 14. Io. Garſ. de nobil. gloſ. 35. Azeued. lib. 8. tit. 10. l. 2. nu. 11. Theſſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. quæſt. 93. Cancer. variar. reſolut. lib. 3. c. 5. nu. 73.*
191 vbi limitat in caſu † neceſſitatis, *Antoni. Oliban. de iur. fiſc. capit. 4. num. 35.* ſubdens, quòd prætextu neceſſitatis prædictæ pauci Doctores ſunt, qui à prędicto hoſpitandi onere liberantur.
192 Item † ſunt exemptæ Ciuitates, & Terræ tàm Demaniales, quàm etiam Baronales in ſpecie priuilegiatæ, prout in Regno ſunt Panormitana, Meſſanenſis, & Catinenſis Vrbes, aliæq; plures, quibus ſuper hoc priuilegium à Rege indultum fuit, licet in Regno
193 † Neapolitano Barones vtiles domini poſſint ſibi reſeruare vnam ex eorum Terris pro Camera, & pro dicta cauſa accipere pecuniam à vaſſallis, ſecũdum *Vrſill. ad Afflict. dec.* 101. vbi refert ita iudicatum, eaq; poſtmodum ab onere pędicto exempta eſt de quibus latiſſimè per *Do. de Pont. in d. §. 6. nu. 19. cũ ſeqq. Mut. Surg. in Annot. ad Neapol. illuſtr. cap. 21. priuileg. 42. fol. mihi 375. & ſeq.*
194 Ad vnum tamen aduertè, quod Barones poterunt has Cameras reuocare, quando alias habeterent Terras, & de vna in aliam mutare Camerã non prohibentur, vt quælibet ex beneficio Baronum commodum ſentiat, licet quando vnam tantum haberet Terrã, in Cameram reſeruatam, illam reuocare non poſſet, & ita ſeruat ibi Regia Camera Summatiæ.
195 Item † excuſantur fiſci conductores, vt dixit *Greg. Lop. in l. 14. ibi obligado al Rey, titu. 16. part. 6. Laſart. de de decimis, cap. 18. nu. 11. Guttier. de tutel. par. 1. cap.* 20. quod procedit in Regnis Hiſpaniarum ex *lege* particulari ſecundum *relatos*.
196 Item † ſunt exempti forenſes nedũ ab ipſo onere hoſpitandi, verùm etiã & a collectis pro dicto onere impoſitis, vt deciſum teſtatur *Claper. in deciſ.* 37. quem refert, & ſequitur *Gaſpar Theſſaur. in addict. ad dec. 149. Antonũ Theſſauri verſ. ſed quid dicendum & in d. quæſtio. Forenſ. quæſt. 93. per totam.*
197 Item † dicuntur exempti habentes vaccas à num. 50. ſupra ex diſpoſitione *Reg. pragm. vnica titu. 55. de Macellatione §. 1. tom. 1.*
198 Item † & plures alij, de quibus per *Tholoſ. in loco citato, num. 8.*
199 Hæc † tamen immunitas ab onere hoſpitandi, non niſi per Principem, vel eius vicem habentem concedi poteſt, *Reſta. Caſtald. de Imperat. quæſt.*
200 *110. caſu 252.* nec † in generali immunitatis conceſſione comprehẽderetur, ad tex. *in l. fi. §. pen. ff. de muner. & honor.*

nor.& in l.3.C.de muner.Patrimon.lib.
10. ſecundum quam iudicaſſe refert
D. de Ponte in loco citato, num. 5. ſunt
enim valde ſubditis oneroſa, ad not.
per Auend.c.4. num.45. de exeq.mand.
lib.1. Tholoſ. ſyntag.iur. par.2. lib.19.
c.8.& idē Do.de Pont.in loco citato, vbi
tranſcribit verba tex.in l.illicitas, §.ne
potentiores, ff. de offic. Præſid. & pro-
201 pterea † nihil dandum erit talibus ho-
ſpitibus, niſi hoſpitalitas tantum ad
text.in l.deuotum, C.de Metat.& Epid.
lib.12.et tex.in §. ad hoc, lo vltimo, Auth. de collat. & §. illud Auth. de mand.
Princ.Rip.de remed.contr.peſt.nu.212.
202 neq; equos † commodare debent, ad
tex.in l.vnic.iuncta gl. notab.C.ne oper.
a collector.exig.lib.10.niſi ſoluto loerio
vt infra dicam; quamuis neceſſaria
203 ſint hoſpitia, † nedum pro Principe
ipſo, eiuſque familia, quando iter fa-
204 ceret, ad quod † etiam feudatarij te-
nentur, vt dixit Afflict. in deciſ.265.
num.111.Capic.in inueſtit.verb. hoſpi-
tiorum, Aluarot. in cap.1.§.ſimiliter, de
Cap.Corrad.Specu.iutit.de feud.§.quo-
205 niam, quo † caſu tenentur contribue-
re vaſſalli Burgēſes, vt dixit And.ī Cō
206 ſti.q̄pluriū. Capic. ī loco relato; verū &
pro † militibus ſtipēdiarijs, ad tex. in l.
3.§.eos, de muner.& hon.Pet.de Gregor.
Tholoſ.d.c.8.n.3.& ſeq.Meno.cōſ.1197.
n.7.lib.12.Bonad.lib.3.polit.c.1.n.21.
207 & lib.4.c.2.nu.35.& 73.idēq; † proce-
dit in Magiſtratibus, qui debent ho-
ſpitari pro vt milites in loco vbi non
eſt domus Principis, ſecūdum Luc.de
Penn.in l.fi. C.de profeſſ.& medic. lib.
10. per illum tex. ante finem, vbi pari-
ficat hoſpitium militum, & iudicum,
ibi, nec eorum domus vbicūque poſita,
militem, ſeu iudicem ſuſcipiant hoſpitā-
dum, Caſſan. in Catalog.glor. mund.p.
11.conſid.46. in fi. Anſl.in cap.8. Prat.
gloſ. dineros, num.5. & cap.30.verb. ni
comidas, Cancer. lib.3. variar. reſolut.
c.5. Laudenſ. in tract.de official.quæſt.
47. Bonad. in loco citato, Azened.in l.8.
208 tit.6.lib.3. dū ait, quod † neque dona
ab ipſis Ciuitatibus capere debent,
etiam quòd ſponte darent, ad text. in
l.1.C. de ſalgam.hoſp.non præſt. & tex.
in l. deuotum, C. de Metat. & Epidem.
lib.12. Surg.in loco citato fol.378. Cancer. ibidem nume. 58. & ſequ. ſubdens
209 quòd † proprijs ſumptibus viuere de-
bent, & tradit Calic.de fiſc.dubit.8. li-
210 mit.210.ſolus †.n. Princepseiuſq; do-
meſtici, & familiares gràtis hoſpitādi
ſunt, ad tex. in d.l.2. vbi Luc. de Penn.
& Ioan.de Plat.C. de Metat. Iban. de
Bard. ſuper priuileg. general. Aragon.
211 num.30. cæteri † autem Magiſtratus,
& milites ſoluta congrua mercede,
Bald. in d. l. obſeruare, Michael Ferr.3.
par. obſeruat. cap. 380. nec vniuerſita-
212 tes † cogūtur vendere victualia minori
prætio, quàm vendantur in foro pu-
blico rerum venalium, ad tex. in l. ſep-
tem diebus, vbi Io.de Plat.& Bart.C.de
erogat.milit. ann.lib.12. aliàs poſſet eis
de facto reſiſti, vt conſuluit Natt. in
213 cōſ.83.& 84.& † propterea ſolet Prin-
ceps in commiſſionibus, quæ Magi-
ſtratibus dari cōſueuerunt, quando p
Regnū pergere neceſſe eſt pro Regio
ſeruitio expreſsè mādare, quòd detur
honoratum hoſpitium cum rebus ne-
ceſſarijs gràtis, licet hæc omnia malè
214 ſeruentur, aliàs † ſi officiales vniuerſi-
tatum eos admitterēt ad hoſpitandū
non exhibita prius commiſſione ho-
ſpitandi à ſuperiore ſibi conceſſa, te-
nerentur in ſindicatu, & ad intereſſe
iuxta literas Regias, cauere tamen de-
bet Magiſtratus, ne cum partibus liti-
gantibus hoſpitetur Bonad.lib.2. Poli.
cap.20.num.13.cum ſeq.

215 In † Regno autem ad euitādos cla-
mores Regnicolarum propter militū
hoſpitia, fuerunt erectæ quædam do-
mus particulares cum eorū rebus ne-
216 ceſſarijs, (quas † Quarteria appella-
mus) prout Panormi, Meſſanæ, Dre-

 pani,

pani, Syracuſis, Milatij, Auguſtæ,
Marſalæ, Leucatæ, Thermarum, &
Corleonis, ſunt enim loca, vbi vt plu-
rimum neceſſe eſt habere militiã pa-
ratam, & interim aliæ Terræ ſubleuã-
217 tur, reliqui † tamen milites ſunt ho-
ſpitandi per alias Ciuitates, & Terras
partim Demaniales, partim Barona
les iuxta mandatum Suæ Catholicæ
Maieſtatis de anno 1591. cap. 13. qui-
bus conferunt tradita per Bonad. lib.
4. Politic. cap. 2. num. 35. & 73.

218 Si † tamen aliquis hoſpitium ere-
xit, tunc tenetur hoſpites recipere, vt
dixit Antles in cap. 17. prat. in verb. à
rationables, num. 6. & ſeq. & cap. 28.
Auend. de exeq. mand. lib. 2. cap. 8. vbi
tradunt, quòd in caſu prędicto poſsũt
hoſpitia per iudicem taxari.

219 Decimum tertium † ius Regale eſt,
quòd ſolus Princeps noua vectigalia
imponit, ac vetera auget, & diminuit
ad tex. in l. 1. 2. & 3. C. nou. vectigal.
impo. non poſſ. cap. ſuper quibuſdam §.
præterea de verbo. ſignif. & cap. inno-
uamus de cenſib. l. vectigalia C. de ve-
ctigal. & publica. idq. intelligendum
eſt de Principe ſuperiorem non reco-
gnoſcente vt dixit Andr. & poſt eum
Afflict. in d. c. vnic. quæ ſin regal. verb.
vectigalia num. 2. vbi cæteri ſcribentes,
Loffred. in §. filij col. 7. ver. ſeptimo ſi de
feud. fuer. controuer. Regner. Sext. tit.
de regal. lib. 1. cap. 2. nu. 4. & lib. 2. cap.
220 6. nume. 14. & ſequ. vbi etiam † ſi in
mari imponãtur vt latè ſcribit Oſeaſc.
deciſ. 155. Nati. conſ. 661. num. 1. My-
ſing. obſerua. 29. num. 1. centu. 5. Man-
dell. conſ. 250. num. 13. & hoc propter
protectionem quam tenet de Regno,
& iuſtitiam miniſtrãdo ſecũdum Af-
flict. in loco citato in rub. num. 7. Petr. de
Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 9. cap. 1. nu.
221 30. & licet † iura hæc concedi conſue-
uerint etiam priuato vt dixit Andr. in
d. cap. 1. in rub. vbi Afflict. nu. 53. Gut-
tier. de Gabell. nu. 4. cap. 4. Roſantell. de
feud. cap. 5. concluſ. 31. Regner. Sexti. de
Regal. lib. 2. cap. 6. num. 54. & ſeq. con-
222 ſuetudine † tamen præſcribi minimè
223 poſſunt, niſi eſſet tanti † temporis cuius
memoriæ initium non extaret ad tex.
in d. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. &
224 dixit Andr. in loco citato, qui ita † intel-
ligendus eſt ſecundum Din. in l. ſi pu-
blicanus §. fin. ff. de publica. & in l. 1. C.
vectigal. Impo. non poſſ. Oſaſc. conſ. 2.
num. 13. Roſantel. vbi ſupra concluſ. 45.
Regner. d. cap. 6. nu. 56. & 57. qui alios
allegat; fingitur enim Princeps ob
tanti temporis pacientiam permiſiſſe
exactionem arg. tex. in l. cum in plures
§. locator ff. locat. gloſ. in l. domini præ-
diorum C. de Agric. & cenſi. lib. 10. & di-
ximus late ſupra cap. 19. lib. 1. alias te-
neretur oſtẽdere titulum Menoch. conſ.
1125. vol. 2.

225 Ex prædictis nota quod † hæc ve-
ctigalis impoſitio nõ niſi ex iuſta cau-
ſa per Principes fieri debet ad text. in
d. l. 1. & 2. C. noua vectigal. And. in rub.
quæ ſint reg. num. 5. & Afflict. num. 2.
& eſt opinio omnium Legiſtarum, &
Theologorum vt poſt multos refert Hu-
mad. ad Schol. in l. 49. tit. 6. par. 3. gloſ.
3. nu. 6. Petr. de Gregor. Syntag. iur. lib.
3. cap. 3. & cap. 5. 6. 7. 9. & 10. & in loco
citat. de Republ. num. 11. Roſantel. de
feud. cap. 5. concluſ. 43. & 44. Cancer.
varia. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 119. Re-
gner. Sextin. de Regal. d. cap. 6. num. 43.
226 & ſeq. vbi etiam † ponit quæ ſint iux-
tæ cauſæ.

227 Secundo nota quod † Magiſtratus
patrimoniales, ad quos hodiæ perti-
228 net † vectigalium locatio, (licet apud
Romanos à Cenſoribus fieri dixit Li-
ui. lib. 39. & 43.) valde inuigilare
debent circa vectigalium, aliarumque
gabellarum regiarum locationem, vt
infra dicam lib. 5. cap. de Tribunali Re-
gij Patrimonij.

229 Tertio nota quod † fraudantes ve-
ctigalia amittunt res aſportatas, ad
tex.

tex. in l.ſi publicanus,§.de rebus cum ſi-
mil.ff.de public.l.1.& 2.C.de vectigal.
& commiſſ. quod intellige ſecundum
diſtinctionẽ traditam p Salic.in l.neq.
C.de vectigal. & poſt alios Rol.conſ.42.
num.8.volum.3. Ferret. de Gabell. nu.
153. Roſantel. de feud.c.5.concluſ.36.
& 37. Peregr.de iur.fiſc.tit.7.num.31.
ver. aut vero merces Gail.lib.2.obſerua.
51.num.5.Tholoſ. ſyntag.lib.3.cap.17.
num.6. Maſcad.concluſ.835.volum.2.
230 idque † procedit etiam ſi poſt ommiſ-
ſam profeſſionem,ſeu manifeſtũ, ſol-
uere paratus eſſet,ad tex. in l.fi.§.quo-
ties & §.ſi quis profeſſus.ff. de publica
Reguer.Sextin.d.cap.6.num.163. ſub-
231 dens quòd† pęna prædicta tranſit etiã
ad hæredes, ſi viuo delinquente quę-
232 ſtio mota fuerit.-illęque † fiſco Regio
applicantur, vel Conductoribus ſi hu
iuſmodi vectigalia locata reperiantur
l.ſi quis C. de vectigal. & commiſ. vbi
Bald.Salic. & cæteri, Paſcet. conſ. 190.
ſub num.1.volum.1. Roſantell. d.cap.5.
233 concluſ.40. neque† immunis eſſet libe-
ratus ſi prius bona datiario non cõſi-
gnauerit,eique oſtẽderit immunitatis
priuilegium ex notatis in l.fi.§.quoties
ff. de publ. & vectigal. vbi Bartol. in §.
diuus nu.2.D.Borell.d.cap.11.nu.105.
Menoch.conſ.1108.volu.12.D.de Pont.
dec.29. Roſantel.d.cap.5.concl.39.ſunt
234 †autem plures cauſę,quæ excuſant ab
huiuſmodi pœna intercepti, de qui-
bus per Reguer. d.capit.6. nume. 174.
vſque ad finem.
235 Quarto nota quod † volens extra-
here merces ſi expediat licentiam, &
poſtea penituit, tenetur ſoluere ius ve
ctigaliæ, & ſi fuerit ſolutum non po-
teſt reperere, ne libri regij turbentur,
ad tradita per Bald.in l.ab emptione, C.
de pact. & ita pluries iudicatum, ad
quod facit conſ.Surd.140.nu.8.
236 Quinto nota quòd † Princeps ca-
uere debet, ne vectigal imponat mu
lieribus in lupanari exiſtentibus, quia
lucrum nefandiſſimum eſt, vbi dixit
Ang.in Authen.de Lenon.in fi.princip.
& ideo ſumma cum ratione fuit ſubla
tum in Regno.
237 Sexto nota quod† terminus ad ſol-
uendum vectigal à Principe proroga-
tus, eſt idem terminus à ſtatuto præ-
fixus,& propterea eo durante non de-
betur, Caſtald.de Imperat.quæſt.110.
238 caſ.329.ſecus † ſi per partes fieret pro-
rogatio, quia non obſtaret fiſco, ſeu
eius conductoribus Franc. Marc. dec.
647.par.2. Amad.apont. Quæſtio.lau-
demial.37.num.28.fol.mihi 139.à Pe-
tra de fidecom.quæſt.8.num.249.cum
ſequ. Burg.de Laudim.par.2.inſpec.5.
Tiraqu.de retract. lignag.§.29. gloſ.2.
nu.1.cum ſeq.Ceſ.conſ.331.nu.6.lib.3.
239 Septimo nota quod† in Regno ere
ctus eſt Magiſtratus pro exactione iu-
rium vectigalium cum iuriſdictione
ciuili, in quo interuenit Secretus, Iu-
dex aſſeſſor, fiſcus, & magiſter Nota-
rius, & cognoſcit de cauſis omnibus
interceptorũ, & de alijs rebus ad Re-
giam Doanam attinentibus, quæ ci-
uiles ſunt, vt vidi iudicatum in Regia
Camera ſummarię Regni Neapolita-
ni(in quo ſimilis eſt magiſtratus.) tẽ-
pore quo erat Locumtenẽs Ferdinan-
240 dus Fornarius, & † ab his appellatur
ad Tribunal Regij Patrimonij.
241 Octauo nota quod † ius ſoluendi
gabellam præſcribitur contra priua-
tos ſpatio decem annorum, contra
vero Fiſcum per annos quadraginta
ſecundum Bart. in l. licitatio §. earum
rerum num.3.vbi omnes ſequuntur ff.
de public. poſt alios Roſantel. vbi ſupra
concluſ.46.Guttier.de gabel.quæſt.119.
& ita fuit iudicatum.
242 Nono nota quod † Barones non
poſſunt abſque Regis licentia impo-
nere vectigalia, ac gabellas, Salic.
in l.vectigalia colum. 2. C. noua vectig.
Azeued. l.2.tit.14.lib.4. Bonad. lib.2.
polit.c.16.num.169.

De-

num.97. & 98. decad.11. Scheneid. de
feud. par.2.num.109.& par.5.nu.119.
Vult. de feud. lib.1.cap.5.nu.7. & poſt
alios Reguer. Sextin.d.cap.14.ſub num.
17. cum ſeq. vbi refert ita iudicatum,
252 niſi in caſu †neceſſitatis, vt dixi in add.
ad Petr. de Gregor. d. quaſt.7. litera C.
Reguer. d.cap.14.nu.22. & 38. qui lo-
253 quitur etiã de Magiſtratibus, vel†non
haberet de ſuo pro exercitu vt dixit,
Andr. in loco citato, & in cap.1. de Cap.
qui cur. vendi.num.27. verſ. item dabit
rem alterius Bald. in l. neminem C. de
ſacr.ſanct.eccleſ. Luc. de Pen. in l. vnica
C. de ſuperindic. Menoch. conſ.75.num.
86. & de arbitr. caſ.178. num.13. vel
254 † receptum eſſet de cõſuetudine idem
Gregor.d.quaſt.7. vbi alias ponit limi-
tationes, eaſq. reaſſumit Reguer. in loco
citato num.32. vſq. ad fin.
255 Ab his autem muneribus, † & ex-
traordinarijs collationibus nemo ex-
cuſatur vt poſt alios tradit Borell. de
praſta. Reg. cap.20. num.46. Sextin. d.
d.cap.14.num.88. cum ſeqq. idq. am-
256 pliari † poteſt ſecũdum aliquos etiam
ad Clericos, cum pro bello contra in-
fideles, & defenſione ab eorum incur-
ſionibus, & pro fidei Chriſtianæ ho-
ſtium profligationibus, pro Regni, ac
ſtatus tuitione, ac iuſto bello debean-
tur ad tex. in cap. non minus, & cap. per-
uenit de Immun. eccleſiaſt. & vtrobiq.
Doct. Landenſ. de Princip. quaſt. 433.
Anton. niger in extrauag. Clem.7. de vi-
ta, & honeſt. clerico. in verb. priuilegio.
Foller. in Conſtitut. Predeceſſorum no-
257 ſtrorum num.7. quod† intelligo præce-
dente voluntate ipſorum clericorum,
& licentia Summi Põtificis, prout in
Regno ſeruatur ſecundum Foller. &
alios relatos. Fran. in cap.1. de Immun.
eccleſiaſt. in 6. Renat. Kopen. de Doman.
Franc. lib.1. tit.14. & in Cõſuetud. An-
degaue. lib.1 tit. de iuriſdict. Andegan.
258 cap.31. per totum, verum tamẽ eſt†qđ
huiuſmodi collectarum ſolutio ſolui
debet, & cõſignari in eodem Regno,
& non extra, & ſic ſufficit depoſitari
penes officiales Regios ad hoc depu-
tatos in ipſo Regno, vt poſt Andr. di-
xit Afflict. d. deciſ.265. num.50. & ſeq.
259 Reſtaur. de Imperat. quaſt.57. licet†ea-
rum exactio fiat ſummariè, priuilegia
tè, & exequutiuè, ad text. in §. coges in
Authen. de Mandat. Princip. Crauett.
conſ.111. Seſe de inhib. iuſtit. Aragon.
cap.4. §.3. num.1. & §.7. num.47. & §.
6. Gutier. de Gabell. quaſt. 127. & per
aliàs quæſtiones ibi in materia quaſt.
160. cum ſeq. vſq. ad fin. Reguer. Sex-
tin. d.cap.14. num.167. cum ſeq.
260 Decimumquintum † regale eſt ius
Armandiæ ad text. in d. cap. vnic. qua
ſint Regal. Calic. de fiſc. dubit.8. nu.10.
& licèt ſecundùm Andr. & alios in d.
c. vnic. plures habuerit expoſitiones,
261 attamen † vera eſt concluſio, quòd ſi-
gnificat armamentũ, quaſi quòd Prin
cipi ſoli liceat armificationes, & arma
menta publica detinere, ad text. in l.
iure, C. de fabricenſ. lib.11. & in Auth.
de Armis, in princ. vbi ad ſolum Prin-
cipem aiunt ſpectare arma fieri face-
re, illaq. priuatis vẽditioni exponere,
& armamentum in qualibet Ciuitate
tenere ſecundum Peregr. qui alios alle-
gat de iur. fiſc. lib.1. tit. 1. num.14. Ro-
ſental. cap.5. concluſ.19. Borell. de pra-
ſtant. Reg. cap.6. Petr. de Greg. Tholoſ.
de Republ. lib.9. cap.1. ſub num.13. vbi
262 ait, quòd † ſolebant in Republica ar-
ma locis publicis concludi, quæ tem-
pore belli indigentibus dabantur, ſi-
cuti in tumultibus repentinis vt refert
Cicero pro Caio Rabirio orat.17. cum de
ſeditione contra Saturninũ ageretur,
ibi, eo tempore ex ædificijs, armamenta-
rijsq. publicis, arma Populo Romano C.
Mario Conſule diſtribuente, data, vt Im
perium populi Romani maieſtaſque con-
263 ſeruaretur, & † propterea Iuſtinianus
in d. Authen. de Armis, quæ eſt Nouell.
85. non alia de cauſa armamenta pu-
blica

blica ſtatuit, eaq. penes priuatos eſſe
prohibuit,ſed in publicum ſacrum armamentum
reponerētur, niſi propter
motus,ſeditiones,& contentiones,ex
quibus homicidia committi poterāt,
& coniurationes in priuatos,& Rempublicam,
quia (vt ibi ſubdit,) Deus
264 † commiſit ſubditos Principibus, vt
illæſi, & ſine calumnia cuſtodiantur,
ita enim expedit Reipublicæ,quæ aliter
regi non poſſet, Principique ſoli
data eſt poteſtas à Deo, *ad Romanos c.*
13. & ipſe ſolus vitæ, & necis accepit
poteſtatē, vt per ſe, vel per Magiſtratus
ſuos,quando oportet, nō temere,
& contra quos oportet eo vtatur ad
vindictam malefactorum, & bonorū
265 laudem,multaq. † alia circa phibitionem
armorum penes priuatos cumulat
idem *Tholoſa. in loco citato,Decian.*
in tractat criminal. lib.8.cap.3.num.1.
& ſequenti, poſt *infinitos*, *Farinac.*
variar. quaſt. 108. *per totam*, & nouiſſimè
Regner.Sextin.de regal. libr.2.
cap.1. num.7.cum ſequ. quem poſt hęc
ſcripta,& quaſi ſecundum librum typis
datum pręmanibus habui. & multa
eruditiſſimè in materia tradit.

266 Decimum ſextum † Regale ius eſt
via publica, ad tex. *in d.cap.vnic. Qua*
ſint Regal. & ibi Andr. & cateri ſcribē-
267 *tes*,vbi dicunt, † viam publicam dici,
quæ vtrumq; caput vię tendit ad aliā,
ad tex. *in l. fi. ff. de via publ. & in l. 2.*
§.*viarum, ff. ne quid in loc. publ.* & ita
268 dicta, quia † ſolum publicum eſt,relictum
ad directū certis finibus ab eo,
qui ius publicandi habet, ad tex. *in l.*
2.§.ſi viam publicam,eod.tit. Burſa.cōſ.
409. num. 1. & 2. volum.4. & in ea
269 Princeps tantum iuriſdictionem hēt,
niſi alijs fortè territorum cum ipſa cō-
270 ceſſerit, & in his † nemo poteſt ędificare,
niſi cum licentia Principis, ſeu
Magiſtratus, expreſſam ad hoc poteſtatem
habentis,ad tex. *in l.ſeruitutes,*
§.publico,ff.de ſeruit.l.3. §.planè, verſ.
ſed ſi à Principe, ff. quod vi aut clam,
Bald.in Rubr.C. de contrah. empt. Affl.
in d.cap.vnic. verb.via publica,num.2.
& in conſtitut. puritatem, & conſt. beneficium,
lib.2. Tholoſ. de Repub. lib.9.
cap.1. num.21. & lib.1. in fine, ſyntag.
iur.cap. 2. num.5. & lib.3. cap. 13. &
16. vbi refert in Gallia peculiarem eſſe
Magiſtratum, qui curā habeat uiarum.
Aediles in cap. 17. & 22. Prator.
& fuit præceptum *Plat. in lib.6.de leg.*
ibi, *curent adiles vt vrbs quam mundiſſima
ſit, nec à priuatis vnquam patiantur,
aut adificando, aut fodiendo publicum
occupari*; nam cum ſolum publi-
271 †cum ſit,erit & Principis in eo authoritas,
& poteſtas,cura eius, & compēdium:
vſus verò ad quemlibet de populo,
Molin. de delict. diſput.707.nu.
5. & ſeq. vbi multa eleganter tradit in
272 materia. In tantum quòd † neque
præſcribi poſſunt, ad text. *in l. fi.ff.de*
via publ. & l.vſucapionem,ff.de vſucap.
Rim. iun. conſ. 622. per totum, volu.6.
273 neque † priuatus poterit viam publicā
claudere, vt dixit *gloſſ. in l.1. ff. de*
locat. & itiner. publ. & l.2.§.ait Prator,
& §. Prator ait, ff. ne quid in loco publ.
Angel. conſ.180. Affl. vbi ſupra nu.12.
274 vel † facere pontem de vna domo in
aliam ſuper via publica, *Petr. Surd.*
conſ.137. num.1. & ſeq. vol. 1. Molin.
in loco citato num. 19. quinimo puniū-
275 tur † qui hoc fecerint pœna ſacrilegij,
vel ſaltim pœna pecuniaria, ad text.
in l. qui ſine, C. de oper. pub. Caſſan. in
conſuet. Burg. in Rubr. des iuſtices, nu.
35. Tholoſ. in d.cap.1. num.21. Inde eſt
276 quod † Princeps, ſeu ſupremus Magiſtratus
curare debet, vt in Republ.
inter Magiſtratus minores (prout eſt
in hac vrbe) ſint, qui uiarum publicarum
curam habeāt, vt ſordes ex angiportis
eijciantur, plateæ ſint mundæ,
viæ ſternántur, lutumque auferri faciant,
in via publica in medio exiſtens
vt dixit *Platin. libr. 2. de optimo ciue*,
Ansl.

Auil. cap. 19. Prætor. num. 38. verſicu. item prouidebit, & Bonadill. lib. 3. polit. cap. 6. num. 1. cum ſequ. ſicut & apud
277 Romanos huiuſmodi officium The-
learcum dicebant, de quo dixit *Cicero lib. 3. de legib. vrbis templa, vias, aquã, ærarium tuento*, quod & ad ædiles curules etiam pertinuit, & ob id viarum Curatores appellati, & Magiſtratus *l. qui vias publicas, ff. de damn. infect. l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loc. publ.* & melior *tex. in l. ædiles, ff. de via publ.* hij enim iurabant, eorumque officio cogebant dominos ædificiorum, vel agrorum vicinorum, vt pro modo vicinitatis cuiuſque repararentur, & emendarentur. Item ne quis effoderet, neque ſubrueret vias, nec in eis aliquid conſtrueret, conſtructum dirueret, & purgari curarent; ſic & apud Græcos ſimiles magiſtratus erant, vt refert *Plato ĩ d. lib. 6. de legib.* & de Alexandro Seuero, alijſque Imperatori-
278 bus, qui † ſimiles Magiſtratus in Republica adeſſe curauerũt, habẽt apud *Dion. libr. 53. & 54. Suet. in Auguſt. & Lamprid. in Alexãd.* & propterea ſer-
279 uatur hodie quod pro aptatione viæ ante domum ſuam domini teneantur de proprio neceſſariam pecuniæ quãtitatem expendere, ad text. *in l. ædiles, §. conſtruant, & l. fin. ff. de via publ. Bart. in l. 1. eod. tit. Alber. in tract. ſtatut. par. 1. quæſt. 130. idem Bart. in l. 2. C. de immunit. nem. conced. lib. 10. Florian. in l. ſi quid §. ſi quid, num. 6. ff. de vſufruc. Auil. d. c. 17. Prætor. ver. e ſtea limpias, Do. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de abund. Ciuit. num. 21. &*
280 *22.* vbi ait, quod † expenſæ prædictæ in Ciuitate Neapolitana fiunt de publico, quod eſt contra iuris ciuilis diſpoſitionem poſtquam non adeſt impoſitio in hoc, in qua ciues cõtribuãt, & eſſe maximum abuſum oſtendit, li-
281 cet † conductores, ſi fortè ad huiuſmodi expẽſas coacti fuerint, poſſint cum penſione recompenſare, vt dixerunt, *Cyn. & Salyc. in l. in ſumma, C. de pignorib. Bart. in d. l. ædiles, Caſtr. in l. ex conducto, in princ. ff. locat. Alberic. in loco citato, Afflict. in d. cap. unic. verb. via publica num. 15. Dom. Borell. in tracta. de præſtant. Reg. capit. 7. num. 19.* qui
282 † etiam ponit cuius expenſis refici debeant aliæ viæ publicæ extra vrbẽ.

283 Decimum ſeptimum † Regale eſt, flumen publicum, & nauigabile, ad tex. *in d. capit. unic. vbi Andr. & cæteri feudiſtæ*, ſicut enim in terra via publica in poteſtate Principis eſt, ſic & itinera publica per aquam publicam,
284 ibique † portus, eadem ratione qua omnia publica ad Principem peruenerunt diſpenſanda, ad tex. *in l. 4. §. fi. ff. de rer. diuiſ.* & dixit *Petr. de Greg.*
285 *Tholoſ. lib. 9. cap. 1. num. 27.* ſunt † autẽ flumina omnia de regalibus, & Principi reſeruatis, licet quò ad vſum publica ſint, *Afflict. in eodem titu. de regal. in verb. flumina num. 1. per text. in l. quominus, ff. de fluminib.* ſubdẽs,
286 quòd † contra immittentem aliquid in flumen, vel eius ripam ſine Principis licentia competunt contra eum duo interdicta, de quibus *in l. 1. ĩ prin. & §. deinde, eod. tit. de flumin. Specu. in tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. §. 1. verſ.*
287 *6. cum ſeqq.* neque † ius ducendi aquã ex publico flumine in proprium prædium abſque Principis permiſſione licet, *l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quot. & æſt. l. fi. vbi Luc. de Pen. C. de aquad. lib. 10. Calie. de iur. fiſc. dubit. 8. ſub nu. 28. verſ. 109.* neque piſcari, vt dixit *Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 23. &*
288 *ſeq.* ad quod minimè † iuuaret pręſcriptio, niſi immemorabilis, ſecundum *And. & Affl. ĩ loco citato, Borell. de præſtant. Reg. cap. 8. num. 13. & ſequ.* vbi
289 limitat † in flumine non nauigabili, quando Princeps, vel Magiſtratus id non prohiberet, & alia vt apud eum, licet acriter puniantur inficientes flu-

mina piſcādi cauſa, ex Regia *Pragma-*
tica Regni vnic. tit. 65.

290 Decimum octauum † Regale eſt,
ius Ripaticum, ad tex. *in d. cap. unic.*
de regal. vbi Doctores, & latè Andr. ibi-
dem in verb. Armandia, & in verb. Ri-
patica, Calic. de fiſc. dubit. 8. verſ. 221.
291 vbi dicunt quod † eſt ius quoddam ve
ctigalis, quod pro tranſitu riparum
prȩſtatur, ſecundum *Aluarot. Propoſit.*
& alios ibidem, Ferr. Mont. de feud. cap.
7. lib. 5. §. ſunt & riparum commoda,
& optime *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit.*
1. nu. 24. qui Ripatica accepit pro om
ni iure, quod Princeps habet in ripis
publicorum fluminum, vel reſpectu
vectigalium, vel reſpectu agerum, vel
etiam reſpectu iuris transfretandi de
ripa ad ripam, quem ſequitur *Roſent.*
de feud. cap. 5. concluſ. 32. Frecc. in tit.
quis dicatur March. nume. 3. cum ſeqq.
Borell. d. tract. de praſtant. Reg. cap. 10.
num. 8. & ſeq. Regner. Sextin. de regal.
lib. 2. cap. 5. ſubdens poſt *Roſental. Pe-*
292 *regr. & alios*, quod † ius hoc ripaticū
priuatis competere non poſſit, niſi ex
Principis conceſſione.

293 Decimum nonū † Regale eſt Plau-
ſtrorum, & nauium, ſecūdum *Andr.*
in d. cap. unic. in ver. extraordinaria,
ſub num. 60. ad Principem enim ſo-
lum pertinet ius vehendi res de vno lo
co ad alium cū curribus, equis, & na-
uibus ſubditorum, & ſic vt cum eorū
plauſtris, ſeu curribus portent ligna-
mina pro galeis faciendis, vel alias res
hoſtiles, ſeu annonas, *ad tex. in l. 2. &*
3. C. de curſ. publ. lib. 12. Ioan. Plat. in l.
curſum num. 2. eod. tit. Andr. & Afflict.
in d. cap. vnic. Regner. Sextin. lib. 2. de
regal. cap. 13. num. 17. vbi ponit an hoc
294 † munus patrimoniale, & reale ſit, vel
perſonale, licèt iuſtum prȩtium ſolue-
re debeat, ſecundum *eumdem And. ibi-*
dem, Bald. & Afflict. qui ait, quòd ſuf-
ficit Regi, quòd eis inuitis, recipiat
eorum animalia, vel naues, notat *Luc.*
de Penn. in l. fin. C. ne ruſtic. ad null. ob-
ſeq. & in l. fin. in verb. donauerit, de lo-
cat. pradio. ciuil. lib. 11. Rolan. conſ. 69.
nu. 15. & ſeq. volum. 2. Natt. conſ. 554.
num. 1. & ſeq. Surd. conſ. 83. num. 9. &
12. Decian. reſponſ. 69. num. 4. volu. 3.
Vult. de feud. verb. alij etiam fol. mihi
91. Peregrin. de iur. fiſc. tit. 1. num. 27.
Regner. Sextin. de regal. l. 2. cap. 13. nu.
7. quod quidem pretium taxatum eſt
in Conſtitut. Regni, incip. ſic noſtra ſer-
uitia, et in Conſtit. Regni, omnes officia-
les, vbi Afflict. nu. 1. & 2. Pariſ. de Put.
de ſindicat. in verb. capsus, §. an officia-
lis per totum, & in ver. officialis ſi ſtatu
295 *tum, in fine*, qui ampliant † prædicta,
ex ſpeciali Principis priuilegio, ad of-
ficiales, & magiſtratus Regios, qui be
ne pñt capere aīalia, & naues, ſoluta
tamen mercede, ad tradita *in d. Conſt.*
omnes officiales, quæ imponit pænam
ibi contentam, *& ibi Andr. & cæteri*
addentes, & nouiſſimè *D. Tap.* ſubdens
conſtitutionem illā proceſſiſſe ad eui-
tandum grauamina, de quibus *in lib.*
1. Regum cap. 8. idemque diſponit *cap.*
Fid. 39. quibus addo *Iuli. Ferret. in*
tractat. de milita. inſti. & pen. deſertor.
inſigen. num. 154. & 156. Burſat. conſ.
335. num. 11. volum. 3. Mar. Mut. ſuper
Cap. Regis Iacob. 19. num. 11. D. de Pōt.
in tracta. de poteſt. Proreg. tit. de Regal.
impoſit. §. 2. nu. 50. & ſeq. licet *ex And.*
in loco citato ſubdat priuilegium hoc
non extēdi ad Magiſtratus, & officia-
les, ſed contrarium ſeruatur ex prædi-
ctis *vt ibi per eum*, idq. procedit etiam
296 quod † capiantur pro exequenda iu-
ſtitia argu. *l. fin. §. fin. de pignor. actio.*
l. quemadmodum §. magiſtratus ff. ad
l. Aquil.

297 Prædicta † etiam procedunt in Ci-
uitate, ſeu communitate, quæ poteſt
capere animalia priuatarum perſona-
rum, vel naues eis inuitis ad ferēdum
granum, ſeu annonas ad Ciuitatem
vt dixit *Bart. in l. iubemus nullam* quȩ
eſt

eſt prima C. de ſacroſ. eccleſ. & ibidem Bald. & Caſtr. num. 3. Iaſ. in l. barbarius num. 27. ff. de offic. Prætor. & in l. principalibus ff. ſi cert. peta. Alex. conſ. 190. num. 13. volu. 2. Barba. conſ. 4. vol. 1. & conſ. 1. vol. 3. Auiles cap. prætor. 32. fol. mihi 236. & cap. ſeq. Montan. de adminiſt. vniverſ. præg. 2. num. 70. D. de Pont. in d. tract. tit. de abunda. Ciuit. in percip. num. 16. & 27. cum ſeq. & in hoc caſu † ſi deperderentur, vel aliud ſimi-
298 le detrimentum paterentur, teneretur Ciuitas ad refectionem dãnorum vt dixit Luc. de pen. in l. iubemus col. fin. C. de Nauib. nõ excuſan. lib. 11. per tex.
299 in l. 1. eod. tit. ſecus † ſi voluntariè vigore ſimplicis locationis captæ fuerint, tunc enim ad nihilũ eſſet obligatus, vt fuiſſe iudicatum refert D. de Pont. dec. 17. per totam Regner. Sextin. d. cap. 13. num. 77. cum ſeq. quia non tenetur de caſu, ad text. in l. 1. & l. iudicio C. locat.
300 An autem ius † hoc competat Baronibus? Videtur quod non, niſi id de conſuetudine fuiſſet receptum, Put. de Sindica. tit. de exceſſi. Baron. num. 1. & ſeq. Auiles in cap. 17. Pretor. in verb. à rationables pretios num. 35. ſed hodie quaſi in omnibus feudorum conceſſionibus adeſt clauſula (cũ angarijs & perangarijs,) licet cauere debeant ne ſubditos vltra ſolitum grauent, ad tex. in l. cũ ſatis §. caueant, C. de agric. & cenſi. lib. 11.
301 Vigeſimũ † ius regale ſunt argentariæ, quæ licet ſecundum aliquos exponantur pro poteſtate exercendi argentariam, ſeu menſam nummulariam, vt fuerunt Aluar. Eguina. Baro. & Cuiat. in d. cap. vnico de Regal. & præpoſ. ibi, qui ait hac ratione textum nõ violari, lateq; diſcutat De. Borell. de præ-
301 ſtan. Reg. cap. 22. cum officium † publicum ſit, vt dixi in deciſ. 135. volum. 2. attñ pro argẽti fodinis ꝑmulti Doct. cõiter * interpretati ſunt, & præcipuè Andr. & Afflict. in d. cap. vnico de Regal. Et nouiſſime poſt alios Regner. Sextin. de regal. cap. 16. num. 5. illæq; de Principi reſeruatis, & regalibus dicuntur, ſecundum Andr. & cæteros ibi per illum tex. Calic. de fiſc. dubit. 8. nume. 10. Caſtald. de Imperat. quæſt. 110. verſ. 28. Iacob. de Sanct. Georg. de feud. verb. cum argenti fodinis. Alcia. reſpon. 105. Menoch. cõſil. 302. ſub nu. 29. Cãcer. variar. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 311. & eſſe communem * ſententiam dixit Roſantel. de feud. cap. 5. concluſ. 88. vbi
303 ampliat † ne dum in locis demanij, vt tradit Iacob. de Sanct. Georg. in loco citato num. 2. ſed etiam in locis priuatorum maximè ſtante conſuetudine, vt dixit Affl. dec. 321. num. 16. & 17. & in d. cap. vnico, num. 10. quod intelligo in certa parte, vel portione, quæ fiſco competere videtur in locis priuatis, ſecundum Prapoſ. Alciat. et alios in d. cap. vnico, Peregr. de iur. fiſc. titu. 2. num. 11. lib. 4. Afflict. d. dec. 321. nu. 15. Soc. iun. conſ. 80. num. 42. volum. 3. cum cæteris relatis a Roſantel. in loco citato, in fi. & concl. 89. 90. & 91. Farin. variar. quæſt. criminal. quæſt. 104. inſp. 2. per totum, Regner. Sextin. in d. cap.
304 16. num. 45. cum ſeq. licet † Baronibus ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine quæri poſſint, idem Roſench. de feud. d. cap. 5. cõcluſ. 91. Regner. Sext. vbi ſupra nu. 81. & 82. qui limitant ſi Baro eſſet tantum inueſtitus de mero & mixto imperio, vel de omnibus feudi vtilitatibus, vt ibi per eos.
305 Vigeſimum primum † ius Regale eſt, redditus piſcationum, & ſalinarũ, ad tex. in d. cap. vnic. vbi Andr. & cæteri feudiſtæ, & tex. in l. inter publica. §. fi. ff. de verbor. ſignificat. quod Afflict. exemplificat in Ciuitate Neapolis, in qua Rex habet ſextam partem redditũum ex piſcationibus, & pariter in hac vrbe adeſt vectigal piſcium, quod
306 † & antiquitus fuiſſe apud Romanos oſtendit Feſtus, quem refert Petr. de

Digitized by Google

Greg. Tholoſ. de Republ. lib.9. cap.1. nume.27. in fin. Burſat. conſil.135. num. 31. volum.3.

In tantum quòd redditus piſcationum, & ſalinarum de Regalibus eſt, non autem quòd ius piſcandi ſit Regale, nec ſit prohibitorium ædictum,
307 ne cui piſcati † liceat, cum ſit cuicumq; permiſſum, ad text. *in l. nemo, ff. de rer. diuiſ. l.a. §. ſi quis in mari, ff. ne qd in loc. publ. l. iniuriarum actio, §. vlt. ff. de iniur. §. flumina, inſtitut. de rer. diuiſ. Io. Fab. in §. littorum, inſtitut. eod.*
308 vbi ait, quod † aer, & aqua profluens, mare, & littora maris communia, & iure naturali numquam in alicuius dominio fuerunt, ſed relicta in ſuo iure, & eſſe naturali primeuo, quo omnia ſunt communia, vnde *in Pſalmo, Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues, volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant*
309 *bulant ſemitas maris*, ſed † tantũ Principibus competunt redditus piſcationum, & ſalinarum conſueti de his, quę in mari, ſeu in flumine piſcatores faciunt, vt expreſsè intelligit *Andr. in loco citato, & in verb. ripatica, eodem titu. Regner. Sextin. poſt plures relatos de regal. libr.2. capit.18. num.8.* & eo-
310 dem modo † intelligas vt ſint regalia, prouẽtus, & redditus ex ripaticis prouenientes, vt dixit *ibidem Andr.* ripæ enim, & earum vſus publicus eſt, ſicut & mare, ad tex. *in l. riparum, ff. de rerum diuiſione, Roſental. poſt alios d. cap. 5. concl.23. & 24. Decian. reſp.123. nu. 75. & ſeq. vol.3.* & optimè *Andr. in loco citato*; & declarat *Roder. Suarez, al legat. 17. nume. 10. cum ſeqq. Menoch. conſ.298. num.21. & 22. vol.3.* ac eleganter tradit *Aldou. conſ.20. num.175.*
311 *& 176.* ſubdens, quòd † iniuſtè agit, qui alium piſcari prohibet, & contra iuſtitiam facit, tenerique ad reſtituẽdum æſtimationem damni, lucriue, quod iniuſtè impediuit, vt tradit *Molin. de contract. to.1. diſput.49. in prin. Iacob. de Sanct. Georg. in verb. & cum piſcationibus, Regner. Sextin. dict. cap. 18. num.13.*

312 Prædicta † tamen intellige niſi Princeps ius piſcãdi prohibere conſueuiſſet, vel alijs ex certa ſcientia conceſſiſſet, cum id ſibi iura permittant ex cauſa publicæ vtilitatis, vel alijs iuſtis de cauſis, ſecundum *Angel. & Alex. in l.3. §. Nerua, ff. de acq. poſſeſſ. Couarr. in cap. peccatum, §.8. par.2. num.1.* vbi ad 9ria rñdet, *Aluaro. Laud. præpoſ. Bal. et cæteri de pac. ten. Pereg. de iur. fiſ. rub. 1. n.21. lib.1. Surd. in conſ.313. nu.104. Natt. conſ.522. num.23. Roſantell. poſt infinitos d. cap.5. concl. 23. nume.3. &*
313 *concl. 24.* vbi † ampliat ſtante conſuetudine, vel præſcriptione immemorabili, *Iacob. de Sanct. Georg. in verb. & confiſcationibus, num.2. Regner. Sextin. d. cap.18. nume.16. & 17.* in his enim, vt dixit *Andr. vbi ſupra*, quem omnes ſequuntur, ſtatur conſuetudini, *Cancer. variar. reſol. lib.2. tit.2. num.84. & Menoch. conſ.1002. num.7.* ſubdẽs,
314 quòd † poſſeſſio adepta in vno loco, vbique adepta dicitur *Guttier. quæſt. Canon. lib.2. quæſt.28. num.46.* Idemq;
315 † dicendum eſt de redditibus ſalinarum, quę de regalibus ſunt, vt ſupra dictum eſt, & latiſſimè poſt omnes tradũt *Borell. de præſtan. Reg. c.25. Ioſeph. Seſe de inhib. §.1. inſt. Arag. Menoc. conſ. 302. num.31. & 379. num.75. volum. 4. Regner. Sextin. lib.2. de cap.19. num. 2. cum ſeq.*

316 Vigeſimum ſecundum † ius Regale eſt, Theſauri inuenti dimidium, ad tex. *in d. cap. vnico, vbi Andr. & cæteri feudiſtæ, Tiraq. de retract. cõuent. ad fi. num.96. Menoch. conſ.302. num.31. & conſ.649. num.3. volum.7. & conſ.834. num.3. & ſeq. volum.9. Borell. in tract. de præſt. Reg. c.27. Decia. reſp.123. n.11. vol.3. Pet. de Greg. ſyntag. iur. lib.3. c.11. Gutti. pract. q. p.a. lib.4. q.36.* eo magis ſtante conſuetudine totius orbis, per

quam

quam Theſauri ad Regem, & ad Fi-
ſcum pertinent, vt poſt alios, etiam
Theologos refert *Couarr. in reg. pecca-
tum par. 3. §. 2. num. 4. de reg. iur. in 6.*
vbi reſpondet *Silueſtro*, hanc conſue-
tudinem damnanti *in ſumm. in verb.
inuentum*, §. 6. quem ſequitur multis
additis *Barbo. l. diuortio. 8. §. ſi ſecundũ
num. 48. cum ſeq. ff. ſolut. matrim. Fari-
nac. quæſt. criminal. 104. inſpect. 1. num.
32. Do. de Pont. in tit. de poteſt. Proreg.
titu. de diuerſ. prouiſ. rubr. de Theſaur.*
317 *num.* 3. licet poſſit † etiam ad inferio-
res Principes pertinere ex conceſſione
particulari *Regn. Sext. vbi ſupra n.* 37.
318 In Regno tamen † plures aderant con
ſtitutiones in hac materia *vt in conſti-
tut. Doana de offi. Secreti*, quàm etiam
per *Capitula Iacobi* 23. *Ferdinand.* 124.
cum ſimil. lib.

Hodie tamen per nouiſſima *Capi-
tula* huic Regno conceſſa de anno
1596. à Catholico Rege Philippo II.
in his ſeruatur ius commune, prout
& in Regno Neapolitano factũ fuiſse
per *Capitula Caroli II. & Papæ Hono-
rij* teſtatur *Do. de Ponte vbi ſupra*, &
319 ſic † vt de Theſauris inuentis per pri-
uatos in eorum fundis, & locis nihil
pertineat ad Principem, ad text. *in l.
1. in princ. verſ. nam in ſuis, C. de The-
ſaur. lib. 10. vbi Bart. Bald. Io. de Plat.
& cæteri, §. Theſauros, & ibi Doctores,
Inſtit. de rer. diuiſ. de communi Gomez.
in l. Thaur. 45. nume. 31. Afflict. deciſ.
321. num. 7. & ibi Vrſill. Couarr. in lo-
co citato, Menoch. de præſumpt. libr. 5.
præſumpt. 30. nu. 10.* vbi ait, quòd hæc
concluſio ab omnibus * eſt recepta,
*Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 2. Rubr. de
Theſaur. & metall. nu. 3. Reguer. Sext.
lib. 2. de regal. c. 21. nu. 20.*
320 Idem † ſi fuiſſet repertus in fundo
alieno, quia ad dominum fundi non
autem ad inuentorem ſpectabit, ad
tex. *in d. l. 1. C. de Theſaur. lib. 10.* ibi,
*in alienis vero terrulis, &c. vbi Barto.
Bald. & Luc. de Pẽn.* qui videntur am-
321 pliare, † quòd nec valeat Principis li-
centia de fodiendo Theſaurum in fun
do alieno, *Gomez. Menoch. Couarr. &
Sextin. in locis proximè citatis*, ſecus
322 † tamen erit, ſi inuentus fuerit in fun-
do Pricipis, ſeu Ciuitatis, quo caſu ꝓ
medietate ſpectabit ad Principem,
ſeu Ciuitatem, & pro alia medietate
ad inuentorem, ad tex. *in d. §. Theſau-
ros, in fi. & ibi gloſ. Inſtitut. de rer. di-
uiſ. Afflict. d. dec. 321. num. 11. Ioa. de
Plat. in dict. l. 1. in verb. pariter, C. de
323 Theſaur. lib.* 10. licet † ſi data opera
fuerit inuentus, totus pertinebit ad fi-
ſcum Principis, ſecundum *Couar. vbi
ſupra num. 3. Gomez. in d. l. Thaur. 45.
num.* 42. qui dicit communem * opi-
nionem eſſe, *Peregr. in loco citato, nu.
5. in 4. concl. Roſantel. d. cap. 5. concluſ.*
324 92. *num.* 1. & 2. & pariter † ſi quis oc-
cultauerit theſaurum in aliquo loco,
cuius pars, vel totus ad fiſcum perti-
nebat, quia occultans in perditione
theſauri punietur cum altero tantum,
ad text. *in l. 3. §. fi. ff. de iur. fiſc. & ibi
glo. in verb. totum, glo. in §. Theſauros in
verb. fiſc. Inſtitut. de rer. diuiſ. Plat. in
d. l. 1. num. 6. C. de Theſaur. lib. 10. Pe-
regr. & Farinac. in locis citatis, Roſan-
tel. de feud. d. cap. 5. concluſ. 92. num. 4.*
325 vel † quia arte magica, ſeu incantatio-
nibus, alijſque modis illicitis theſau-
rum inuenerit, quia totum ad fiſcum
pertinebit ratione delicti *dicta l. 1.
C. de theſa. libr. 10. Auend. de exequ.
mãd. cap. 4. lib. 1. num. 33. ver. tertia cõ-
cluſio*, & poſt *Gomez. Couarr. et alios*
tradit *Barboſ. ĩ d. l. diuortio, §. ſi fundũ,
num. 30. et ſequ. ff. ſolut. matrim.* quæ
326 † omnia locum ſibi pariter vendica-
bunt, ſi theſaurus fuerit inuentus in
loco publico, ſeu publicè deputato,
ad tex. *in d. §. Theſauros, vbi gloſs. in
verb. vel publico, et Areti. ibi num. 1.
in 5. et 6. notab. Barboſ. in loco citato, nu.
48. verſic. ſed obſtat*, & poſt *alios Fari-
nac.*

pani, Syracuſis, Milatij, Auguſtæ,
Marlaliæ, Leucaiæ, Thermaium, &
Corleonis, ſunt enim loca, vbi vi plu-
rimum neceſſe eſt habere militiā pa-
taiam, & interim aliæ Terræ ſubleuā-
217 tur, reliqui † tamen milites ſunt ho-
ſpitandi per alias Ciuitates, & Terras
partim Demaniales, partim Barona
les iuxta mandatum Suæ Catholicæ
Maieſtatis de anno 1591. cap. 13. qui-
bus conferunt tradita per *Bonad. lib.
4. Politic. cap. 2. num. 35. & 73.*
218 Si † tamen aliquis hoſpitium ere-
xit, tunc tenetur hoſpites recipere, vt
dixit *Aviles in cap. 17. prat. in verb. à
rationables, num. 6. & ſeq. & cap. 28.
Auend. de exeq. mand. lib. 2. cap. 8.* vbi
tradunt, quòd in caſu prędicto poſsūt
hoſpitia per iudicem taxari.
219 Decimum tertium † ius Regale eſt,
quòd ſolus Princeps noua vectigalia
imponit, ac vetera auget, & diminuit
*ad tex. in l. 1. 2. & 3. C. non. vectigal.
impo. non poſſ. cap. ſuper quibuſdam §.
præterea de verbo. ſignif. & cap. inno-
uamus de cenſib. l. vectigalia C. de ve-
ctigal. & publica.* idq. intelligendum
eſt de Principe ſuperiorem non reco-
gnoſcente vt dixit *Andr.* & poſt *eum
Afflict. in d. c. vnic. quæ ſin regal. verb.
vectigalia num. 2. vbi cæteri ſcribentes,
Loffred. in §. ſiiy col. 7. ver. ſeptimo ſi de
feud. fuer. controuer. Regner. Sext. tit.
de regal. lib. 1. cap. 2. nu. 4. & lib. 2. cap.*
220 *6. nume. 14. & ſequ.* vbi etiam † ſi in
mari imponātur vt latè ſcribit *Oſeaſc.
deciſ. 155. Natt. conſ. 661. num. 1. My-
ſing. obſerua. 29. num. 1. centu. 5. Man-
dell. conſ. 250. num. 13.* & hoc propter
protectionem quam tenet de Regno,
& iuſtitiam miniſtrādo ſecūdum *Af-
flict. in loco citato in rub. num. 7. Petr. de
Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 9. cap. 1. nu.*
221 30. & licet † iura hæc concedi conſue-
uerint etiam priuato vt dixit *Andr. in
d. cap. 1. in rub. vbi Afflict. nu. 53. Gut-
tier. de Gabell. nu. 4. cap. 4. Roſantell. de
feud. cap. 5. concluſ. 31. Regner. Sexti. de
Regal. lib. 2. cap. 6. num. 54. & ſeq.* con-
222 ſuetudine † tamen præſcribi minimè
223 poſſunt, niſi eſſet tanti † temporis cuius
memoriæ initium non extaret *ad tex.
in d. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea.* &
224 dixit *Andr. in loco citato,* qui ita † intel-
ligendus eſt ſecundum *Din. in l. ſi pu-
blicanus §. fin. ff. de publica. & in l. 1. C.
vectigal. Impo. non poſſ. Oſaſc. conſ. 2.
num. 13. Roſantel. vbi ſupra concluſ. 45.
Regner. d. cap. 6. nu. 56. & 57. qui alios
allegat*; fingitur enim Princeps ob
tanti temporis patientiam permiſiſſe
exactionem arg. *tex. in l. cum in plures
§. locator ff. locat. gloſ. in l. domini præ-
diorum C. de Agric. & cenſi. lib* 10. & di-
ximus late *ſupra cap. 19. lib. 1.* alias te-
neretur oſtēdere titulum *Menoch. conſ.*
1125. *vol. 2.*
225 Ex prædictis nota quod † hæc ve-
ctigalis impoſitio nō niſi ex iuſta cau-
ſa per Principes fieri debet *ad text. in
d. l. 1. & 2. C. noua vectigal. And. in rub.
quæ ſint reg. num. 5. & Afflict. num. 2.*
& eſt opinio omnium *Legiſtarum, &
Theologorum* vt poſt *multos* refert *Hu-
mad. ad Schol. in l. 47. tit. 6. par. 3. gloſ.
3. nu. 6. Petr. de Gregor. Syntag. iur. lib.
3. cap. 3. & cap. 5. 6. 7. 9. & 10. & in loco
citat. de Republ. num. 11. Roſantel. de
feud. cap. 5. concluſ. 43. & 44. Cancer.
varia. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 119. Re-
gner. Sext. in. de Regal. d. cap. 6. num. 43.*
226 *& ſeq.* vbi etiam † ponit quæ ſint iux-
tæ cauſæ.
227 Secundo nota quod † Magiſtratus
patrimoniales, ad quos hodiæ perti-
228 net † vectigalium locatio, (licet apud
Romanos à Cenſoribus fieri dixit *Li-
ui. lib. 39. & 43.*) valde inuigilare
debent circa vectigalium, aliarumque
gabellarum regiarum locationem, vt
infra dicam *lib. 5. cap. de Tribunali Re
gij Patrimonij*.
229 Tertio nota quod † fraudantes ve-
ctigalia amittunt res aſportatas, ad
tex.

tex. *in l. ſi publicanus, §. de rebus cum ſi-*
mil. ff. de public. l. 1. & 2. C. de vectigal.
& commiſſ. quod intellige ſecundum
diſtinctionẽ traditam p *Salic. in l. neq.*
C. de vectigal. & poſt *alios Rol. conſ. 42.*
num. 8. volum. 3. Ferret. de Gabell. nu.
153. Roſantel. de feud. c. 5. concluſ. 36.
& 37. Peregr. de iur. fiſc. tit. 7. num. 31.
ver. aut vero merces Gail. lib. 2. obſerua.
51. num. 5. Tholoſ. ſyntag. lib. 3. cap. 17.
num. 6. Maſcad. concluſ. 835. volum. 2.
230 idque † procedit etiam ſi poſt ommiſ-
ſam profeſſionem, ſeu manifeſtũ, ſol-
uere paratus eſſet, ad tex. *in l. fi. §. quo-*
ties & §. ſi quis profeſſus. ff. de publica
Regner. Sextin. d. cap. 6. num. 163. ſub-
231 dens quòd † pęna prædicta tranſit etiã
ad hæredes, ſi viuo delinquente quę-
232 ſtio mota fuerit, illęque † fiſco Regio
applicantur, vel Conductoribus ſi hu
iuſmodi vectigalia locata reperiantur
l. ſi quis C. de vectigal. & commiſ. vbi
Bald. Salic. & cæteri, Paſcet. conſ. 190.
ſub num. 1. volum. 1. Roſantell. d. cap. 5.
233 *concluſ. 40.* neque † immunis eſſet libe-
ratus ſi prius bona datiario non cõſi-
gnauerit, eique oſtẽderit immunitatis
priuilegium ex notatis *in l. fi. §. quoties*
ff. de publ. & vectigal. vbi Bartol. in §.
diuus nu. 2. D. Borell. d. cap. 11. nu. 105.
Menoch. conſ. 1108. volu. 12. D. de Pont.
dec. 29. Roſantel. d. cap. 5. concl. 39. ſunt
234 † autem plures cauſę, quæ excuſant ab
huiuſmodi pœna intercepti, de qui-
bus per *Regner. d. capit. 6. nume. 174.*
vſque ad finem.

235 Quarto nota quod † volens extra-
here merces ſi expediat licentiam, &
poſtea penituit, tenetur ſoluere ius ve
ctigaliæ, & ſi fuerit ſolutum non po-
teſt repetere, ne libri regij turbentur,
ad tradita *per Bald. in l. ab emptione, C.*
de pact. & ita pluries iudicatum, ad
quod facit *conſ. Surd. 140. nu. 8.*

236 Quinto nota quòd † Princeps ca-
uere debet, ne vectigal imponat mu
lieribus in lupanati exiſtentibus, quia
lucrum nefandiſſimum eſt, vbi dixit
Ang. in Authen. de Lenon. in fi. princip.
& ideo ſumma cum ratione fuit ſubla
tum in Regno.

237 Sexto nota quod † terminus ad ſol-
uendum vectigal à Principe prorogа-
tus, eſt idem terminus à ſtatuto præ-
fixus, & propterea eo durante non de-
betur, *Caſtald. de Imperat. quæſt. 110.*
238 *caſ. 329.* ſecus † ſi per partes fieret pro-
rogatio, quia non obſtaret fiſco, ſeu
eius conductoribus *Franc. Marc. dec.*
647. par. 2. Amad. apont. Quæſtio. lau-
demial. 37. num. 28. fol. mihi 139. à Pe-
tra de fideicom. quæſt. 8. num. 249. cum
ſequ. Burg. de Laudim. par. 2. inſpec. 5.
Tiraqu. de retract. lignag. §. 29. gloſ. 2.
nu. 1. cum ſeq. Ceſ. conſ. 331. nu. 6. lib. 3.

239 Septimo nota quod † in Regno ere
ctus eſt Magiſtratus pro exactione iu-
rium vectigalium cum iuriſdictione
ciuili, in quo interuenit Secretus, Iu-
dex aſſeſſor, fiſcus, & magiſter Nota-
rius, & cognoſcit de cauſis omnibus
interceptorũ, & de alijs rebus ad Re-
giam Doanam attinentibus, quæ ci-
uiles ſunt, vt vidi iudicatum in Regia
Camera ſummarię Regni Neapolita-
ni (in quo ſimilis eſt magiſtratus.) tẽ-
pore quo erat Locumtenẽs Ferdinan-
240 dus Fornarius, & † ab his appellatur
ad Tribunal Regij Patrimonij.

241 Octauo nota quod † ius ſoluendi
gabellam præſcribitur contra priua-
tos ſpatio decem annorum, contra
vero Fiſcum per annos quadraginta
ſecundum *Bart. in l. licitatio §. earum*
rerum num. 3. vbi omnes ſequuntur *ff.*
de public. poſt alios Roſantel. vbi ſupra
concluſ. 46. Gutier. de gabel. quæſt. 119.
& ita fuit iudicatum.

242 Nono nota quod † Barones non
poſſunt abſque Regis licentia impo-
nere vectigalia, ac gabellas, *Salic.*
in l. vectigalia colum. 2. C. noua vectig.
Azeued. l. 2. tit. 14. lib. 4. Bouad. lib. 2.
polit. c. 16. num. 169.

De-

num.97. & 98. decad.11. Scheneid. de
feud.par.2.num.109.& par.5.nu.119.
Vult. de feud. lib.1.cap.5.nu.7. & poſt
alios Regner.Sextin.d.cap.14.ſub num.
17. cum ſeq. vbi refert ita iudicatum,
252 niſi in caſu † neceſſitatis,vt dixi in add.
ad Petr. de Gregor. d. quaſt.7. litera C.
Regner. d.cap.14.nu.22. & 38.qui lo-
253 quitur etiã de Magiſtratibus,vel † non
haberet de ſuo pro exercitu vt dixit,
Andr. in loco citato,& in cap.1.de Cap.
qui cur. vend.num.27.verſ.item dabit
rem alterius Bald.in l.neminem C. de
ſacr.ſanct.eccleſ.Luc.de Pen. in l. vnica
C. de ſuperindic.Menoch. conſ.75.num.
86. & de arbitr. caſ.178. num.13. vel
254 † receptum eſſet de cõſuetudine idem
Gregor.d.quaſt.7. vbi alias ponit limi-
tationes,eaſq.reaſſumit Regner.in loco
citato num.32.vſq. ad fin.
255 Ab his autem muneribus, † & ex-
traordinarijs collationibus nemo ex-
cuſatur vt poſt alios tradit Borell. de
praſta.Reg.cap.20. num.46. Sextin. d.
d.cap.14.num.88. cum ſeqq. idq. am-
256 pliari † poteſt ſecũdum aliquos etiam
ad Clericos,cum pro bello contra in-
fideles,& defenſione ab eorum incur-
ſionibus, & pro fidei Chriſtianæ ho-
ſtium profligationibus,pro Regni, ac
ſtatus tuitione, ac iuſto bello debean-
tur ad tex.in cap.non minus,& cap. per-
uenit de Immun. eccleſiaſt. & vtrobiq.
Doct. Landenſ. de Princip. quaſt.433.
Anton.niger in extrauag.Clem.7.de vi-
ta,& honeſt.clerico. in verb. priuilegio.
Feller. in Conſtitut. Predeceſſorum no-
257 ſtrorum num.7.quod † intelligo pręce-
dente voluntate ipſorum clericorum,
& licentia Summi Põtificis, prout in
Regno ſeruatur ſecundum Feller. &
alios relatos.Fran. in cap.1. de Immun.
eccleſiaſt.in 6.Renat.Kopen.de Doman.
Franc.lib.1.tit.14.& in Cõſuetud.An-
degaue.lib.1.tit. de iuriſdict. Andegan.
258 cap.31.per totum, verum tamẽ eſt † qđ
huiuſmodi collectarum ſolutio ſolui

debet, & cõſignari in eodem Regno,
& non extra, & ſic ſufficit depoſitari
penes officiales Regios ad hoc depu-
tatos in ipſo Regno, vt poſt Andr. di-
xit Afflict.d.deciſ.265.num.50.& ſeq.
259 Reſtaur.de Imperat.quaſt.57.licet † ea-
rum exactio fiat ſummariè,priuilegia
tè,& exequutiuè,ad text. in §. coges in
Authen. de Mandat. Princip. Craneſ.
conſ.111. Seſe de inhib. iuſtit. Aragon.
cap.4.§.3.num.1.& §.7.num.47.& §.
6.Guttier. de Gabell. quaſt. 127. & per
aliàs quæſtiones ibi in materia quaſt.
160.cum ſeq.vſq. ad fin. Regner. Sex-
tin.d.cap.14.num.167.cum ſeq.
260 Decimumquintum † regale eſt ius
Armandiæ ad text. in d.cap. vnic. qua
ſint Regal.Calic.de fiſc. dubit.8.nu.10.
& licèt ſecundùm Andr. & alios in d.
c. vnic. plures habuerit expoſitiones,
261 attamen † vera eſt concluſio, quòd ſi-
gnificat armamentũ,quaſi quòd Prin
cipi ſoli liceat armificationes,& arma
menta publica detinere, ad text. in l.
iure,C.de fabricenſ.lib.11. & in Auth.
de Armis, in princ. vbi ad ſolum Prin-
cipem aiunt ſpectare arma fieri face-
re, illaq. priuatis vẽditioni exponere,
& armamentum in qualibet Ciuitate
tenere ſecundum Peregr. qui alios alle-
gat de iur. fiſc.lib.1. tit. 1. num.14.Ro-
ſental.cap.5.concluſ.19. Borell. de pra-
ſtant. Reg.cap.6. Petr. de Greg. Tholoſ.
de Republ.lib.9. cap.1. ſub num.13. vbi
262 ait, quòd † ſolebant in Republica ar-
ma locis publicis concludi, quæ tem-
pore belli indigentibus dabantur, ſi-
cuti in tumultibus repentinis vt refert
Cicero pro Caio Rabirio orat.17.cum de
ſeditione contra Saturninũ ageretur,
ibi, eo tempore ex ædificijs, armamenta-
rijsq. publicis, arma Populo Romano C.
Mario Conſule diſtribuente,data,vt Im
perium populi Romani maieſtaſque con-
263 ſeruaretur, & † propterea Iuſtinianus
in d.Authen. de Armis,quæ eſt Nouell.
85. non alia de cauſa armamenta pu-
blica

blica ſtatuit, eaq. penes priuatos eſſe
prohibuit, ſed in publicum ſacrum ar-
mamentum reponerētur, niſi propter
motus, ſeditiones, & contentiones, ex
quibus homicidia commicti poterāt,
& coniurationes in priuatos, & Rem-
publicam, quia (vt ibi ſubdit,) Deus
264 † commiſit ſubditos Principibus, vt
illeſi, & ſine calumnia cuſtodiantur,
ita enim expedit Reipublicæ, quæ ali-
ter regi non poſſet, Principique ſoli
data eſt poteſtas à Deo, *ad Romanos c.*
13. & ipſe ſolus vitæ, & necis accepit
poteſtatē, vt per ſe, vel per Magiſtra-
tus ſuos, quando oportet, nō temere,
& contra quos oportet eo vtatur ad
vindictam malefactorum, & bonorū
265 laudem, multaq. † alia circa phibitio-
nem armorum penes priuatos cumu-
lat idem *Tholoſa. in loco citato, Decian.*
in tractat criminal. lib.8. cap.3. num.1.
& ſequent, poſt *infinitos*, *Farinaz.*
variar. quæſt. 108. *per totam*, & no-
uiſſimè *Reguer. Sextin. de regal. libr.2.*
cap.1. num.7. cum ſequ. quem poſt hęc
ſcripta, & quaſi ſecundum librum ty-
pis datum prę manibus habui. & mul-
ta eruditiſſimè in materia tradit.
266 Decimum ſextum † Regale ius eſt
via publica, ad tex. *in d. cap. vnic. Quæ*
ſint Regal. & ibi Andr. & cæteri ſcribē-
267 *tes*, vbi dicunt, † viam publicam dici,
quæ vtrumq; caput vię tendit ad aliā,
ad tex. *in l. fi. ff. de via publ. & in l. 2.*
§. *viarum, ff. ne quid in loc. publ.* & ita
268 dicta, quia † ſolum publicum eſt, reli-
ctum ad directū certis finibus ab eo,
qui ius publicandi habet, ad tex. *in l.*
2. §. ſi viam publicam, eod. tit. Burſa. cōſ.
409. num. 1. & 2. volum. 4. & in ea
269 Princeps tantum iuriſdictionem hēt,
niſi alijs fortè territorum cum ipſa cō-
270 ceſſerit, & in his † nemo poteſt ędifi-
care, niſi cum licentia Principis, ſeu
Magiſtratus, expreſſam ad hoc pote-
ſtatem habentis, ad tex. *in l. ſeruitutes,*
§. *publico, ff. de ſeruit. l. 3. §. planè, verſ.*
ſed ſi à Principe, ff. quod vi aut clam,
Bald. in Rubr. C. de contrah. empt. Affl.
in d. cap. vnic. verb. via publica, num. 2.
& in conſtitut. puritatem, & conſt. be-
neficium, lib. 2. Tholoſ. de Repub. lib. 9.
cap. 1. num. 21. & lib. 1. in fine, ſyntag.
iur. cap. 2. num. 5. & lib. 3. cap. 13. &
16. vbi refert in Gallia peculiarem eſ-
ſe Magiſtratum, qui curā habeat uia-
rum. *Auiles in cap. 17. & 22. Prætor.*
& fuit præceptum *Plat. in lib. 6. de leg.*
ibi, *curent ædiles vt vrbs quam mundiſ-*
ſima ſit, nec à priuatis vnquam patian-
tur, aut ædificando, aut fodiendo publi-
cum occupari; nam cum ſolum publi-
271 † cum ſit, erit & Principis in eo autho-
ritas, & poteſtas, cura eius, & compē-
dium: vſus verò ad quemlibet de po-
pulo, *Molin. de delict. diſput. 707. nu.*
5. & ſeq. vbi multa eleganter tradit in
272 materia. In tantum quòd † neque
præſcribi poſſunt, ad text. *in l. fi. ff. de*
via publ. & l. vſucapionem, ff. de vſucap.
Rim. iun. conſ. 622. per totum, volu. 6.
273 neque † priuatus poterit viam publi-
cā claudere, vt dixit *gloſſ. in l. 1. ff. de*
locat. & itiner. publ. & l. 2. §. ait Prætor,
& §. Prætor ait, ff. ne quid in loco publ.
Angel. conſ. 180. Affl. vbi ſupra nu. 12.
274 vel † facere pontem de vna domo in
aliam ſuper via publica, *Petr. Surd.*
conſ. 137. num. 1. & ſeq. vol. 1. Molin.
in loco citato num. 19. quinimo puniū-
275 tur † qui hoc fecerint pœna ſacrilegij,
vel ſaltim pœna pecuniaria, ad text.
in l. qui ſine, C. de oper. pub. Caſſan. in
conſuet. Burg. in Rubr. des iuſtices, nu.
35. Tholoſ. in d. cap. 1. num. 21. Inde eſt
276 quod † Princeps, ſeu ſupremus Ma-
giſtratus curare debet, vt in Republ.
inter Magiſtratus minores (prout eſt
in hac vrbe) ſint, qui uiarum publica-
rum curam habeāt, vt ſordes ex angi-
portis eijciantur, plateæ ſint mundæ,
viæ ſternantur, lutumque auferri fa-
ciant, in via publica in medio exiſtens
vt dixit *Platin. libr. 2. de optimo ciue,*

Auil.

Auil. cap. 19. *Prætor. num.*38. *verſicu. item prouidebit, & Bouadill.lib.*3*.polit. cap.* 6. *num.* 1. *cum ſequ.* ſicut & apud
277 Romanos huiuſmodi officium Thelearcum dicebant, de quo dixit *Cicero lib.*3. *de legib. vrbis templa, vias, aquã, ærarium tuento,* quod & ad ædiles curules etiam pertinuit, & ob id viarum Curatores appellati, & Magiſtratus *l. qui vias publicas, ff. de damn. infect. l.* 2. §. *hoc interdictum, ff. ne quid in loc. publ.* & melior *tex. in l. ædiles, ff. de via publ.* hi enim iurabant, eorumque officio cogebant dominos ædificiorum, vel agrorum vicinorum, vt pro modo vicinitatis cuiuſque repararentur, & emendarentur. Item ne quis effoderet, neque ſubrueret vias, nec in eis aliquid conſtrueret, conſtructum dirueret, & purgari curarent; ſic & apud Græcos ſimiles magiſtratus erant, vt refert *Plato ĩ d. lib.*6. *de legib.* & de Alexandro Seuero, alijſque Imperatori-
278 bus, qui † ſimiles Magiſtratus in Republica adeſſe curauerũt, habeĩ apud *Dion. libr.* 53. *&* 54. *Suet. in Auguſt. & Lamprid. in Alexãd.* & propterea ſer-
279 uatur hodie quod pro aptatione viæ ante domum ſuam domini teneantur de proprio neceſſariam pecuniæ quãtitatem expendere, ad text. *in l. ædiles,* §. *conſtruant, & l. fin. ff. de via publ. Bart. in l.* 1. *eod. tit. Alber. in tract. ſtatut. par.* 1. *quæſt.* 130. *idem Bart. in l.* 2. *C. de immunit. nem. conced. lib.* 10. *Florian. in l. ſi quid* §. *ſi quid, num.*6. *ff. de vſufruc. Auil. d. c.* 17. *Prætor. ver. e ſtea limpias, Do. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de abund. Ciuit. num.*21. *&*
280 22. vbi ait, quod † expenſæ prædictæ in Ciuitate Neapolitana fiunt de publico, quod eſt contra iuris ciuilis diſpoſitionem poſtquam non adeſt impoſitio in hoc, in qua ciues cõtribuãt, & eſſe maximum abuſum oſtendit, li-
281 cet † conductores, ſi fortè ad huiuſmodi expẽſas coacti fuerint, poſſint cum penſione recompenſare, vt dixerunt, *Cyn. & Salyc. in l. in ſumma, C. de pignorib. Bart. in d. l. ædiles, Caſtr. in l. ex conducto, in princ. ff. locat. Alberic. in loco citato, Afflict. in d. cap. unic. verb. via publica num.*15. *Dom. Borell. in tracta. de præſtant. Reg. capit.*7. *num.* 19. qui
282 † etiam ponit cuius expenſis refici debeant aliæ viæ publicæ extra vrbẽ.
283 Decimum ſeptimum † Regale eſt, flumen publicum, & nauigabile, ad tex. *in d. capit. unic. vbi Andr. & cæteri feudiſtæ,* ſicut enim in terra via publica in poteſtate Principis eſt, ſic & itinera publica per aquam publicam,
284 ibique † portus, eadem ratione qua omnia publica ad Principem peruenerunt diſpenſanda, ad tex. *in l.* 4. §. *fi. ff. de rer. diuiſ.* & dixit *Petr. de Greg.*
285 *Tholoſ. lib.*9*. cap.*1*. num.*27. ſunt † autẽ flumina omnia de regalibus, & Principi reſeruatis, licet quò ad vſum publica ſint, *Afflict. in eodem titu. de regal. in verb. flumina num.*1*. per text. in l. quominus, ff. de fluminib.* ſubdẽs,
286 quòd † contra immittentem aliquid in flumen, vel eius ripam ſine Principis licentia competunt contra eum duo interdicta, de quibus *in l.*1. *ĩ prin. &* §. *deinde, eod. tit. de flumin. Specu. in tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* §. 1. *verſ.*
287 6. *cum ſeqq.* neque † ius ducendi aquã ex publico flumine in proprium prædium abſque Principis permiſſione licet, *l.* 1. §. *permittitur, ff. de aq. quot. & æſt. l. fi. vbi Luc. de Pen. C. de aquæd. lib.*10. *Calic. de iur. fiſc. dubit.*8*. ſub nu.* 18. *verſ.* 109. neque piſcari, vt dixit *Roſental. de feud. cap.*5. *concluſ.* 23. *&*
288 *ſeq.* ad quod minimè † iuuaret pręſcriptio, niſi immemorabilis, ſecundum *And. & Affl. ĩ loco citato, Borell. de præſtant. Reg. cap.*8. *num.* 13. *& ſequ.* vbi
289 limitat † in flumine non nauigabili, quando Princeps, vel Magiſtratus id non prohiberet, & alia vt apud eum, licet acriter puniantur inficientes flu-

mina piſcãdi cauſa, ex Regia *Pragmatica Regni unic. tit.* 65.

290 Decimum octauum † Regale eſt, ius Ripaticum, ad tex. *in d. cap. unic. de regal. vbi Doctores, & late Andr. ibidem in verb. Armandia, & in verb. Ripatica, Calic. de fiſc. dubit.* 8. *verſ.* 221.
291 vbi dicunt quod† eſt ius quoddam vectigalis, quod pro tranſitu riparum præſtatur, ſecundum *Aluarot. Propoſit. & alios ibidem, Ferr. Mont. de feud. cap.* 7. *lib.* 5. *§. ſunt & riparum commoda*, & optime *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 24. qui Ripatica accepit pro omni iure, quod Princeps habet in ripis publicorum fluminum, vel reſpectu vectigalium, vel reſpectu agerum, vel etiam reſpectu iuris transfretandi de ripa ad ripam, quem ſequitur *Roſent. de feud. cap.* 5. *concluſ.* 32. *Frecc. in tit. quis dicatur March. nume.* 3. *cum ſeqq. Borell. d. tract. de præſtant. Reg. cap.* 10. *num.* 8. *& ſeq. Regner. Sextin. de regal. lib.* 2. *cap.* 5. ſubdens poſt *Roſental. Pe-*
292 *regr. & alios*, quod † ius hoc ripaticũ priuatis competere non poſſit, niſi ex Principis conceſſione.

293 Decimum nonũ † Regale eſt Plauſtrorum, & nauium, ſecũdum *Andr. in d. cap. unic. in uer. extraordinaria, ſub num.* 60. ad Principem enim ſolum pertinet ius vehendi res de vno loco ad alium cũ curribus, equis, & nauibus ſubditorum, & ſic vt cum eorũ plauſtris, ſeu curribus portent lignamina pro galeis faciendis, vel alias res hoſtiles, ſeu annonas, *ad tex. in l.* 2. *&* 3. *C. de curſ. publ. lib.* 12. *Ioan. Plat. in l. curſum num.* 2. *eod. tit. Andr. & Afflict. in d. cap. unic. Regner. Sextin. lib.* 2. *de regal. cap.* 13. *num.* 17. vbi ponit an hoc
294 † munus patrimoniale, & reale ſit, vel perſonale, licèt iuſtum pretium ſoluere debeat, ſecundum *eundem And. ibidem, Bald. & Afflict.* qui ait, quòd ſufficit Regi, quòd eis inuitis, recipiat eorum animalia, vel naues, notat *Luc. de Penn. in l. fin. C. ne ruſtic. ad null. obſeq. & in l. fin. in verb. donaueris, de locat. prædio. ciuil. lib.* 11. *Rolan. conſ.* 69. *nu.* 15. *& ſeq. volum.* 2. *Natt. conſ.* 554. *num.* 1. *& ſeq. Surd. conſ.* 83. *num.* 9. *&* 12. *Decian. reſponſ.* 69. *num.* 4. *volu.* 3. *Vult. de feud. verb. alijs etiam fol. mihi* 91. *Peregrin. de iur. fiſc. tit.* 1. *num.* 27. *Regner. Sextin. de regal. l.* 2. *cap.* 13. *nu.* 7. quod quidem pretium taxatum eſt *in Conſtitut. Regni, incip. ſic noſtra ſeruitia, et in Conſtit. Regni, omnes officiales, vbi Afflict. nu.* 1. *&* 2. *Pariſ. de Put. de ſindicat. in verb. captus, §. an officialis per totum, & in ver. officialis ſi ſtatu-*
295 *tum, in fine*, qui ampliant † prædicta, ex ſpeciali Principis priuilegio, ad officiales, & magiſtratus Regios, qui bene põt capere aĩalia, & naues, ſoluta tamen mercede, ad tradita *in d. Conſt. omnes officiales*, quæ imponit pœnam ibi contentam, *& ibi Andr. & cæteri addentes*, & nouiſſimè *D. Tap.* ſubdens conſtitutionem illã proceſſiſſe ad euitandum grauamina, de quibus *in lib.* 1. *Regum cap.* 8. idemque diſponit *cap. Fid.* 39. quibus addo *Iuli. Ferrett. in tractat. de milita. iuſti. & pen. deſertor. infligen. num.* 154. *&* 156. *Burſat. conſ.* 335. *num.* 11. *volum.* 3. *Mar. Mut. ſuper Cap. Regis Iacob.* 19. *num.* 11. *D. de Põs. in tracta. de poteſt. Proreg. tit. de Regal. impoſit. §.* 2. *nu.* 50. *& ſeq.* licet *ex And. in loco citato* ſubdat priuilegium hoc non extẽdi ad Magiſtratus, & officiales, ſed contrarium ſeruatur ex prædictis *vt ibi per eum*, idq. procedit etiam
296 quod † capiantur pro exequenda iuſtitia argu. *l. fin. §. fin. de pignor. actio. l. quemadmodum §. magiſtratus ff. ad l. Aquil.*

297 Prædicta † etiam procedunt in Ciuitate, ſeu communitate, quæ poteſt capere animalia priuatarum perſonarum, vel naues eis inuitis ad ferẽdum granum, ſeu annonas ad Ciuitatem vt dixit *Bart. in l. iubemus nullam* quę

eſt

eſt prima C. de ſacroſ. eccleſ. & ibidem Bald. & Caſtr. num. 3. *Iaſ. in l. barbarius num.27.ff. de offic.Prator. & in l. principalibus ff. ſi cert. peta. Alex.conſ.* 190.*num.*13.*volu.*2.*Barba.conſ.*4.*vol.* 1.*& conſ.*1.*vol.*3.*Aniles cap.prator.*32. *fol.mihi* 236.*& cap.ſeq. Montan.de adminiſt. vniverſ.prag.*2.*num.*70. *D.de Pont. in d. tract. tit.de abunda.Ciuit.in percip.num.*16.*&* 27.*cum ſeq.*& in hoc caſu † ſi deperderentur, vel aliud ſimi-
298 le detrimentum paterentur, teneretur Ciuitas ad refectionem dãnorum vt dixit *Luc. de pen. in l. iubemus col. fin. C.de Nauib.nõ excuſan.lib.*11.*per.sex.*
299 *in l.*1.*eod.tit.*ſecus † ſi voluntariè vigore ſimplicis locationis captæ fuerint, tunc enim ad nihilũ eſſet obligatus, vt fuiſſe iudicatum refert *D.de Pont. dec.* 17.per totam *Regner.Sextin.d.cap.*13. *num.*77.*cum ſeq.* quia non tenetur de caſu, *ad text.in l.*1.*& l.indicio C.locat.*
300 An autem ius † hoc competat Baronibus? Videtur quod non, niſi id de conſuetudine fuiſſet receptum, *Put.de Sindica.tit.de exceſſi.Baron.num.*1.*& ſeq. Aniles.in cap.*17.*Pretor .in verb. à rationables pretios num.*35.ſed hodie quaſi in omnibus feudorum conceſſionibus adeſt clauſula (cũ angarijs & perangarijs,) licet cauere debeant ne ſubditos vltra ſolitum grauent, ad tex. *in l.cũ ſatis* §. *caueant, C.de agric. & cenſi. lib.*11.
301 Vigeſimũ † ius regale ſunt argentarię, quę licet ſecundum aliquos exponantur pro poteſtate exercendi argentariam, ſeu menſam nummulariam, vt fuerunt *Aluar.Eguina.Baro. & Cuiat. in d. cap. vnico de Regal. & prapoſ. ibi*, qui ait hac ratione *textum* nõ violari, latèq; diſcutat *Do. Borell. de praſtan. Reg.cap.*22. cum officium † publi-
301 cum ſit, vt dixi *in deciſ.*135.*volum.*2. attñ pro argẽti fodinis pmulti Doct.
* cõiter * interpretati ſunt, & præcipuè *Andr.& Afflict. in d. cap. vnico de Regal.* Et nouiſſime poſt *alios Regner. Sextin. de regal. cap.* 16. *num.*5. illęq; de Principi reſeruatis, & regalibus dicuntur, ſecundum *Andr. & cæteros ibi per illum tex. Calic.de fiſc.dubit.*8.*nume.*10.*Caſtald.de Imperat.quaſt.*110. *verſ.*28.*Iacob.de Sanct.Georg.de feud. verb. cum argenti fodinis. Alcia.reſpon.* 105. *Menoch.cõſil.*302.*ſub nu.*29.*Cãcer.variar.reſol.lib.*3.*cap.*13.*nu.*311.
* & eſſe communem * ſententiam dixit *Roſantel.de feud.cap.*5.*concluſ.*88. vbi
303 ampliat † ne dum in locis demanij, vt tradit *Iacob. de Sanct. Georg. in loco citato num.*2. ſed etiam in locis priuatorum maximè ſtante conſuetudine, vt dixit *Affl.dec.*321.*num.*16.*&* 17. *& in d.cap.vnico,num.*10. quod intelligo in certa parte, vel portione, quæ fiſco competere videtur in locis priuatis, ſecundum *Prapoſ.Alciat.et alios in d.cap. vnico, Peregr.de iur.fiſc. titu.* 2.*num.*11.*lib.*4. *Afflict.d.dec.*321.*nu.* 15. *Soc.iun.conſ.*80.*num.*42. *volum.*3. *cum cateris relatis a Roſantel.in loco citato,in fi.& concl.* 89.90.*&* 91.*Farin. Variar.quaſt.criminal.quaſt.*104.*inſp.* 2.*per totum, Regner.Sextin. in d. cap,*
304 16.*num.*45.*cum ſeq.* licet † Baronibus ex priuilegio, vel immemoradili conſuetudine quæri poſſint, *idem Roſench.de feud.d.cap* 5.*cõcluſ.*91.*Regne. Sext.vbi ſupra nu.*81.*&* 82. qui limitant ſi Baro eſſet tantum inueſtitus de mero & mixto imperio, vel de omnibus feudi vtilitatibus, *vt ibi per eos.*
305 Vigeſimum primum † ius Regale eſt, redditus piſcationum, & ſalinarũ, ad tex. *in d.cap.vnic.vbi Andr.& cæteri fendiſta,& tex. in l. inter publica.* §. *ſi.ff.de verbor.ſignificat.* quod *Afflict.* exemplificat in Ciuitate Neapolis, in qua Rex habet ſextam partem redditũum ex piſcationibus, & pariter in hac vrbe adeſt vectigal piſcium, quod
306 † & antiquitus fuiſſe apud Romanos oſtendit *Feſtus*, quem refert *Petr.de*

Aaa 2 *Greg.*

quam Theſauri ad Regem, & ad Fi-
ſcum pertinent, vt poſt alios, etiam
Theologos refert *Couarr. in reg. pecca-
tum par. 3. §. 2. num. 4. de reg. iur. in 6.*
vbi reſpondet *Siluestro*, hanc conſue-
tudinem damnanti *in ſumm. in verb.
inuentum*, §. 6. quem ſequitur multis
additis *Barbo. l. diuortio. 8. §. ſi ſecundũ
num. 48. cum ſeq. ff. ſolut. matrim. Fari-
nac. quæſt. criminal. 104. in ſpect. 1. num.
32. Do. de Pont. in tit. de poteſt. Proreg.
titu. de diuerſ. prouiſ. rubr. de Theſaur.*
317 *num.* 3. licet poſſit † etiam ad inferio-
res Principes pertinere ex conceſſione
particulari *Regn. Sext. vbi ſupra n.* 37.
318 In Regno tamen † plures aderant con
ſtitutiones in hac materia *vt in conſti-
tut. Doana de offi. Secreti*, quàm etiam
per *Capitula Iacobi* 23. *Ferdinand.* 124.
cum ſimilib.

Hodie tamen per nouiſſima *Capi-
tula* huic Regno conceſſa de anno
1596. à Catholico Rege Philippo II.
in his ſeruatur ius commune, prout
& in Regno Neapolitano factũ fuiſſe
per *Capitula Caroli II. & Papa Hono-
rij* teſtatur *Do. de Ponte vbi ſupra*, &
319 ſic † vt de Theſauris inuentis per pri-
uatos in eorum fundis, & locis nihil
pertineat ad Principem, ad text. *in l.
1. in princ. verſ. nam in ſuis, C. de The-
ſaur. lib. 10. vbi Bart. Bald. Io. de Plat.
& cæteri, §. Theſauros, & ibi Doctores,
Inſtit. de rer. diuiſ. de communi Gomez.
in l. Thaur.* 45. *nume.* 31. *Afflict. deciſ.
321. num. 7. & ibi Vrſill. Couarr. in lo-
co citato, Menoch. de præſumpt. libr. 5.
præſumpt. 30. nu.* 10. vbi ait, quòd hæc
* concluſio ab omnibus * eſt recepta,
*Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 2. Rubr. de
Theſaur. & metall. nu. 3. Regner. Sext.
lib. 2. de regal. c. 21. nu.* 20.
320 Idem † ſi fuiſſet repertus in fundo
alieno, quia ad dominum fundi non
autem ad inuentorem ſpectabit, ad
tex. *in d. l. 1. C. de Theſaur. lib.* 10. ibi,
*in alienis vero terrulis, &c. vbi Barto.
Bald. & Luc. de Pẽn.* qui videntur am-
321 pliare, † quòd nec valeat Principis li-
centia de fodiendo Theſaurum in fun
do alieno, *Gomez. Menoch. Couarr. &
Sextin. in locis proximè citatis*, ſecus
322 † tamen erit, ſi inuentus fuerit in fun-
do Pricipis, ſeu Ciuitatis, quo caſu ꝑ
medietate ſpectabit ad Principem,
ſeu Ciuitatem, & pro alia medietate
ad inuentorem, ad tex. *in d. §. Theſau-
ros, in fi. & ibi gloſ. Inſtitut. de rer. di-
uiſ. Afflict. d. dec. 321. num. 11. Ioa. de
Plat. in dict. l. 1. in verb. pariter, C. de
323 Theſaur. lib.* 10. licet † ſi data opera
fuerit inuentus, totus pertinebit ad fi-
ſcum Principis, ſecundum *Couar. vbi
ſupra num. 3. Gomez. in d. l. Thaur. 45.
num.* 42. qui dicit communem * opi-
nionem eſſe, *Peregr. in loco citato, nu.
5. in 4. concl. Roſantel. d. cap. 5. concluſ.
324 92. num. 1. & 2.* & pariter † ſi quis oc-
cultauerit theſaurum in aliquo loco,
cuius pars, vel totus ad fiſcum perti-
nebat, quia occultans in perditione
theſauri punietur cum altero tantum,
ad text. *in l. 3. §. fi. ff. de iur. fiſc. & ibi
glo. in verb. totum, glo. in §. Theſauros in
verb. fiſc. Inſtitut. de rer. diuiſ. Plat. in
d. l. 1. num. 6. C. de Theſaur. lib. 10. Pe-
regr. & Farinac. in locis citatis, Roſan-
tel. de feud. d. cap. 5. concluſ. 92. num.* 4.
325 vel † quia arte magica, ſeu incantario-
nibus, alijſque modis illicitis theſau-
rum inuenerit, quia totum ad fiſcum
pertinebit ratione delicti *dicta l. 1.
C. de theſa. libr.* 10. *Auend. de exequ.
mãd. cap. 4. lib. 1. num. 33. ver. tertia cõ-
cluſio*, & poſt *Gomez. Couarr. et alios*
tradit *Barboſ. ĩ d. l. diuortio, §. ſi fundũ,
num. 30. et ſequ. ff. ſolut. matrim.* quæ
326 † omnia locum ſibi pariter vendica-
bunt, ſi theſaurus fuerit inuentus in
loco publico, ſeu publicè deputato,
ad tex. *in d. §. Theſauros, vbi gloſ. in
verb. vel publico, et Areti. ibi num. 1.
in 5. et 6. notab. Barboſ. in loco citato, nu.
48. verſic. ſed obſtat*, & poſt *alios Fari-
nac.*

nac. d.quaſt.104.inſpect.1.num.8.cum
ſeqq. vbi etiam, relatis hinc inde opi-
327 nionibus, concludit, quòd † theſaurus
inuentus in bonis Eccleſię, vel in loco
ſacro, ſeu religioſo pro medietate ſpe-
ctat ad Fiſcum Eccleſiæ, & pro alia
medietate ad inuentorem, vt ibi per
eum, & eruditiſſimè tradit Barboſ. in
loco citato, nu.46. D.de Pont. vbi ſupra
num.4. et 5.

328 An † autem Theſaurus acquiratur
ſola inuentione abſque apprehenſio-
ne vide latè Ceuall.commu.contra com-
mu.q.514.

329 Vigeſimum tertium † ius Regale
ſunt angariæ, & perangariæ, ad text.
in d. cap. vnic. vbi Andr. Affl. et cæteri
330 ibidem, quod aliud † non eſt niſi habe-
re ſubditos angarios & perangarios
pro ſeruitijs tàm perſonalibus, quàm
realibus, vt exponit Roſantell. cap. 5.
331 concl.70. num.3. ſubdens, quòd † an-
gariæ ſunt munus perſonale, quando
ſubditi cum perſona ſeruiunt, Princi-
332 pis tamen ſumptibus; † Perangariæ
verò quando ſeruiunt cum perſona,
ſed expenſis proprijs, quod ante eum
dixerant in d.cap.vnic. Andr. num.52.
Affl.num.1.et 2. Aluarot. num.5. Præ-
poſit. num. 6. de regal. Ferr. Mont. de
* feud. cap.7. lib.5. vbi communē * Do-
ctorum ſententiam eſſe teſtatur Vult.
de feud.cap.5. num.7. verſ.angaria. fol.
mihi 87. Capibl.de Baro. prag.10.n.29.
& 30. Nati. cōſ. 185. nume.7. et ſequ.
Gail. obſeruat. 52. nu. 4. et 5. lib. 2. vbi
hęc ſordida munera perſonalia vocat,
Iacob. de Sanct. Georg. de homag. nu-
333 me. 31. dicens quòd † dominus tem-
pore neceſſitatis poſſet operas illas in
pecuniam commutare, & illam à ſub-
ditis exigere, allegat Bald.in l.1. C. de
oper.libert.& in cap.1.§.pen. nume.10.
de pac.iuram.firm. Mont.vbi ſupra, lib.
6.c.3. § proinde certè illa ſeruitia, Re-
gner. Sextin.de regal. lib.2. cap.13. nu.
75. cum ſeq.

334 Hęc † autem iura ſunt de Principi re-
ſeruatis, & inferioribus non cōpetunt,
ſecundum Bar.in l.1 .C.de excuſat.mu-
ner.lib.10. Bald.in l.cum multa, in fine,
C.de bon. quæ lib. & poſt alios Nati. d.
335 conſ.185.num.3.& 5. niſi † expreſsè ex
cōceſſione, vel præſcriptione antiquiſ-
ſima pertinerent, vt dixit Afflict. in lo-
co citato num. 3. Iacob. de Sanct. Georg.
in d.tit. de homag. num.30. apud quos
regalia iura non dicerentur, Andr. ibi-
dem Vinc.de Ann. in conſt. Diuæ memo-
riæ num.13. Vrſill.ad Afflict.deciſ.388.
Decian.conſ.41.num.68.volum.2. The-
ſaur.deciſ.16. num.11. Cancer.variar.
reſol.lib.3.cap.4. Fontanel.de pact. clau.
336 4.gloſ.17. licet † extra territorium non
debeantur, ad text. in l.opere enim, ff
de oper.libert.l. Mediterranea, & l. pro
locis C.de anno. & tribut.lib.10. Iacob.
de Sanct.Georg.in loco citato, nu.7. vbi
dicit ita ſepius ſe conſuluiſſe, Monta.d.
lib.6. feud.cap.3.§. ordinaria ſeruitia,
Afflict. in conſtitu. aſcriptitios, num.4.
337 dū † rationem eſſe ait, quia onus an-
gariarum eſt contra ius commune, &
propterea dato, quòd per priuilegium
concedantur, non debet ſubintelligi
clauſula prædicta (etiam extra terri-
torium) Regner. Sext.d.c.13.num.68.
& fuiſſe iudicatum in Camera Impe-
riali teſtatur Roſantel. d concl.71. n.5.
338 qui etiam in concl.ſeq. ponit † eos, qui
ab huiuſmodi muneribus excuſantur,
vt ibi per eum, Regner. Sextin. d. cap.
13.n.45. & n.51. quo loci cumulat ēt
339 remedia † vaſſallis competentia aduer
ſus dominos circa abuſus angariarū,
& perangariarum.

340 Vigeſimum quartum † ius Regale
ſunt pœnæ, & mulctæ, ad text. in d.c.
vnic. & ibi Andr. Bald. Aluarot. Afflic.
& cæteri, Vult.d.cap.5. de feud.num.7.
verſ.8. Peregr.de iur.fiſc. lib.4. tit.8.
Roſantel. d. cap.5. concluſ.49. Regner.
Sext. de regal. lib.2. c.8. nu.40.& ſeq.
341 vbi ait † pœnæ nomē generale eſſe, om

nium-

niumque delictorum coertio, quæ le-
galis ſcilicet, vel in bonis, vel exiſti-
matione ſtatus, aut corpore infligi-
tur, ad tex. *in l. aliud frans. §. inter mul*
ctam, & ibi Rebuff. Alciat. & alij, ff. de
verb. ſignificat. cum ſimil. de quibus
per Peregr. in tit. de pœn. nu. 28. Mulcta
342 † verò pecuniaria eſt, quæ ſub pœna
tanquam ſpecies continetur, eaque à
343 † magiſtratibus ex arbitrio imponi-
tur, ac è bonis non obtemperantium
exigitur, ad tex. *in d. §. inter mulctam*
& l. fi. in fi. C. de epiſc. & cler. Regner.
in d. cap. 8. *num.* 6. & diximus latius
in commentar. ad indult. cap. 17. *&* 18.
344 licet mulctas † ad maiores Magiſtra-
tus irrogare pertineat, quibus publicè
iudicium eſt, ad text. *in l.* 2. *§. fi. ff. de*
iud. quiue cum imperio ſunt *l. ſacrile-*
gi. §. fi. ibi, *is qui hoc imperio vtitur ff.*
ad l. Iul. peculat. l. fi. C. de mod. mulcta.
& facit *tex. in d. §. inter mulctam*, quã-
345 uis etiam minores † Magiſtratus inci-
denter ad defenſionem iuriſdictionis
ſibi conceſſę id quoq; facere queant,
ſecundum *Afflict. in d. capit. vnico in*
verb. mulca num. 7. Pęna vero à quo-
346 cumq; poſſit infligi, cui criminis, vel
delicti executio commiſſa eſt, ſiue ſit
ordinarius, ſiue extraordinari9 Iudex,
& ſiue imperium, vel publicè iudiciũ
habeat, vel non *d. §. inter mulctam in*
347 *fi.* Neceſſarium enim † eſt, vt huiuſ-
modi pęnis, & mulctis puniantur ma-
li, ſi nocentes eſſe voluerint, aut emẽ-
dẽtur, ſi per negligentiam aliquid ad-
miſerint, vt dixit *Seneca lib.* 1. *de Ira.*
cap. 10. vnde *Ariſtotel.* 10. *Ethicor. c.*
vlt. inquit, quòd hęc eſt multitudinis
conditio, vt neceſſitati potius, quàm
rationi; & pœnis, quàm honeſtati pa-
reant; ideoque inſtar iumentorum
animaduerſionibus, & pœnis coer-
cendi, & in officio continendi ſunt,
& in eodem lib. cap. 12. ſubdit, quòd
348 † humanitate, ac clementia magiſtra-
tus, magna ad peccandum facinoro-
ſis feneſtra aperitur; cum ſcelera non
puniuntur, ad iniuriam inferendam
proni homines redduntur, idemq; tra
diderunt *Plutarcus in libr. de Sera nu-*
minis vindicta, & Demoſte. in Midiam,
& propterea *Cicero* 3. *offic. pro Milone*
349 dicebat, † *immunitas peccandi magna*
illecebra; iniuria pariter ſoboles, & ait
D. Bernardus libr. 3. *ad Eudemum,*
de conſiderat. inſolentia mater, radix
impudentia, tranſgreſſionum nutrix, &
ſanè (vt dixit *Demoſten. aduerſus Le-*
350 *ptin.*) florentes, † & beatę fiunt Reſ-
publicę, quando ciues omnes pœna-
rum mętu a maleficijs abſtinent, &
beneficiorum pręmijs inuitati, officiũ
facere ſtudent, neque *Solon* temerè di-
xit, (ſecundum *Plutarcum in Solone,*
351 *& Ciceronem in Bruto*) quod † Reſpu-
blica duabus rebus continetur, pœnis
352 nimirum, ac pręmijs, & vbi † nulla ſe-
uera iudicia exercentur, etiam bona
ingenia corrumpuntur, vt tradit *Iſo-*
crat. in Aeropag. & ob id meritò lex il-
la *Platonis* laudatur, *lib.* 9. *de legib.* ne
impunè quicquam cuiquam eſto, exi-
tio, carcere, verberibus, infamia, ęre,
capite ſontes puniantur; in tantum
353 † quòd in iure grauis Magiſtratibus
pœna conſtituitur, qui iuſtitiam face-
re negligunt, quo fit vt Imperator *in*
conſtitutionibus Nouellar. conſtit. 30.
atrociora crimina acerbè puniat, vt
354 paucorum hominum ſupplicio om-
nes reliqui continuò caſtigentur, neq;
inhumanitas hoc, ſed potius sũma q̃-
dã humanitas, cũ multi paucorũ aĩad-
uerſione ſaluenĩ, & fuit p̃ceptũ Dei *in*
Deuter. 19. vbi auferre ſanguinẽ noxiũ
iubet de Iſrael, vt benè illi ſit, & bñdi-
ctio sũma ſacris in litteris his p̄mittiĩ,
q̨ impium arguunt, *in Prouerb.* 24. ad
hoc autem introductę fuerunt pœnę,
& mulctę, quę quantum Reipublicę
expediant ex prędictis oſtenditur, illę-
355 que, ſi † de pecuniarijs ageretur, fiſco
Principis applicantur, *l.* 1. *C. de mod.*
mulct.

mulct. Dec. & alij in rubr. ff. de iudic.
Andr. de Iſer. in cap. 1. §. ſi vero vio-
lator pacis, verſ. & attende quia con-
demnationes, de pac. tenend. Bart. in l.
Imperium, num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud.
Peregr. de iur. fiſc. d. lib. 4. tit. 8. quam-
356 uis † poſſint per magiſtratus ad alios
vſus applicari, vt de operib⁹ publicis,
ad tex. in l. mulctarũ C. de mod. mulcta.
qđ ꝑ iudices vrbis in ciuilibus cauſis
fieri conſueuit, cũ alijs relatis per Re-
gn. d. cap. 8. num. 75. cum ſeq. & D. Bo-
rell. de præſtant. Reg. cap. 13. vbi ponit
357 † differentias inter pœnam & mulctã,
quas etiam reaſſumit Regner. Sext. d.
cap. 8. nu. 3. cum ſeq. & n. 72. ſubdens
358 quod ex conceſſione, pręſcriptione,
ſeu conſuetudine poſſunt etiam infe-
rioribus competere.
359 Vigeſimum quintum † Regale ſunt
bona vacantia, ad tex. in d. cap. vnic.
de Regal. vbi And. Affl. Aluarot. & ca-
teri, l. 1. §. Diuus Pius, ff. de iur. fiſc. l.
1. l. vacãtia, l. ſi vacantia, C. de bon. va-
cant. lib. 10. l. fin. §. cum autem in ſupe-
riori, C. de caduc. toll. l. vlt. C. de petit. bo
nor. ſubl. lib. 10. & in Regno noſtro
extat Conſtitutio, incip. Doana, de offic.
Secreti, vbi Andr. & cæteri addentes.
Iacob. de Sanct. Georg. de feud. in verb.
præſentes, num. 4. Ant. Sol. ſuper conſti-
tut. Subaud. in decreto, Rempublicam,
par. 2. glo. 7. num. 4. Pet. de Greg. de con-
ceſſ. feud. par. 7. quæſt. 5. num. 10. alter
Petr. de Greg. Tholoſ. ſyntag. iur. lib. 3.
cap. 12. num. 8. & in Republ. lib. 9. cap.
1. num. 25. ſubdens quòd hoc iure vſi
fuere Reges Italię, quorum Comites
rerum priuatarum illud exigebant, vt
ait Caſſiod. lib. 6. in formula eius comiti
na, ad tex. in l. 2. §. final. ff. ad Senat.
Tertull. & ſimiliter eodemmet iure
vſus fuit Rex Theodoricus, vt ex eius
Epiſtola ſcripta Epiphanio Proconſu
li Dalmatię conſtat apud Caſſiodo-
rum, lib. 5. epiſtola 2. aliàs lib. 6. variar.
ibi, proximos defunctorum nobis legali-
ter anteponis, quia in hoc caſu Princi-
pis perſona poſt omnes eſt: ſed huic opta-
mus nõ acquirere dummodo ſint, qui re-
licta debeant poſſidere.
360 Hinc Romanos † Imperatores, vt
legimus apud Strabonem, conſtituiſ-
ſe fertur magiſtratũ, qui per Ægyptũ
inquireret, num bona eſſent aliqua va
cãtia, poſſeſſiones deſertę, hęreditates
ſine hęrede, aut alia ſine domino, vt
eadem domanio, ſeu dominio Cęſarũ
incorporaret.
361 Hęc † autem ad Fiſcum pertinent
ipſo iure, quò ad dominium, licet quò
ad poſſeſſionem requiratur incorpo-
ratio, ad tex. in d. l. 1. & ibi gloſ. & l.
fi. C. de bon. vacãt. lib. 10. & gloſ. in l. ſi-
cut, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin.
Afflict. in loco citato, nume. 1. vbi ait,
quòd ſine aditione hęreditas vacans
acquiritur Fiſco, ſicut in ſuo hęrede,
ad tex. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſth.
l. prohibitum, C. de iur. fiſc. libr. 10. Pe-
regr. d. titu. 3. num. 22. Maſcard. conclu.
362 208. volum. 1. quę † quidem incorpo-
ratio fit lapſo termino banni, ſeu pro-
clamatis, ſi eſſet aliquis qui velit &
poſſit eſſe hęres, ad text. in l. ſi eo tem-
pore C. de remiſſio. pignor. & dixit Affl.
ĩ d. cap. vnico, num. 7. Peregr. in d. tit. 3.
num. 30. Boſſ. de Bon. vacan. nume. 12.
Regner. Sextin. de regal. lib. 2. cap. 9. nu-
363 me. 30. & 40. neque † tenetur fiſcus vl-
tra vires hęreditarias, cum non ſucce-
cedat tanquam hęres, ad tex. ĩ d. l. 1.
C. de bon. vacãt. l. quoties, l. annotatio-
nes, ff. de nouatio. Roſental. d. cap. 5. cõ-
cl. 53. Regner. d. cap. 9. num. 45. & me-
lius Cenall. comm. contr. comm. qui al-
legat concordantes concl. 822. nu. 12.
364 & ſeq. licet † teneatᷓ ad onera quæ per
illũ priuatũ debebantᷓ, ſm Affl. d. cap.
vnic. num. 51. Mandell. conſil. 209. &
210. Cenall. quæſt. 142. Regner. vbi ſu-
pra num. 42.
365 Dicuntur † autem bona vacantia
quando quis ſine hęrede legitimo ab
inte-

Digitized by Google

inteſtato decedat, nullis relictis perſo-
nis, ad quos iure legitimo ſuccedendi
facultas competere poſſet, vel etiam
ex teſtamento, ſi hæres hæreditatem
repudiaret, eaque (vt dixi) in caſi-
366 bus † prædictis ad Fiſcum deuoluun-
tur, ſiue Principis ſupremi ſuperio-
rem non recognoſcentis, ſaltim de fa-
cto, ſecundum Bart. in d. l. 1. num. 11.
C. de bon. vacant. lib. 10. Alex. conſ. 35.
num. 4. vol. 1. Garſ. in tract. de nobil. gl.
3. nu. 28. Calic. de fiſc. dubit. 8. ſub n. 13.
Surd. conſ. 518. num. 4. vol. 4. ſiue alio-
rum, quibus Regalia prędicta ex ſpe-
ciali cõceſſione ꝑtinerẽt, vt poſt alios
dixit Frãc. Marc. dec. 297. n. 2. vol. 1. Pe
reg. de iur. fiſ. lib. 4. tit. 3. n. 2. Regn. Sex.
in d. c. 9. n. 37. et 59. Roſant. d. c. 5. concl.
52. n. 3. vbi ſubdit eũ hęredẽ legitimũ
dici ab inteſtato ſucceſſiuũ, ſi decedẽs
careat aſcendentibus, & deſcendenti-
bus, nec habeat conſanguineos vſque
ad decimum gradũ incluſiue, ad text.
in l. 1. C. vnd. cognat. l. non facile, C. de
grad. conſang. §. fi. inſtit. de ſucceſſ. co-
gnat. vbi Angel. §. ſi vero, in Authen. de
hæred. & Falc. l. vnica §. cum autem, C.
de caduc. tollen. & vbiq; Doctores Affl.
in loco citato, nu. 12. Peregr. d. lib. 4. tit.
3. de bo. vacant. nu. 3. Renat. Cop. de Do-
manio Franc. tit. 13. nu. 7. Surd. cõſ. 518.
367 vol. 4. licet affines habeat, † qui pęnitꝰ
ſunt excluſi l. affinibus C. comm. de ſuc-
ceſſio. Regner. Sext. d. c. 9. n. 6. & 22. vbi
ẽt bona caduca hmõdi vacãtia vocat.
368 Prædicta tamẽ intellige Primo † nõ
procedere in Terris Baronum haben-
tium Regalia, vbi mortuo vaſſallo ad
eum pertinebunt bona vacãtia, iuxta
ea, q̃ habenĩ in Auth. præterea, C. und.
vir. & ux. Bald. in l. 1. C. de hæred. decu-
rio. And. in tit. quæ ſint regal. n. 3. Bar.
Bal. & Angel. in d. l. 1. C. de bon. vacant.
lib. 10. Alex. cõſ. 31. n. 4. lib. 1. Io. de Plat.
& Rebuff. in l. Cornicularij, C. de appar.
Præf. Prat. lib. 11. Boer. dec. 50. nu. 14.
in fin. Anto. Sol. in loco citato, Petr. de
Gregor. Tholoſ. d. cap. 12. num. 15. Frec.
de ſubfeud. lib. 2. auth. 24. Tiraq. in tra-
cta. le mort. declar. 15. nu. 12. maximè
369 † ſi habeant merum & mixtum Impe-
rium, qui fiſcum habent, vt dixit Re-
gner. Sext. d. c. 9. num. 60. Bellug. in Spe
cul. Princip. rub. 24. verſ. & primo, n. 12.
370 vbi † id ampliat etiam in dominis ſim-
plicem iuriſdictionem habentibus,
eo quod bona illa vacantia ad eos nõ
ex cauſa iuriſdictionis pertinerent, ſed
ratione prędiorum, quæ habent in eo-
rum dominio, ad text. quem ſingula-
rem ibi dicit in l. fi. C. in quib. cauſ. colo.
domin. lib. 11. ibi, & cuius ipſi ſint, eiuſ-
dem omnia ſua eſſe cognoſcant, & tamẽ
non erant aſtricti illi ratione iuriſdi-
ctionis, quia nullam habebãt, ſed ſo-
lũ ratione dominij Terraiũ, & præſta-
tionis cenſus, ad idẽ tex. ĩ l. 3. §. eandẽ
& ibi gl. & poſſent plura deduci exem
pla, prout in hęreditate decurionũ, ſic
etiam ratione cõiunctionis, ad tex. in
d. Auth. præterea, C. un. vir. & ux. Ali-
quãdo ratione pręſumptionis iuris, vt
de bonis clerici beneficiati infra dice-
mus, maximè ſi ſic ſe haberet conſue-
tudo loci, quę attẽdẽda eſſet, ad tex. in
l. miſſi opinatores, C. de exact. tribut. lib.
10. And. ĩ d. c. vnico, & in cõſtit. Regni,
præſenti, de offi. ſecre. lib. 1. & cõſtitu. ſi
quãdo lib. 3. Bonad. lib. 2. polit. c. 16. nu.
371 132. & n. 216. Idq; † intellige etiam ſi
vaſſallus moriaĩ extra territoriũ, ibiq;
extent bona ꝑdicta, quia dũ ſucceſſio
vniuerſalis ad Baronẽ ꝑtinet, ẽt ad ta
les actiones oſſibus vaſſalli coherẽtes
ſuccedit Iacobi. de feud. ĩ ver. cũ mero et
mixto Imper. n. 17. & poſt Alex. cõſ. 16.
vol. 1. dixit nouiſſime poſt hęc ſcripta
viſus Molfeſ. ĩ eruditiſſimis Commen. ad
cõſue. Neap. p. 2. tit. de bonis q. 11. n. 6.
372 Secũdo † intellige nõ procedere, vbi
doctor collegiatus moriaĩ nullis reli-
ctis hr̃dibus, q̃a tũc ſuccedit collegiũ
doctorũ, ad tex. ĩ l. 1. & ibi Bal. C. de ha
red. decur. & cõſequẽter excludit fiſcũ,

vt dixit Affl.in d.cap.vnic.n.3.Pereg.in
lo citat.n.11.ſicut ẽt dr̃ de tutore,q de-
373 ficiẽtib⁹ alijs legitimis hr̃dibus pupil-
lo ſuccedit excluſo fiſco ad not.p gl.ſin
gular.q̃ nõ eſt alibi ĩ corpore iuris,ſm
Ang.ibi in l.ſi quando C.de bon.vacan.
& in l.qua tutela ff.de reg.iur. & poſt
plures Tiraq.in tract.de mort ſaiſit par.
2.15.declara.num.4.& 5.vel ſecundũ
opinionem Canal.de tuto.num.336.in
medietate. Roſant.d.concl.54.liter.C.
in hoc tamen vide Borell.vbi ſupra nu.
37.& ſequ. Reguer. Sextin.tract.de
Regal.lib.2.cap.9.num.13.qui poſt
plures contrariam opinionem verio-
rem, & communem * eſſe teſtatur,
374 Afflict.in d.cap.vnic.num.4.idem†di-
xit Ang.in loco citato de ſcholare, qui
ſi moriatur in ſtudio ſine hęrede,vni-
uerſitas ſcholarium ſuccedit illi ex-
cluſo fiſco, & tenet Gugl.de Cun.in
d.l.1.C.de hared.decurio.& idem Ang.
in l.ſi quis filio §.eius, qui ff.de iniuſ.
rup.irri.teſt.vbi ait quod ſi vnus de
375 arte decedit ſine agnatis, & cognatis
collegium illius artis præfertur fiſco,
ſequitur Affl.in loco citato, qui inſeit
376 ad quæſtionẽ, an † nobilis de vno ſe-
dili ſi moriatur ſine hærede, ſuccedãt
nobiles de illo ſedili, vel fiſcus, & ex
Bart.in d.l.1.C.de hared.decurio.tenet
quod dicti nobiles excludant fiſcum,
licet hoc non admittat D.Borell.de
praſt.Reg.c.14.num.57.& ſeq.
377 Idem † dicitur de ſocio, qui in bo-
nis ſocij ab inteſtato defuncti abſque
legitimo hærede fiſco præfertur, ad
tex.in l.1.C.ſi lib.Impera.ſoc.libr.10.
Bellamer.conſ.23.num.5.Bellug.in lo-
co ſupra relato num.13.Caſtald.de Im-
perat.quaſt.110.caſ.105.& eſſe veram
reſolutionem dixit Peregr.d.tit.3.n.8.
378 & 9.vbi ſubdit idẽ de † patrono, q in
ſucceſſione liberti fiſcũ excludit, §.ſed
noſtra Inſt.de ſucceſſi.liber.l.ſi qs preſ-
byter C.de epiſc.& cler.Borel.in loco ci-
379 tato,n.18. Illud idẽ†dicẽdũ eſt de Ma-
giſtratibus,& Cõſiliarijs q fiſco exclu
ſo ſuccedũt eorũ collegis eo modo de-
functis,ad tex.ĩ l.vnica,C.de decur.lib.
10.& notãter tradit Salic.ĩ d.l.1.C.de
hared.decur.et ibidẽ Dec.n.20.Pereg.d.
tit.3.n.12.Pet.de Greg.Tholoſ.lib.45.
ſyntag.iur.c.15.Surg.ĩ Neap.illuſt.in
add.c.26.nu.13.fol.mihi 445.
380 Sicut†& miles de vna legione inteſta
tus decedens abſq.legitimis hæredib⁹
ſucceſſores habet cõmilitones de eadẽ
legione, ſm Bar.in l.ſi qs filio §.eius,
ff.de iniuſt.teſtam.& in cohortalibus
381 decedentibus ab inteſtato ſuccedebat
olim præfectus Prætorio l.fi.C.de ap-
par.Praf.Prat.lib.12.licet hodie ſecus
vt dixit Surg.de Neap.illuſtr.cap.26.
num.13.ſic in expoſitis†hoſpitale ſuc-
cedit,excluſo fiſco,vt tradit Bald.in l.
ſi qua illuſtris, ver.& ideo expoſitus C.
ad Orficia.Oliuer.teſtor.de ſucceſſio.ab
inteſta.ad finem, nume.126.Surg.in
loco citato, vbi loquitur de hoſpitale
ſancti Iacobi Hiſpaniarum illius Ci-
383 uitatis, idem pariter † procedit in
vxore,quæ marito in bonis vacãtibus
ſine hærede ſuccedit,& è ↄ,ad text.in
d.l.vlt.C.de petit.bo.ſubl.l.vni.ff.vnd.
vir.& vxor.l.vnic.C.eod.& cõſuluit
Corn.conſ.324.vol.4.Bellug.in loco cita
to, latè Borell.vbi ſupra Reguer.Sext.
d.c.9.n.4.vbi adeo fauorabilẽ cõiugũ
384 ſucceſſionẽ exiſtimat,qđ † ex iure no-
uellarũ eo caſu, quo pręmoriẽs cõiux
locuplex eſt, ſuperſtes vero pauper re-
periret̃,hic ſupſtes vna cũ cõibus libe
ris ſi tres, vel pauciores ſint ſuccedat ĩ
quartã,ſin plures in virilẽ portionem,
Nouel.53.de exiſten.et introduc.reis §.
quoniã vero, & auth.Praterea C.vnd.
vir.et vx.vbi Doct.Pereg.de iur.fiſ.lib.
4.tit.3.n.4.Roſent.d.c.5.concl.74.ſub-
dẽs, quòd † domini excluſo fiſco ſuc-
cedũt proprijs,aut ſuis, & aſcriptitijs
hominibus, & ſic de ſingulis, de qui-
bus toto.tit.C.de hared.decurio.& in
auth.omnes peregrini,ubi Doct.C.cõmu.
de

ſucceſſion.Boſſ.Peregr. Tiraq. & cæteri
386 *relati*. Quid † autem dicendum de
feudis, & bonis emphyteuticis vacã-
tibus, dic quod ad dominum directũ
pertinent, excluſo fiſco, qui non niſi
in ſuis bonis vacãntibus ſuccedit, ita
Peregr. d. tit. 3. *nume.* 28. & poſt *alios*
*Roſental.d.cap.*5.*concl.*54.*nu.*4.*&* *c.*7.
*concl.*60.*nu.* 12.

387 Tertio† intellige quòd mortuo cle-
rico, nullis hæredibus remanentibus,
ſuccedit eccleſia, ad text. *in l.ſi quis*
presbyter, C. de epiſc. & cler. vbi Bald.
*Alber. Caſtr. & cæteri, cap.*1. *in fin. de*
*ſucceſſio. ab inteſta.vbi Præpoſ. num.*2.
D. Carol. Tap. in auth. Ingreſſi, verb.
*ideoq.nec de his, c.*1.*nume.*57. *C. de ſa-*
*croſan.eccl. Menoch.conſ.*609.*nu.*4.*vol.*
7. qui ait, ita quod Anglos ſeruatum
*Canal.dec.*15.*num.*3.*lib.*2. vbi hoc in-
telligit de eccleſia loci, vbi bona repe-
rientur, *Burſat.caſ.*43.*num.*38.*Couar.*
*variar.reſol. c.*9. *nu.*11.*Peregr. de iur.*
*fiſc. lib.*4.*tit.*3. *nu.*10. ſubdens, quòd
388 † ſi non habeat eccleſiam in titulum
beneficij, ſed altare, tunc altare illi ſuc
cedit, ſecundum *Abb.in d. cap.*1. *de*
ſucceſſio. feud. addẽs, quòd ſi neque
haberet altare, ſuccederet Epiſcopus,
ſequitur *Affl.in d.c.vni. ver. bona va-*
389 *cantia num.* 6. is enim † de maioribus
magiſtratibus eſt, & Præſidi compa-
ratur, ſecundum *Bald.in l. ſine pars C.*
de dilat. & ſequitur noſter Siculus *Gu-*
*gl. de Pern. conſ.*5. *in fi. Peregr. in loco*
390 *citato, num.* 54. dicens, † quòd etiam
peregrinis ab inteſtato morientibus
ſuccedat *Authent. omnes peregrini, C.*
commu.de ſucceſſio.Dom. Borell.d.capit.
14. *num.* 51.

391 Quarto † intellige quod licet mor
tuo ciue ab inteſtato abſque legitimis
hęredibus nõ ſuccedat regulariter Ci-
uitas, quia non habet Fiſcum, ad tex.
*in d.l.*1.*vbi Bar. C. de bon. vacant. l.*3.
§.municipibus, ff. de bonor.poſſ.idẽ Bar.
*in l. C. de iur.fiſc. lib.*10.*Bald. in rubr.*
C.de iur.fiſc. Affl.in d. cap. vnic. verb.
bona vacantia num. 12. attamen ſecus
erit ſi Ciuitates ipſæ ſuperiorem non
recognoſcerent, vel id haberent ex pri
uilegio Principis, vt dixit *Peregr.in d.*
*tit.*3.*num.*19. ſubdens quod debet eſ-
ſe ſpeciale, & motu proprio, ſecundũ
*Alex.in d.conſil.*31. *& Roſental. d.cap.*
5.*concl.*52.*Tholoſ.ſyntag.d.c.*12.*n.*8.

392 Quinto† intellige, quòd fiſcus Prin
cipis excluditur à petitione bonorum
vacantium quadriennij tẽpore lapſo
ad text. *in l.res fiſci inſti.de vſucapio.l.*
intra ff.de diuerſ.& temporal.præſcrip.
*l.*1.*ff.de iur.fiſc. l.*1. *§.diuus C.de qua-*
* *drien.præſcript.* & eſſe * communem
opinionem teſtatur *Balb. de præſcript.*
*par.*2.*par.*5.*princip.quæſt.*1. *num.*4. *in*
*fin.Tholoſ.d.cap.*12.*num.*12. *Roſental.*
*d.concl.*54.*num.*6.*Peregr.de iur.fiſ.lib.*
6. *tit.de præſcriptio.fiſcal.num.*40.*Ceſ.*
*conſ.*505.*num.*30. *Hipp.Rim. cõſ.*640.
*num.*91. *vol.*6.*Regner. Sextin.d.cap.*9.
*n.*54. quibus in locis concluſionẽ præ-
dictam diuerſimodè declarant.

393 Sexto † intellige, quòd inter bona
vacantia comprehendentur etiam bo
na naufragata, quæ nullis legitimis
ſucceſſoribus, vel dominis exiſtenti-
bus ad fiſcum pertinent, vt eſt tex. *ex-*
preſſus in d.Conſti. Regni.incip.Doana
de offic. Secret.& eſt gloſ.in cap.diſpen-
ſationes, 1.*quæſt.*7. *Io. de Plat.Luc. de*
*Penn. & cæteri in l.*1.*C.de naufrag.lib.*
11.*And.de Iſern.in cõſti.Rapinas, idem*
Andr. & Afflict. in d. conſtit. Doana,
*num.*16. & de conſuetudine quaſi to-
tius orbis teſtatur *Renat.Copin.de Do-*
*manio Franciæ tit.*16. *lib.*1.*num.*9. *cum*
ſeqq. & in conſuetudine Andegauen. p.
1.*lib.*1.*cap.*51.*num.*2.*Pet.de Greg.Tho*
*loſa. lib.*3.*ſyntag.iur.par.*1.*cap.*14.*nu.*
394 8.*in fi.* qđ † intelligitur tã de bonis ini
micorum, ac infidelium, quæ ad Re-
gium Fiſcum pertinent ex prædictis,
& fuit determinatum per Regias pro-
uiſiones de anno 1583. vt refert *D. de*

Ponte deciſ. 21. *num.* 13. quàm etiam
de bonis naufragatis Chriſtianorum,
& amicorum, ſi illi, nec eorum aliquis
ſucceſſor reperiatur, vt ſupra dictum
395 eſt, licet ſi compareat † aliqua legitima
perſona non obſtante quauis conſue-
tudine in contrarium, ſeu lapſu termi
ni debeant reſtitui, eique competant
excluſo fiſco, ad tex. *cum gloſ. in d. cap.*
diſpenſationes, vbi ait, prauam eſſe ta-
lem conſuetudinem, *Andr. in d. conſti-*
tut. Regni, Rapinas, & ibidem Afflict.
ſubdens, conſuetudinem illam poſt
mortem *Andr. de Iſern.* iam fuiſſe ſub-
latam, & pariter in Regno conſtat, ex
Cap. 24. *Regis Iacobi*, qui eam penitus
tamquam iniuſtam reuocauit, idemq.
diſpoſuit, tex. *in Auth. nauigia, C. de*
furtis, Gail obſeru. 18. *n.* 3. *lib.* 1. *Regner.*
Sext. lib. 2. *de rega. c.* 3. *n.* 91. ſequitũ *D. de*
Põt. loco citato, n. 10. dicens vaniſſimas
eſſe prætenſiones Proregum in ſimili-
bus caſibus, de quibus ipſe idem ſcri-
pſit *in cõſil.* 93. *volum.* 1. *& Lanar. in*
conſil. 84. quæ tamen iura fuerũt à Ca
tholica maieſtate ipſis ſublara, eaque
396 Regio Fiſco reſeruata, ex nouiſſimis
prouiſionibus, licet † fuerit ſumma
cum ratione auctum ſalarium.

397 Vigeſimũ ſextum † ius Regale ſunt
confiſcationes bonorum *ad tex. in d. c.*
vnic. in verb. condemnatorum, &c. vbi
Andr. Affl. & cæteri ſcribẽtes, Roſental.
d. cap. 5. *concluſ.* 55. *cum ſeqq. Borell. de*
preſtãt. Reg. cap. 15. 16. *&* 26. *Farinaz.*
de crimin. læſ. maieſtat. quæſt. 116. §. 1.
num. 12. *cum ſeqq. Regner. Sext. de Re-*
gal. lib. 2. *cap.* 12. vbi latiſſimè exponũt
publicationem bonorũ in caſibus præ-
dictis; nec ea iterum hic repetere licet,
Id tamen ommittendum non eſt; qđ
398 † Princeps ſolus ſuperiorem non reco-
gnoſcens confiſcationis bonorum pę-
nam, tam ordinariam, quam extraor-
dinariam imponere poteſt *ad tex. in l.*
1. *C. ſin. iuſſ princip. vbi Bald. Landenſ.*
in tractat. de fiſc. §. 1. *Iacob. de Sanct.*
Georg. de feud. in verb. cũ mero, & mix-
to Imperio, vbi alios allegat *Riminald.*
iun. conſ. 327. *num.* 3. *volum.* 3. *Ceſal.*
Do. de Pont. in tit. de his qui feud. dar.
424 *poſſ. lect. 6. 7. & 8.* vbi dicunt, † quod
Ducibus, Marchionibus, cęteriſq; Ba
ronibus id prohibitum eſt, ſecundum
relatos, niſi in feudis dari ſolitis, vt
notat *poſt Andr. Greg. in d. quaſt. 2. nu.*
6. & ſeq. & propterea nõ poterit Rex
425 † ex poſt facto mutare naturam feu-
di conceſſi, ſeu aliter alterare, vt dixit
Andr. in conſti. honorem. Pern. conſ. 25.
426 *idem Petr. de Greg. par. 3. quaſt. 4. & 5.*
vbi limitat accedente † conſenſu feu-
data-

427 datarij, nec †ſub iſta conceſſione ve-
niunt regalia *Peregrin.de iur.fiſc.tit.2.*
lib.1.num.74.cum plur.ſequent.Rolãd.
conſ.42.vol.2.& conſ.4.num.16.vol.3.
Mandell.cõſ.62.num.10.& ſeq. Octau.
Bambac.in cap.1.§.ĩ generali quaſt.10.
num.147.ſi de feud. defun. prout nec
428 † iura patronatus niſi in ſpetie dicatur
ad not. *in cap. quanto de iudic. Minad.*
in Conſtit. in aliquibus in verb. Comite
*vel Banne num.*13.vbi ait ita fuiſſe de-
claratum per Regem Robertum per
quaſdam literas trãſmiſſas ad Epiſco-
pum Aquinatem, quas dicit ipſe legiſ
ſe, hinc Rex noſter mãdauit quod de-
uolutis caſtris, ſeu terris ſiue ob lineã
finitam, vel ob aliam cauſam, iura pa-
tronatus exiſtẽtia in Caſtris numquã
cenſeantur reconceſſa, ſed illa rema-
neant ad diſpoſitionẽ Regis, Attñ ceſ
ſante Regia prohibitione iura patro-
natus regulariter conceſſo caſtro trã-
ſeunt in conceſſionarium *Oldrad.conſ.*
312. Dec. in cap. ſedes apoſtolica de re-
ſcrip. Alua. in cap.1.§. in generali ſi de
feud. defunt. milit. Afflict.in cap.1. de
Cap. qui Cur. vendi. Octau. Bambac. in
§.in generali quaſt.13.ſi de feu.def.mil.
cum caſus ille ſpecialis ſit in caſu præ-
dicto per tationem conſideratam per
Minad. in loco ſupradicto num.11.Petr.
de Gregor.de conceſſ. feud. par.3. quaſt.
9.num.7.& par.2.quaſt.7.num.1.cum
429 *ſeq.* qui latè explicat †quæ veniant ſub
cõceſſione feudi facta per Regem, vbi
poſt alios ſcripſi.

430 Eſt verum† quod Feudatarij ratio-
ne huiuſmodi conceſſionis feudi ad
plura tenentur, quæ in priuilegijs de
communi ſtilo, & clauſulis ibi appoſi-
tis cẽſentur reſeruata. Si quidem vaſ-
ſalli ſunt, & ſubditi Regibus, eiuſque
mandatis obbedire tenentur vt dixit
Molin.de primog. lib.1.cap.13.num.47.
& ſeq. Velaſq. l.40.Taur. gloſ.2.num.
43. Bonadill.lib.2.cap.16.num.68. &
feuda alienare prohibentur abſq. ip-
ſius Regis licentia, tum de iure cõmu-
ni ratione directi dominij penes Regẽ
retenti *ad tex. in cap.1. vbi Andr. & ca-*
teri de prohib. feud. aliena. tum etiam
431 vigore *Cõſtit. Regni,* licèt †hodie apud
nos talis licentia ſit remiſſa ex diſpoſi-
432 tione *Cap. volentes ſub Fider.* Item † te-
nẽtur ad ſeruitium militare *ad text. in*
cap.1.§. ſed nec eſt alia que fuit prima
cauſ. benefi. amitten. & ſtante clauſula
adiecta in ipſo feudi priuilegio ſub de-
433 bito militari ſeruitio, quod† aliud non
eſt quàm ſi diceretur, quod ſeruiat do
mino ſecundum vſum, & conſuetudi-
nem Regni, vt docuit *Andr. in d.§.*
434 *ſed nec alia num.40.* quæ † ſi aliàs fuiſ-
ſet ommiſſa, comprehenderetur vt di-
xit *Iaſ. poſt. Bald. in praelud. feud. col.4.*
ver. illud diligenter Curt. de feud.p.3.
verſ.11. limitate Petr. de Gregor. par.8.
435 *quaſt.2.num.4.* vbi limitat, † in feudis
eccleſiæ conceſſis, quia ſunt immunia
ab huiuſmodi ſeruitio militari. In Re-
436 gno † autem ſtante forma *Capitulorũ*
eiuſdem; ſeruitium militare ꝑdictum
conſiſtit in hominibus armatis cum
ſuis equis 1600. cum quibus feudata-
rij omnes ſubmoniti in caſu inuaſio-
nis inimicorum, & imminentis peri-
437 culi perſonaliter ſeruire tenentur † ad
eorum expenſas per menſes tres à diæ
moſtræ, & inde in antea ad expenſas
D. Regis ad rationem ſcutorum otto,
& tarenorum nouem quolibet menſe,
438 aliàs qui † nõ reperiatur incidit in pe-
nam ammiſſionis feudi *ad tex. in d.§.*
439 *ſed nec alia.* Excuſantur † tamen plu-
res à ſeruitio perſonali, ptout ſũt mu-
lieres, viduę, minores annorũ decem,
& otto, infirmi, decrepiti, ac alij qui ex
neceſſitate, vel alia iuſta cauſa impedi-
440 ti eſſent, & iſti admittuntur † ad com-
poſitione, quæ eſt vntiarum decem,
& tarenorũ quindecim pro quolibet
equo; cõſueuerunt etiã † excuſari Ba-
rones, qui reſident in ſeruitio Regio,
vel penes perſonam D. Proregis, licet
hoc

hoc non ſit expreſſum aliquo decreto,
ſed ſtet ad placitũ D. Proregis, prout
anno ꝓximè elapſo p̃terito factũ fuit
cũ oĩb⁹ Regni Deputatis, & ſic e ꝯ ſo-
let plurib⁹ denegari, & fortè ad euitã-
dam poſſeſſionem, quæ poſſet allegari
per Barones, vel ex alijs cauſis beneui-
ſis D. Proregi, & Tribunali Regij Pa-
trimonij, qui maximè in hac materia
reſpicere debent ad qualitatem inimi-
corum, & neceſſitatẽ Regni. Nec om-
442 mittam † quod Titulati quaſi ſemper
fuerunt excuſati, quãdo nõ adeſt præ-
443 ſentia D. Proregis, quo abſente † vnus
ex eis cõſueuit eligi Generalis arbitrio
444 D. Proregis, & pariter nominari † ſolet
per eum alia perſona in caſu abſentiæ
Generalis cũ titulo magiſtri Campi,
445 qui vt plurimum eſt † vnus Baronum
magis idoneus, & ſufficiens; cęteri ve-
446 rò † officiales eliguntur per Generalẽ.
447 durante autem † ſeruitio prædicto p
dies quindecim poſt ſubmonitionem
antequam faciant Moſtrã, & per dies
quindecim poſtquam reuerſi fuerint
ab exercitu per ſe, & per procuratorẽ
ſuum in ius vocati ire non tenentur,
*ad tex. in Conſt. Regni Hoſtici. vbi And.
& Afflict.* quos ſequutus eſt *Capic. in
inueſt. in ver. feudatariorum exceptio-
nes Petr. de Greg. in d. tract. part. 8. q. 4.*
448 vbi † ampliat etiam ſi per ſubſtitutum
ſeruiant, quo caſu vterque huiuſmodi
beneficio gaudebit *Luc. de Penn. in l.
449 nullus C. de decurio lib.* 10. ſiuè † actor,
ſiue reus conuenctus, ſiue cauſa ſit in-
choata, ſiue inchoanda, ſecundũ *And.
450 & Afflict.* qui idem † intelligunt de fi-
deiuſſoribus, & inſolidum obligatis
ad notat. *per Petr. de Gregor. vbi ſupra
nu.* 8. & pariter de vxore ſi maritus ſit
Baro dixit *Milan. deciſ. 9. num. 17. lib.
1. poſt Afflict.* diſtinctionem, quã ipſe
inſerit *D. Carol. Tap. in d. Conſtit. Ho-
ſtici* vbi ponit ampliationes, & limita-
451 tiones. An † autẽ huic exceptioni poſ-
ſit renuntiari, tradit *Frec. lib. 1. de ſub-
feu. tit. de offic. admira. num. 18. Vinc.
de Franc. deciſ. 64. num. 9. & deciſ. 286.*
& quid in cauſa criminali *Foller. in
pract. crim. part. 1. verb. audiantur ex-
cuſatores num. 21. Cumi. ſuper Rit. 42.
num. 56.*

452 Item † tenẽtur præſtare iuramẽtum
fidelitatis D. Regi, ſeu eius Proregi tẽ-
pore conceſſionis feudi ante captam
poſſeſſionem, ſeu inueſtiturã, nec non
& tempore renouationis inueſtituræ
tam per mortem Regis, quàm feuda-
tarij decedentis *ad tex. in cap. 1. quæ ſit
prim. cauſ. benefi. amiſſ. Petr. de Grego.
de conceſſ. feud. par. 8. quæſt. 16. rubr. de
iuram. fidelit. & rub. de cõſtit. renouat.
Iacob. de Sanct. Georg. de Homag. in ver.
Homagij Cumi. in cap. ſi aliquem verb.
noſtris num. 48. Do. de Pont. conſ. 3. nu.
21. & vbiq. feudiſtæ* omnes.

453 Item † habẽt licentiam ad capien-
dum iuramẽtum aſſecurationis à ſuis
vaſſallis *ad tex. in Conſtit. Comite vel
Barone vbi Andr. & cæteri, Afflict. de-
ciſ. 265. Frec. de ſubfeud. lib. 2. auth. 4.*

454 Item † pro alienatione feudi tenen-
tur ad decimã pretij iuxta *text. in cap.
volentes* vbi ſcripſi latè.

455 Item † tenentur ad ſolutionem re-
leuij, de quo dixi *in dec. 112. lib. 2.*

456 Item † tenentur honorare dominũ
Regem, & curare vt eum neq. in per-
ſona, neq. in bonis lędant, *ad text. in
cap. 1. §. firmiter, & ibi Andr. de prohib.
feud. alien. per Feder.* neq. de eo male
loquãtur *Andr. in conſtit. diſputare, &
poſt eum Afflict. deciſ. 265. cum ſimil.*

457 Item † debent bene tractare vaſſal-
los aliàs feudis priuari poſsẽt *Petr. de
Gregor. in d. quæſt. 16. rubr. de iur. boni
tractame. per totum Frec. auth. 8. Rol.
conſ. 18. vol. 3. & cõſ. 40. lib. 4. Menoch.
conſ. 2. nu. 196. cum ſeq. vol. 1.*

458 Item tenentur pręſtare adiutorium
d. Regi in certis caſibus, de quibus per
Grego. par. 7. quæſt. 8.

459 Item † ex culpa ammictunt feudum

tot.

*tot.tit.quib.mod.feud.ammitt.*vbi latè
*Roſental.*qui materiam explicat,illaq.
ad Regem deuoluuntur ſi culpa reſpi-
ciat perſonam Regis vt diſtinguendo
tradit *Gregor.d.quaſt.16.rub.de iur.de-
uolut.*vbi multa ſcripſimus.
460 Item † dicuntur vtiles domini,&
tamquam tales Regem recognoſcũt
vti directum dominum, vt declarat
Bal. in praelud.feud.colum.6.cum ſimil.
relatis *per Greg.d.quaſt.16.rub.de iur.
direct.domin. Capibl.de Baron.prag.8.
num.62.* cuius ratione (vt alias dixi-
461 mus *ibi in addit.*) competit † Regi de
iure communi ius prælationis,ad tex.
in cap.1. §.*porro Quali.olim feud.pote.
462 alien.* quod quidem † ſi vniuerſitatib'
competat in venditione Caſtri, vel
meri & mixti imperij, remiſſiue ad-
duximus *Vinc.de Franc.dec.17.Vinc.
de Anna,& alios.*ſed quia inde articu-
lum iſtum diſputare neceſſe fuit in
cauſa matris meæ, vt in conſilio im-
preſſo poſt primam partem mearum
deciſionum, cum alijs celeberrimo-
rum Iuriſconſultorum ſubſcriptioni-
bus, & conſilijs additis poſt ſecun-
dam partem earundem deciſionum;
Et poſt oẽs nouiſſimè ſcripſit D. Bla-
ſcus Ioppulos inter primatios Regni
Aduocatos; eius quoque doctiſſimas
allegationes adhuc nõ editas, hic im-
primendas eſſe, pro materiæ diluci-
tione, arbitratus ſum.

SVMMARIVM.

1 *Factum de quo agitur.*
2 *Don Garſia Maſtrilli Regij Conſiliarij reſpõſum in hac cauſa commẽdatur.*
3 *Dominus praefertur in alienatione feudi infra annum tantum & nu.5.*
4 *Amplia ex cap. Regni infra menſem tã-tum & num.6.*
7 *Lapſus termini eſt potentiſſima renun-tiatio.*
8 *Dominus eligens laudemium,vel Deci-mam amittit ius praelationis.*
9 *Amplia etiam ſi Decimam nõ exegit,ſed tantum ſuper ea conuenerit,vel dede-rit terminum ad ſoluendum.*
10 *Scientia Proregis nocet Regi & quid de caeteris officialibus.*
11 *Proregis potentia tam in feudalibusq; in caeteris eſt ampliſſima.*
12 *Prorex in Regno omnia poteſt ſicut ipſe Rex ſi eſſet praeſens.*
13 *Reſtitutio in integrum non competit ad-uerſus lapſum menſis ex dicto Cap. Regni.*
14 *Dominus conſentiendo alienationi non praeiudicat ſibi in praelatione.*
Contrarium num.15.
16 *Demanialia poſſunt per Regem vendi-cari à poſſe cuiuſcunque poſſeſſoris.*
17 *Aſſertio Regis non probat in tertij prae-iudicium.*
18 *Verba enunciatiua Regis quando non probent.*
19 *Demanialis non efficitur omnis res quae ad Regem deuoluitur.*
20 *Titulus ſi redducitur ad non titulum omnia corruunt, & fructus reſti-tuuntur.*
21 *Feudum quando dicatur reſtitutum ex primeuo iure, vel vti nouum Feudũ.*
22 *Clauſula (de nouo Concedimus) decla-ratur.*
23 *Vaſſalli delictum quando nocet agnatis.*
24 *Priuilegium poteſt per Regem ad nutum reuocari. Amplia in priuilegio Dema-nij num.25.*
26 *Demanialia bona differunt à bonis, quae Rex habet in Dominio.*
27 *Demanialia bona declarantur, & nu-me.31.*
28 *Demanialia quibus nominibus a DD. nuncupentur.*
29 *Dominij quaeſtionem vaſſallus an pote-rit referre Domino.*
30 *Tortoreti oppidum praeſumitur non fuiſ-ſe de Demanio.*
31 *Declaratio Regis ſilẽtium impoſuit prae-tenſionibus Fiſci & vaſſallorum.*

32 *Os aperire nõ licet aduerſus Regiam declarationem.*

33 *Miſtrecta, & Capitij exemplũ reijcitur.*

34 *Luc. de Pen. l. poſſeſſores, C. de fund. patr. lib. 10. non eſt pro vaſſallis.*

35 *Vaſſalli demaniales inuiti alienari non poſſunt.*

36 *Ratio, & num. 61.*

37 *Vaſſalli demaniales offerendo pretium Regi debent audiri.*

38 *Vaſſalli Baronum inuiti an poſſint alienari.*

39 *Vaſſalli inuiti cũ territorio alienantur.*

40 *Alienatio vaſſallorum Tortoreti fuit cũ territorio.*

41 *Vaſſalli inuiti ex neceſſitate poſſunt alienari.*

42 *Vaſſalli inuiti de conſuetudine generali alienantur.*

43 *Vaſſalli inuiti poſſunt alienari quando eorum conditio non fit deterior.*

44 *Vaſſalli recipiẽtes nouum Dominum ſine contradictione amplius non poſſunt reclamare & nu. 68.*

45 *Lex qua non diſponit ex proprijs ceruicibus, non ſunt excogitanda.*

46 *Paria ſunt aliquod fieri ſine lege vel cõtra legem.*

47 *Vaſſallis Baronum nulla lex concedit prælationem.*

48 *Conſtitutio ſancimus non facit pro vaſſallis.*

49 *Retractus non datur in feudalibus.*

50 *Lex finalis, C. de iur. emphyt. non poteſt allegari pro vaſſallis venditis à Barone.*

51 *Lex 2. C. de patr. qui filios diſtraxer. nõ procedit in vaſſallis.*

52 *Seruus, nec fiſcus pro eo, offerendo pretium domino poteſt conſequi libertatem.*

53 *L. 1. C. de com. ſeru. manumiſſ. non bene alleg. pro vaſſallis.*

54 *§. Dominus Inſtit. de noxalib. declaratur & num. 55. & 56.*

57 *Conſuetudo correptoria non extenditur de loco ad locum vel de caſu ad caſum.*

58 *Faber d. §. dominus declaratur.*

59 *Datio inſolutum in multis differt à vẽditione, reprobatur nu. 60.*

62 *Naſi Caſus oſtenditur diuerſus.*

63 *Vaſſalli Baronales de cõſuetudine Neapolis infra annũ admittuntur ad prælationem facto depoſito pretij.*

64 *Reſtitutio in integrum non datur elapſo anno & nu. 64.*

66 *Renunciatio iurium non præſumitur & fit ſtricta interpretatio.*

67 *Proteſtatio conſeruat iura proteſtantie illeſa.*

69 *Franſciſcus Seſe, deciſ. Aragoniæ 36. declaratur.*

70 *Baro ſæuiens in vaſſallos priuatur feudo, & quando ſecus nu. ſeqq.*

71 *Vitium litigioſi afficit ſucceſſorem. Fallit num. 4. 5.*

72 *Baro non priuatur feudo ſi non procedit trina monitio.*

73 *Morte delinquentis finitur delictum.*

74 *Vaſſallis in Regno ob ſæuitia Baronis eſt prouiſum ſuper Cap. Regni.*

75 *Vaſſalli delictum non nocet vocatis in ſucceſſione feudi antiqui.*

76 *Dominus nimis ſæuiens in ſeruum cogitur illum vendere.*

ALLEGATIONES

PRO

Illuſtriſs. Donna Aloyſia Maſtrilli Marchioniſſa Tortoreti;

CONTRA

Sindacum eiuſdem Terræ, & Regium Fiſcum cum eo aſsiſtentem.

1 MARCHIONATVS Tortoreti in anno 1597. reperiebatur adeò ære alieno grauatus, quòd D. Federicus Moncata tũc Baro pro ſatisfaciendis creditoribus fuit aſtri-

Digitized by Google

aſtrictus illum vendere Donnę Aloyſiæ Maſtrilli nũc Marchioniſſe pretio vnc. 12000. Et licet D. Marchioniſſa conſequuta fuiſſet poſſeſſionem Marchionatus ex clauſulis ſolitis conſtitui in inſtrumẽto venditionis publicato 7. Otrobris illius anni. tamen 27. eiuſdem menſis per Procuratorem ſpecialem cepit poſſeſſionem dicti Marchionatus per actus extrinſecos reales publicos, & notorios, &c. preciſè officiales remouendo, & de nouo creando publica banna promulgari faciendo, vaſallos expellendo, & acceptando, & alijs modis in inſtrumento poſſeſſionis contentis. Deinde 11. mẽſis Nouembris eadem D. Marchioniſſa miſit in Gubernatorem dictæ Terræ D. Hieronymum Maſtrillum eius filium primogenitũ, qui fuit receptus à vaſſallis obuiantibus in itinere cum feſto, & ſignis notorijs lætitiæ noui Domini, & Gubernatoris, ac etiam maxima copia tormẽtorum ignis, ac tota Militia dictæ Terræ, vt vbiq. moris eſt in aduentu noui Domini. Quiquidem D. Hieronymus vti Gobernator etiam banna promulgauit, officiales de nouo creauit, & alia multa occurrentia geſſit. In menſe verò Iunij vaſſalli creauerunt Syndacum ad finem petẽdi Regium Demanium. Et per annos ſeptem vacauerunt perquirendo pecunias pro faciendo depoſito, & ſuper varijs, & diuerſis prouiſionibus obtentis ab Excellentia Sua, & Trib. Reg. Patrimonij ſuper confirmatione, & ſigillatione colloquij per eos detenti pro imponendis quamplurimis nouis gabellis, ex quibus potuiſſent colligere pretium. Et agnoſcens D. Marchioniſſa quod ex hoc maximum inferebatur damnum vaſſallis, ſupplicauit Excellentiſſ. Proregi quod (pro indemnitate vaſſallorum, & pro euitandis tot expẽſis, quibus in dies vniuerſitas vexabatur ad inſtigationem aliquorum proteruorum Ciuium) erat contenta remictere tantum, & dumtaxat exceptionem nõ facti depoſiti, ſaluis tamen omnibus alijs quibuſcunq. iuribus, & exceptionibus, & quomodolibet competentibus. Petijt etiam eiſdẽ rationibus, quòd huiuſmodi prætenſio terminaretur infra breue ſpatium. Et fuit ab Exc. S. huiuſmodi oblatio acceptata. Syndaci verò totis viribus affectauerũt reuocationem huius oblationis, & prouiſionis; cùm tamẽ debuiſſent pro huiuſmodi oblatione, Dominæ Marchioniſſæ perpetuas gratias agere. Ob quod ab E. S. fuit prefixum ſemeſtre, infra quod cauſa expediatur non facto depoſito ſtante dicta oblatione. Coacti ergo Syndaci 6. Maij 1606. miſerunt ſcripturas ad effectum inſimul cum Regio Fiſco aſſiſtẽte, petiendo reductionem ad Regium Demanium.

2 Et licet pro D. Marchioniſſa ſit caſus manifeſtę victoriæ ex his quæ pleniſſimè, & doctiſſimè ſuper hoc reſpondidit, & libenter typis excuſſum poſt primam partem eius deciſionum omnibus obtulit Dominus D. Garſias Maſtrillus eius filius V. I. Conſultus, & Regius Conſiliarius meritiſſimus. Adeo vt nõ ſolũ mihi, ſed nec tot famoſiſſimis Italię, & Hyſpaniarũ Iuriſcõſultis ſubſcribẽtibus vllus colligẽdi racemus remãſerit, & tutiſſime D. Marchioniſſa meas ĩ voce, & ĩ ſcriptis Allegationes prætermittere potuiſſet. Tamen ne ex taciturnitate eorum, quæ ex aduerſo fuerunt deducta, aliqua etiam leuis ſuſpicio oriri poſſit. Breuiter aliqua in facto, & in iure attingam, ex quibus ſole clarius iuſtitia D. Marchioniſſæ elucebit.

Fiſcus Regius ex tribus capitibus intendit huiuſmodi Marchionatum efficere demanialem.

Primo iure prælationis competen-

omnes ex lapſu temporis dicunt ceſſare priuilegium, ius, vel actionem, quæ in tempore competere poterat. Et in caſu noſtro non ſolum prælatio *ex dictis* §. *porrò*, *&* *Capit. Regni.* 28. erat infra annum, ſeu menſem petenda, & pretium offerendum, ſed etiam expreſſe elapſo termino actio prohibetur, & ſic adeſt legis prohibitio non ſolum tacita ex lapſu temporis, ſed etiam expreſſa.

8 Secundo principaliter excluditur Fiſcus ex eo quod ex diſpoſitione dicti Cap. Regni vnum de duobus Rex ſibi reſeruauit alternatiue, & electiue videlicet vel ſoluto pretio infra menſem eligere prælationem, vel prætermiſſa prælatione exigere decimam partem pretij. Poſtquam ergo poſt menſem Rex exegit decimam, ceſſat omnino facultas præferendi, quia electione vnius alterum tollitur, nec ſimul poteſt peti prælatio, & exigi decima ſiue laudemium, quinimo electa decima facultas præferendi fuit conſumpta, ſunt plures *text.* quos refert *Dominus Conſulens nume.* 72. *&* 80. vbi etiam allegat *gloſſ. Pariſienſ.* ſequitur *Collegium Bononienſe in ſubſcriptione d. conſ. num.* 85. qui allegat *Aroſentall. de feud. cap.* 9. *concluſ.* 91. *ſub num.* 15. quibus in puncto addo *Tiraquell. de retract. connext.* §. 24. *gloſ.* 1. *num.* 11. *Franc. Solſon. de Laudem. par.* 3. *princ. num.* 50. *verſic. & dicit Andreas*, qui etiam allegat *Mazoner. in titu. de retract. verſ. item ſi ille Io. Beſſian. in conſuet. Aluern. titu. de retract. art.* 7. *Roland. in tract. notular. rubr. de contractib. Maurus Burg. de Laudem. part.* 1. *in ſpect.* 4. *nume.* 52. *&* 53. *poſt Bald.*
9 *conſil.* 412. *in fin. lib.* 1. qui quidem *DD.* non ſolum hoc admittunt quando decima, ſiue laudemium eſt realiter exactum, ſed idem dicunt procedere ſi ſuper ſolutione decimæ ſit facta tranſactio, vel de ea ſit habita fides, vel facta petitio. Adeo quod amplius non admittunt pęnitentiam electionis ſemel factę. Fortius ergo, & indubitanter in caſu noſtro procedũt poſtquam decima non ſolum fuit pro parte remiſſa, & pro duabus partibus data dilatio ad ſoluendum, (prout in Regno Proreges facere ſolent, vt teſtatur *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.* 6. *quæſt.* 16. *tit. de iur. decim. num.* 29.) Sed qđ plus eſt plures anni ſunt quod decima fuit effectiuè ſoluta, & imburſata per Fiſcũ adeo vt nihil amplius in hoc ſuperſit agendum.

Non obſtat quod ex aduerſo dicebatur notitiam huiuſmodi vẽditionis non fuiſſe traditã Regi, ſed eius Officialibus, & quod ex *d. c. Regni volẽtes*, videtur debere dari notitia perſonę Regis ex illis verbis ibi (*infra menſem à die quo ad noſtram Maieſtatem,*) *&c.* prout fertur tenuiſſe Chiccum ſuper *d. capit.* nam pluribus modis reſpondetur.

10 Primò attenta concluſione iuris cõmunis, quia ſufficit notitiam fuiſſe traditam Proregi, & alijs Officialibus Patrimonialib⁹ huiuſmodi negotijs deputatis, vt poſt *Bartol. Loffred. Bald. Crauett. & alios* tradit *Pereg. de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 26. *quos* ſequitur & refert *Dominus Conſulens, num.* 74. *Io. Bapt. à Coſt. de facti ſcien. & ignor. inſpect.* 72. *n.* 10. *vſq; ad fi. tom.* 1. *& in ſubſcriptione ad Cõſil. Dominus Cõſul. ĩ fi.* quibus addo *Burſatt. Couar. Bero. Anchar. Rimin. & alios quos* ſequitur *Surd. dec.* 4. *nu.* 6. vbi de cõmuni teſtatur poſt *Rot. dec.* 600. *nu.* 5. *in* 1. *p. in nouiſſimis.* Vbi de ſcientia Gubernatoris Camerę Apoſtolicę quod ei noceat, quia ęquiparatur Pręſidi.

Secundò reſpõdetur etiam doctrinis indiuidualibus, nam Prorex in huiuſmodi materia aſſentiẽdi alienationibus feudorum eamdem poteſtatem habet, prout ipſemet Rex, & poteſt &

ſolet

ſolet huiuſmodi aſſenſum quatenus
11 opus eſt præſtare, ita in puncto poſt *Iſerniam, Afflict. Præpoſitum, Martin. Laudenſ.* tradit *Cannet. d. cap. volentes, fol.* 207. *Apont. conſil.* 1. *num.* 2. *&* 46. *D. Conſulen. num.* 76. quibus in terminis, addo etiam de *Noſtratibus Milan. deciſio.* 8. *num.* 56. *&* 72. *& ſequ. lib.* 1. *Nicol. Intrigl. de feud. centur.* 2. *art.* 6. *num.* 87. *qui alleg. Capio. Pariſ. Aroſentall. & Pern. conſ.* 3. *ſub num.* 3. *qui quidem Cannet. Milan. Intrigl.* & prædicti animaduertunt, quòd licet Prorex haberet (prout non habet) prohibitionem expreſſam alienandi, tamen poteſt conſentire alienationi feudi factæ à feudatario, & prælationem remittere, quia non dicitur verè alienare poſtquam feudum eſt iam alienatum, & non eſt penes Regem, ſed penes alium, & per conſequens agitur de remittendo tãtum modo ius quærendum non aũt ius quæſitum. Quod
12 ea ratione procedit, quia ampliſſima eſt poteſtas Proregis in Regno, & de ea nunquam fuit diſputatum, neque dubitatum. Gerit enim in Regno vices Regis, & poteſt omnia facere, quę ſpecialiter, & pſonaliter ipſemet Rex facere poteſt, vt idem *Milan.* tradit *d. num.* 56. 72. *& ſeq. Cannet. d. fol.* 207. *& fol.* 200. *verſ. quid ſi Princeps, vel Prorex num.* 1. *poſt Bal. conſil.* 262. *lib.* 2. *Cuman. conſil.* 153. *&* 162. *& alij multi per Dominum de Xibecca in conſil. edito pro Regia iuriſdictione nume.* 81. *Apont. d. conſ.* 1. *num.* 2. *& ſeq. & num.* 46. *cum ſimilib.* adeo ꝙ dicunt prędicti *Apont. Milan. & alij*, vaſſalli non tenentur perquirere Regem abſentem à Regno, ſed ſufficit cum Regis Vicario omnia agere etiam ea, quæ requirunt ſpeciale mãdatum, & quod aliter Rex relinquendo Vicarium, diceretur decipere ſubditos, & alia multa per eos quæ ſerio prętermitto, hinc idem Milaneſ. *d. nu.* 56. *&* 72. *& ſeq.* oſtendit Proreges in Regno non ſolum poſſe, & ſolere prædicta facere, ſed etiam ſolere dare formam feudis, & feuda cõcedere, & priuilegia facere, & *Petr. de Greg. d. par.* 8. *quæſt.* 16. *titu. de decim. nu.* 29. dicit quod Proreges ſolent, & poſſunt remittere tertiam partem decimę competẽtis Regi, & pro reliquis duabus tertijs partibus concedere dilationem menſium ſex, & aliquando anni. Sicut etiam videmus quotidie Proreges diſpenſare ſuper diſparitate perſonarum requiſita *ex d. cap. volentes*. Et ideo quicquid dixiſſe prętendatur Chircus, contrarium eſt omnino dicẽdum, prout omnes etiam Noſtrates contrariũ tenent ex prædictis, quibus in terminis terminantibus videlicet quod ſola ſciẽtia Proregis ſufficiat, vt elapſo menſe Rex non poſſit amplius vti iure pręlationis, afferũtur grauiſſimi viri videlicet *Io. Aloyſ. de Septimo ſuper dict. cap. volentes*, qui refert ita in practica ſeruari, & ſequitur *Ferdin. Bongior. ibidem* quorum quilibet ſufficeret ad victoriam, quos ẽt memorauit *Dominus Conſulens nu.* 75. & hoc vt omnis penitus tollatur difficultas.

Tertio reſpondetur quod tex. non dicit, *maieſtati noſtra*, ſed, *ad noſtram notitiam*, & ſic non perſonaliter.

Quarto debet intelligi ciuiliter nõ naturaliter *Bald. l.* 1. *C. de fruct. & lit. expenſ.* Quinto Fiſcus poterat petere pręlationẽ ergo potuit ei denuntiari.

Nec obſtat, quod aduerſus lapſum mẽſis, vel anni datur Principi in integrum reſtitutio ex traditis per *Odd. Sfort. de in integrum reſt. quæſt.* 3. *& art.* 13. *&* 14. Nam vt ſupra animaduerti *in d. cap. volentes*, elapſo menſe promiſit ſecuritatem ementi feudũ videlicet, vt elapſo menſe venditio ſit valida, & firma, & nunquam per eius Curiam, ſiue Fiſcum in poſterũ infringenda, & Curia ex ponitur pro Fiſco

Fiſco *Benedel. in conſt. Sancimus, §. fi. nume.* 19. Qua ſecuritate conceſſa à Rege aduerſus prætēſionem prælationis, quam eius Curia proponere potuiſſet, dicitur ſublata reſtitutio in integrum, quia ſecuritas non eſt a lege promiſſa generaliter, ſed ſpecialiter aduerſus Fiſcum, ſeu Curiam Regis volentem vti iure prælationis iuxta aurea diſtinct. *Odd. Sfort. de reſtit. in integr. lib. 1. quæſt. 15. art. 5. verſicu. ego interim.*

Secundo reſpondetur quod in caſu noſtro non ſolum adeſt lapſus mēſis, ſed etiam adeſt electio decimę nō tantum verbo, ſed etiam realiter exigendo, & per conſequens fruſtra reſtitueretur in tempore menſis elapſi, qa poſtquam fuit electa, & exacta decima, ceſſat omnino prælatio prętenſa, nec de ea amplius agi poteſt, *ex Bald. Tiraq. Solſon. Mozauer. Burg. & alijs vbi ſupra nu.* 8.

14 Non obſtat quod tandem dicebatur Regem, vel Proregem conſentiēdo alienationi feudi non ſibi parare præiudicium in iure prælationis ex traditis per *Cannet. ſuper capit. volentes verſic. quid enim ſi Principis fol.* 200. vbi ita refert deciſum in cauſa Baronis Petræ. Nam breuiter, & clare reſpondetur quòd *Cannetius* loquitur quando Prorex conſentit ante alienationē factam à Barone, & ſic antequam ſit ortum ius præferendi, quæ quidem licentia expreſſa dicit *Cannet.* quod operatur diſpenſationem ſuper diſparitate perſonarū. Item operat vt currat terminus mēſis Fiſco ad prēferendū, & ideo nō debet extendi circa ius redimendi, quod tempore conſenſus non erat ortum, nec competebat, ſed oritur de futuro ſequuta venditione, & per conſequens iuri de futuro non cenſetur Prorex renuntiaſſe, maxime quando conſenſus circa alia poteſt operari, ita expreſsè loquitur *Cannet. fol.* 201. *ſub n.* 17. *& ſeq. verſ. & in ſpecie de qua tractamus.* Quæ omnia non conueniunt in caſu noſtro, quia conſenſus, & exactio decimæ non præceſſerunt venditionem, ſed fuerūt ſubſequuta ſatis poſt venditionem. Et poſtquàm ius præferēdi erat iam ortum, quo caſu nō loquitur *Cannet.* Imò iſto caſu contrarium ſentit, quia eius fundamenta conſiſtūt, quod ius prēferendi non erat ortum tempore conſenſus.

Secundo reſpondetur quod in caſu noſtro non diſputatur ſi ſufficiat ſolus conſenſus circa alienationem feudi, ante, vel poſt contractum, ſed in caſu noſtro facta iam venditione interuenit electio exigendi decimam, Remiſſio tertiæ partis decimæ, Dilatio aliarum duarum tertiarum partium, & tandem effectiua, & realis exactio, ex quibus non poteſt dubitari non ſolum quod dicatur alienatio confirmata, & approbata, ſed etiam quod Prorex non cenſeatur prætermiſiſſe prælationem, & elegiſſe decimam, & ſic vnum de duobus alternatiuę, & electiuę competentibus, *ex d. capitu. volentes, vt ſupra* late, deduxi *nume.* 5. *& ſequ.*

Tertio reſpondetur quod *Cannet.* ſupponit Fiſcum veniſſe infra mēſem à die licentię, quia cum de vno diſputatur cętera prēſumuntur habilia *ex l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iud.* & ita ipſe *Cannet.* dicit *ſub nu.* 17. quod hæc licentia, ſiue conſenſus expreſſus antę venditionem operatur vt currat termi nus Fiſco ad redimendum, & allegat *Peru. & Blaſc. ſuper eodem cap.* & per conſequens ſupponit durante termino Fiſcum agiſſe, quod nō eſt in caſu noſtro, quia non ſolū eſt elapſus menſis, ſed ſunt elapſi tot anni poſt exactam decimam.

15 Quarto reſpondetur quod in caſu *Cannet.* contrarium tenuit *Afflict. in cap.*

cap. 1. nume. 84. & qualiter feudum olim. alien. pot. & alij multi quos ſequitur *Corbol. de cauſ. priuat. ob alien. ampliat. 2. à num. 4. vſque ad finem*, adeo ſi eſſemus in caſu *Cannet.* vtique eius dictum non eſſet recipiendum.

Concluditur ergo quod Fiſcus nõ poteſt obtinere ex capite prælationis. Primo quia eſt elapſus menſis, & plures anni. Secundo quia Protex elegit, & effectiuę exegit decimam iuxta diſpoſitionem *dicti capit. volentes.*

26 Aggredior nunc ſecundum caput principale etiam ex parte Fiſci, ex quo prætendit reducere huiuſmodi Marchionatũ ad Regiũ Demaniũ videlicet *ex Pragm. Regis Alphonſi* de anno 1449. per quam diſponitur quod ſoluto pretio poſſeſſori Fiſcus põt quæcumque bona, vel caſtra Regij Demanij ad Demanium reuocare, & aggregare. Huic capiti multis modis reſpõdidit *Dominus Conſulens nume.* 57. & præciſe quod huiuſmodi *Pragmatica* non oſtenditur vſu recepta, quinimò prætermiſſa, & non inſerta in volumine *Pragmaticarum*. Ego tamen aſſumo pũctum in facto, qui eſt clauis iſtius capitis Fiſci, & totius cauſę videlicet in videndo ſi Terra Tortoreti vnquam legitime fuit de Regio Demanio. Et conſtanter reſpondeo quòd nunquam Terra prædicta fuit de Regio Demanio, & per cõſequens nullo modo poteſt tractari de reducendo eam ad Demanium, vel de reponendo eam in priſtinũ ſtatum Demanialem, poſtq̃ non oſtenditur fuiſſe de Demanio, quinimò totum contrarium apparet, & per conſequens ceſſat *Regia Pragmatica*, quę tantum loquitur de bonis Demanialibus.

Demanium ex tribas prætenditur probari. Primo ex eo qđ hmõdi Marchionatus fuerit a poſſe Baronis confiſcata, & ad Regem Federicum deuoluta.

Secundo ex priuilegio Demanij conceſſo per eundem Regem Federicum hominibus Tortoreti.

Tertio ex eo quod huiuſmodi Baronia apparet ab initio fuiſſe conceſſa ab Imperatore Fiderico in anno 1231. Guidoni Pullicino, primo acquiſitori proauo Ioannis Pullicinio, à cuius poſſe prætenditur confiſcata per Regem Fidericum.

Et quoad primũ caput pretenſi Demanij, ex eo qđ Marchionat⁹ de quo agitur fuerit confiſcatus, & deuolutus ad Regem Federicũ, reſpondetur primo quod pretenſa confiſcatio, vel reuocatio non oſtenditur, & quilibet tenetur probare fundamẽtum ſuę intentionis plenè, & concludetur ſiue ſit actor, ſiue reus, *Maſcard. concluſ. 68 5. cum vulg.* & ſic non ſufficit dicere, ſed probare neceſſe eſt.

Nec obſtãt verba enũciatiua emiſſa in permutatione facta per Fidericum Regẽ in anno 1371. cum Vinciguerra de Aragonia eius conſanguineo, in qua dum Rex recipit à Vinciguerra Terram Noarię, & in eſcambium tradit Terram Tortoreti facit mentionẽ, quod Terra Tortoreti fuerat reuocata ad Fiſcum ex iuſta, & rationabili cauſa. Nam eſt aduertẽdum quod cauſa in ſpecie nõ eſt expreſſa, & ideo Lucas Barberi in eius capi breuio, ſiue hiſtoria dicit non potuiſſe inuenire cauſam ob quam Terra Tortoreti fuerit penes Regem Fidericum deuolu-
17 ta. Et quicquid ſit clariſſima eſt iuris cõcluſio, quod huiuſmodi verba enũtiatiua, & aſſertiua etiam à Rege prolata non probant in præiudicium tertij, maximè quod non ſunt prolata per modum cauſæ. Ita poſt infinitos tradunt *Fab. de Ann. conſil. 44. num. 23. 24. 25. 26. vſque ad num. 50. & cõſ. 59. num. 39. 41. 42. & cõſil. 66.*

num.

*num.*13. *cum pluribus ſeq. libr.* 1. *Bolognet.cõſ.*1.*nu.*209.*& cõſ.*2.*nu.*44.45. *& conſ.*3.*n.*71.72.*& ſeq.* Et maxime qñ principaliter diſputatur de enũtiato *ex Anna,& alijs* ſupra relatis.

Quinimo præſumuntur verba partis appoſita ab impetrãte, adeo vt nõ operentur niſi aliũde doceatur de eorum veritate, vt ex *Bolognet. d. conſ.*3. *nu.*72.*& ſeq.*

18 Et in puncto quod non credatur nõ ſolũ verbis enuntiatiuis, ſed nec aſſertioni, vel verbis affirmatiuis Regis de veritate confiſcationis, vel rebellionis aduerſus feudatariũ, ex eo quod alias Rex teſtificaret in cã propria ad propriã vtilitatẽ cum maximo prӕiudicio feudatarij, ſed qđ delictũ, & cõfiſcatio debeant legitime probari, & oſtendi latiſſime poſt *Fely. Dec. Bal. Roma. Soc. Decia. Gigan. Rebuf. et alios* de commu ni teſtatur *Maſcard. concl.*125. *num.*5. 6.*&* 7. *Apont. conſ.*60.*nu.*6.7.*& ſeqq. cum ibi allegatis*, qui in hoc puncto loquũtur. Quibꝰ addo nouiſſime *Scrad. de feud. in* 2.*p.*9.*par. ſect.*13.*per tot. lib.* 1. vbi exactiſſime omnia tradit *Farinac.q.*63.*num.*174.

19 Secundo reſpondetur, quod dato ꝙ oſtenderetur veritas cõfiſcationis, vel deuolutionis huius Baronię ad Regẽ, quæ omnino negantur, tamen nõ ſequitur ex hoc quod fuerit effecta de Demanio, vel mẽſa Regis, ſed ſolũ ſequeretur, quod peruenerit in dominio Regis, quod ſatis differt à Demanio Regis, vt infra oſtendam *nu.*13. Quia vltra deuolutionem, & reuocationem pęnes Regẽ requiritur expreſſa declaratio, & incorporatio cum alijs bonis Demanialibus Regis, alias Rex poteſt bona deuoluta, vel confiſcata alteri concedere. Ita tam in Prælato, quàm in Rege in terminis poſt *Bart. Angel. Zab. Abb. Barb. Anch. Menoch. Rim. iun. Capic. Crauet. glo. Pariſienſ. & Rebuff.* tradit *Fab. de Ann. conſil.*44. *num.* 50. 52. 53. Nec contr. tenent. *Andreas de Georg. alleg.*15. *num.*5. *Camill. de Curt. in diuerſ. feud. fol.* 15. *nume.* 54. quinimo expreſſe requirunt, vel quod res ad Regem deuoluta expreſſe aggregetur alijs bonis Demanialibus, vel quod tacite ſpatio 30. annorum detineatur cum alijs bonis Demanialibus, alias vti res ſolita concedi poteſt de nouo alteri concedi, & hoc non ſolum per Prælatum, vel Regem reuocantem, ſed per eius ſucceſſorem ſi prædeceſſor acquirens alteri non conceſſit.

20 Tertio reſpondetur, quod huiuſmodi prætenſa confiſcatio, ſeu reuocatio quatenus de facto proceſſiſſet, non habuit iuris effectum, nec durauit, ſed fuit reſoluta reuocata, & extincta, & ſic cauſa fuit reducta ad non cauſam, & titulus ad non titulũ, quia fuit declaratum Baroniam prædictam indebite, & non legitime fuiſſe ablatam à poſſe Ioannis Pullicino Baronis, & ideo fuit conceſſa, & reſtituta Rogerio Pullicino filio Ioannis, vti ad eum ſpectantem, & fuerunt expreſſe cancellatę, & reuocatę omnes, & quæcumque conceſſiones interim factæ tàm dicto Vinciguerræ, quàm Bartholomeo filio, vti factæ in manifeſtum præiudicium ipſius Rogerij Pullicino. reuocata ergo & annullata confiſcatione, & reſtituta Baronia in eius præſtinum ſtatum, & ſic in familia illorũ de Pullicino omnia medio tẽpore facta nullius ſunt momenti, & ſolo iuris miniſterio corruerunt, ac etiam facto Iudicis expreſſo, ac ſi nunquã facta fuiſſent, adeo quod in ſimili caſu ſoleat res reſtitui vna cũ fructibus, *Roman. conſil.* 454. *Natt. conſil.* 535. *Oſaſch. deciſio.* 160. *Surd. dec.*45. *cum alijs vulg. per eumdem dec.* 163.*nu.*12.13.14.15.*&* 16.

In facto enim apparet quod prędicta permutatio (in qua verbis generali-

ralibus aſſeritur reuocatio Baroniæ) ad Fiſcum fuit in anno 1371. ſed è cōtra in anno 1375. oſtenditur priuilegium, per quod idem Ioannes Pullicino indebite ſpoliatus cōparuit coram eodem Rege Fiderico vti Dominus, & Baro Tortoreti, & fuit conqueſtus, quod eius Baronia Tortoreti iniuſte detinebatur à Vinciguerra de Aragonia conſanguineo Regis, & vti grauatus à Rege petijt ſubſidium, dum non recuperat prædictã eius Baroniam. Cui Rex Federicus conceſſit duo feuda in Terra Aſari, dum ipſe de Pullicino ex penuria temporum de facili nō recuperabit Terram Tortoreti a poſſe dicti Vinciguerræ Regis conſanguinei, & in huiuſmodi priuilegio Rex Federicus vocat Ioannē de Pullicino dominũ, & Baronem Tortoreti, ac etiam familiarem, & fidelem ſuum.

Adeo quod ex hoc ſolo priuilegio ſubſequenti facto ab eodem Rege Fiderico tollitur illa leuis præſumptio, quæ poſſet oriri ex illa aſſertione, ſeu enuntiatione confiſcationis, & reuocationis Baronis enuntiatæ in dicta perinuratione, quia vna præſumptio tollit aliam, & præſumptio cędit veritati, & inter præſumptiones datur gradus, vt per *Neuiz. conſ. 81. nume. 24. cum vulg.* Poſtquam idem Rex vocat eumdem de Pullicino Dominum, & Baronem Tortoreti. Item dicit eſſe familiarem, & fidelem noſtrum. Et ſic eſcludit commiſiſſe delictum dignum confiſcatione, vel eſſe ſub indignatione Regis, ſed in gratia Regis, & ſic non Rebellem. Item dum Baroniam non recuperat a poſſe Vinciguerræ aſſignat alia duo feuda forte ſentiens ſe deceptum, ex aſſertatione Vincig. & ideo in foro cōſciētię teneri ad recompēſationem, dum interim Baronia non recuperatur a poſſe dicti Vinciguerræ, cum quo idem Rex permutationem fecerat.

Euenit deinde mors Ioannis Pullicino Baronis indebite ſpoliati, relicto Rogerio Pullicino eius filio, ſequuta etiã fuit mors Federici Regis, cui ſucceſſit Rex Martinus. Mortuus etiam fuit Vinciguerra, cui ſucceſſit Bartholomæus filius, & quia Bartholomæus, commiſit Rebellionem aduerſus Regem Martinum, ideo Baronia a poſſe Bartholomęi fuit capta per Regem Martinũ. At Rogeri⁹ Pullicino agnoſcens Baroniam ad eum ſpectare, & indebite fuiſſe ablatam a poſſe Ioannis Pullicino eius patris ſe direxit in hac M.R.C. ſuper recuperatione Baroniæ, vti ad eum ſpectantis, & actitato proceſſu Rex Martinus agnoſcens Dominum Ioannem Pullicino fuiſſe indebite ſpoliatum dicta Baronia, & Baroniam ſpectare ad dictum Rogerium filiũ dicti Ioannis indebite ſpoliati, & hoc tàm ex dicto proceſſu facto in M. R. C. quàm ex prima cōceſſione Baronię de anno 1231, & ex ſubſequētibus inueſtituris, & renouationibus (Reſtitutis tamen bonis a Rege receptis) conceſſit huiuſmodi Baroniam dicto Rogerio, caſſando, & annullando penitus omnes cōceſſiones factas tam Vinciguerræ, quàm Bartholomęo de Aragona affirmãs fuiſſe factas in præiudicium manifeſtum ipſius Rogerij, vt hęc omnia oſtendūtur ex priuilegio Regis Martini facto in anno 1398. Et ſic Baronia ex primeuo, & antiquo iure fuit reuerſa, & reſtituta in eius primeuum, & antiquum ſtatum Baronię, & in familia Pullicinorum Baronum dictę Terrę, & omnia medio tempore geſta fuerũt iuris miniſterio, & à Martino Rege expreſſe reuocata, & annullata quatenus de facto pręceſſerũt, & per cōſequens vt ſupra dixi cauſa fuit reducta ad nō cauſam, & titulus ad non titulum, & acta medio tēpore geſta nullius ſunt

mo-

momenti, & vti actus nulli nullum operantur effectum, quinimo vti nulli non merentur nomen actorum, & habentur pro non factis latiſſime *Sūrd. deciſ.5. & deciſ.51. cum ibi alleg.*

21 Nec obſtat quod Martinus Rex vſus fuerit verbo, *de nouo concedimus* Ex quibus verbis prætenditur feudum fuiſſe reuerſum ex noua conceſſione vti nouum feudum, non autem vti antiquum ex traditis *per Iſer. & omnes in cap. 1. de Vaſſall. decrepit. ætat. Vincen. de Ann. in repetit. d. titul. num. 116. cum plur. ſeqq. Scrader. de feud. par. 2. cap. 3. nu. 41. & ſeq. Cānet. cap. Volentes fol. 118.*

Primo Reſpōdetur talem quæſtionem non cadere in feudo, de quo agitur, quia poſtquam agimus de feudo non ſolum antiquo, & paterno, ſed recepto cum expreſſa clauſula iuris francorum ex prima conceſſione Imperatoris Fiderici 1231. vtique delictum patris, ex quo poterat Baro feudo priuari (quod tamen omnino negatur) non poteſt nocere filijs, nec agnatis vocatis ex prima conceſſione, & ſic reſtitutio feudi facienda filijs non poteſt conſiderari vti gratioſa vel noua conceſſio ex principis voluntate, & liberalitate, ſed vti neceſſaria reſtitutio filijs facienda, vti vocatis ex prima conceſſione poſt mortem patris, non obſtante patris delicto, qui delinquēdo filijs nocere nō potuit, ita omniū latiſſime tradit *Farinac. quaſt. 25. nu. 8. & 87.* qui mille refert, & de communi teſtatur, *Menoch. conſ. 815. num. 33. lib. 9. Euerard. iun. conſ. 4. nu. 42. lib. 2. Intrigl. de feud. centur. 2. art. 9. & ſequente.*

Secundo Reſpondetur nos eſſe extra terminos *DD. d. §. 1. de Vaſſall. decrepit. ætat.* quia ibi ſupponunt *DD.* pro coſtāti Baronem delictum commiſiſſe pœna confiſcationis dignum, & Principem ex gratia delictum remiſiſſe, feudumq́. reſtituiſſe, in quibus terminis diſtingunt, ſi Rex reſtituit feudum ante captam poſſeſſionē, vel poſt. Item ſi confiſcatio fuerit ipſo iure vel ex ſententia. Item ſi Princeps vſus fuit verbo, *Reſtituimus*, vel *de nouo concedimus*, vel *alijs verbis*, quibus fortè poſſit cognoſci ſi Princeps voluit, quod vaſſallus conſequatur feudum iure antiqui feudi, veluti nouum feudum, quod ea ratione procedit, quia eſt quæſtio voluntatis Principis feudum dimictentis, & per conſequens ponderanda ſunt verba Principis, vt conſtare poſſet de eius voluntate, quo caſu *DD.* dicunt etiam recurrendum eſſe ad coniecturas; At in caſu noſtro non agitur de conceſſione voluntaria ex liberalitate Principis, quia Princeps non concedit Rogerio ex liberalitate; nec remictit delictum aliquod commiſſum per Ioānem patrem Rogerij confiſcarionis pæna dignum; ſed feudum concedit Rogerio filio Io. aſſerens concedere, tum quia ad Rogerium ſpectat ex prima, & ſequentibus cōceſſionibus; tum ex eo, quod à poſſe Ioannis patris dicti Rogerij fuerit indebitè, & minus iuſtè ablatum; ergò ceſſant omnia diſcuſſa per *DD.* in conſiderando voluntatem Principis ſi voluit vti antiquum, vel nouum feudorum concedere; poſtquam Princeps concedit ex iuſtitia non ex gratia. Item reſtituit, quod indebitè ablatum fuit. Item concedit ex eo, quia ad concedentem declarat

22 pertinere; & ideò dicunt *DD.* quòd licet Princeps vtatur verbo *de nouo concedimus*; ſi tamen ex coniecturis apparet quòd voluit concedere ex primeuo iure, tunc cenſetur conceſſum vti feudum antiquum; licet adſint illa verba, *de nouo concedimus.* ità *Vincen. de Ann. vbi ſup. num. 190. cum ſeqq.* vbi allegat *Affiict. Mart. Landen. & Dec.*

Tertio in terminis allego *Dec.conſ.* 445.*col.2.verſ.circa primum num.*4. 5. 6. 7. vbi dicit quod non obſtantibus verbis, *de nouo concedimus*, ſi conceditur feudum ex eo quod ex ſucceſſione debetur dicitur antiquum, & non nouum, quia dicitur feudum antiquum quod ab anteceſſoribus fuit acquiſitum, vel quod a ſtypite procedit, & tandem concludit quod nec ſi vellet poſſet Rex feudum antiquum facere nouum in præiudicium ſucceſſorum, & ſi de facto facit non per hoc deſinit eſſe antiquum, ita concludit, *a nu.4.ad num.*7.& allegat *Bart. Bald. Alexand. & alios*, & preciſe in puncto allegat *Ardi.2.part.3.2.part.quaſt.* 144. *in fin. verſic. erit ſciendum* qui expreſſe hoc dicit.

Quarto in terminis allego *Schrade. de feud.par.2.cap.3. num.*50. vbi declarando, & limitãdo tradita per *DD. dicto capit. 1. de vaſſall. decrep. ætat.* dicit, quòd ſi vaſſallus fuit priuatus feudo de facto antequam ſuper fellonia fuiſſet lata ſententia; tunc licet Rex deinde in reſtitutione feudi vtatur clauſula de nouo concedimus, & feudatarius ita recipiat ſub pacto noui feudi; tamen feudum remanet vti antiquum, & ex antiquo titulo dicitur reſtitutũ; maximè reſpectu agnatorum non conſentientium etiam (dicit ipſe) in caſu, quo delictum vaſſalli noceret agnatis, allegat plures textus *Andr. & Afflict.in d.cap.*1. Poſtquam ergò in caſu noſtro nõ oſtenditur Baronem delictum aliquod perpetraſſe. Item declaratur a Rege Martino Baronem fuiſſe indebitè ſpoliatum, & Baroniam ſpectare ad Rogerium filium, vtique illam Rogerio concedendo dicitur illam ex primeuo iure reſtituere, non obſtantibus verbis *de nouo concedimus*; maximè reſpectu agnatorum, ſeù deſcendentium Rogerij.

Hinc *Farinat.d.quaſt.*25. *num.*79. poſt *DD.* relatos concludit, quòd nec ſufficit de delicto vaſſali conſtare per vaſſalli contumaciam vt præiudicetur agnatis; ſed debet conſtare per legitimas, & veras probationes delicti, & pariter *Apont. Maſcard. Schrader.* & infiniti *per eos, quos ſupra* retuli *nu.*18. concludunt, nec Regij aſſertionem, ſiuè teſtimonium ſufficere ad probandum cauſas confiſcationis; quia Rex agit de proprio commodo, & non poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, vt ibi per petitiones.

Ex quo ergò in caſu iſto non conſtat de aliquo delicto vaſſalli, nec per contumatiam, nec per legitimas probationes. Imò Martinus aſſerit Baronem indebitè fuiſſe ſpoliatum, vtique non poteſt tractari de alteratione feudi in præiuditium tam ſpoliati, quàm maximè filiorum, & agnatorum, quibus nullo iure prædicta in aliquo nocere poſſunt.

Vltimò eſt aduertendum, quòd Rex Martinus in dicto Priuilegio nõ tantùm vſus fuit dicta clauſula *de nouo concedimus*, ſed primo dicit quòd cogitur ſuis fidelibus reſtituere bona, quibus indebitè fuerũt ſpoliati; illaq. beneficio confirmationis validare. Secundò dicit Baroniam hanc fuiſſe indebitè occupatam à Vinciguerra de Aragona. Tertio dicit Rogerium filium Io. in prædicta Baronia ius habere, & ad eum ſpectare, & pertinere: tum ex proceſſu facto in M.R.C. tum ex prima conceſſione, & ſequentibus inueſtituris. Quartò quòd Ioannes pater Rogerij fuit indebitè ſpoliatus dicta Baronia per dictum de Aragona. Quinto dicit ex his Baroniam aſſignaſſe, & confirmaſſe dicto Rogerio. Sextò vt in futurũ hæc appareat, facit priuilegium Rogerio cum dictis verbis *de nouo concedimus*. Septimò caſſauit omnes cõceſſiones, & omnia

alia

alia per eum, & prædeceſſores factas
vti in manifeſtum præiuditium dicti
Rogerij, ſuorumque ſucceſſorum in
Baronia prædicta. Ex prædictis ergò
patet, quòd Rex hic tantum agit de
reſtitutione Baroniæ indebitè ablatæ
à poſſe Baronis, & hoc ex debito iu-
ſtitiæ non ex gratia, ſed per verbum
reſtituere. Item quia ad Rogerium
ſpectabat. Item per verbum *confir-
mamus, & aſſignamus*. Item tollendo
omnia interim geſta vti indebitè fa-
cta in præiuditium dicti Rogerij, &
ſucceſſorum. Illud ergò verbum *de
nouo concedimus*, refertur ad conceſ-
ſionem, & aſſignationem eidem Ro-
gerio iam factam, quaſi quòd vltra aſ
ſignationem per eũ factam, de nouo
iterum concedit. Item dicta verba re-
guntur, limitantur, & interpretantur
ex alijs præcedentibus verbis gemina-
tis, & ex cauſa, ex qua Rex deuenit ad
conceſſionem. Et ideò omnes *DD.
dicto capit. 1. de vaſſall. decrepit. ætat.
Ann. Dec. & prædicti* concludunt, qđ
quoties concurrunt verbum *Reſtituo*
cum verbo *de nouo concedimus*, tunc
verbum *de nouo* reſtringitur, & im-
propriatur, videlicet: *de nouo conce-
dimus antiquam formam*; ita forma-
liter dicit *Afflict. dict. cap. 1. num. 22.
ver. breuiter Ann. d. num. 189. & 193.*
qui refert *Mart. Laudenſ. Prapoſ. &
Afflict. Dec. d. conſ. 445. nume. 5. 6. 7.*
quos ſequutus eſt Dominus *Maſtrill.
de indul. cap. 20. ſub num. 38.* vbi refert
etiam ità tenere *Gloſ. Pariſienſ.* Quæ
omnia ſi procedunt quando Rex ex
gratia remittit delictum, & feudum
reſtituit ſub dictis verbis, fortius in ca
ſu noſtro procedunt, in quo Rex reſti-
tuit rem vti indebitè ablatam de iuſti-
tia, non ex gratia. ita *Sfort. de reſtit. in
integr. q. 94. nu. 18.*

Quo vero ad ſecundum caput præ-
tenſi Demanij ex priuilegio facto per
eundem Regem Fidericum etiam plu-
ribus modis reſpondetur.

Primo quod huiuſmodi priuilegiũ
non oſtenditur, ſed tantum de eo fit
mentio in fine dictæ permutationis
factę per Regẽ Fidericum cum Vin-
ciguerra de Aragona in anno 1371. &
per conſequẽs huiuſmodi verba enũ-
ciatiua non probant priuilegium De-
manij, ſed aliter priuilegium probari
debet, ex *Ann. Bologn. & alijs ſupra al-
leg. num. 17. & 18.*

Secundo reſpondetur, quod huiuſ-
modi priuilegium fuit expreſſe reuo-
catum, & annullatum ab eodem Re-
ge Fiderico.

Nam de huiuſmodi priuilegio ſo-
lũ enunciatiuè fit mentio quãdo Rex
Federicus huiuſmodi priuilegium re-
uocat ex cauſa permutationis prædi-
24 ctæ; nulli autem dubium eſt quin Rex
poſſit priuilegium ad nutum reuoca-
re, *Angel. in l. idem ſi verberatum, §. 1.
ff. de rei vendic.* vbi dicit quod contra-
rium tenentes mentiuntur, *Suarez. al-
leg. 9. num. 11. Curt. iun. conſil. 1. n. 24.*
qui de communi teſtatur *Felyn. c. quæ
in Eccleſiarum num. 51. de conſt. Panci-
rol. conſ. 119. num. 43. Bald. in l. qui ſe
patres, C. vnde liberi*, & infiniti quos
refert *Surd. conſ. 419. nu. 9. & 10. & lib.
3. cum alijs per Dominum Conſul. n. 55.*
Addo *Molin. de Hiſp. primog. lib. 1. c.
8. num. 30.* vbi quod poteſt reuocare
priuilegium maioratus a ſeipſo con-
ceſſum.

25 Et in puncto quod priuilegium De-
manij poſſit à Rege ad ſui libitum re-
uocari, tradit *Socy. conſil. 4. nu. 4. 5. &
7. & conſil. 58. nu. 4. 5. & ſeq. lib. 3. Ru-
beus Alexand. conſ. conſ. 96. nu. 4. Vinc.
de Ann. alleg. 50. num. 2. & 3.* vbi dicit
ita bis deciſum, *& alleg. 69. num. 10.
& alleg. 87. nume. 1. Capic. deciſ. 166.
Apont. conſ. 70. nu. 35.* vbi dicit, quod
ſacrilegium eſt diſputare ſi Princeps
poteſt reuocare priuilegiũ Demanij,
Add. ad conſuet. Neapolit. fol. 31. ſub

verſ.

verſ. magna eſt Principis poteſtas, vbi ita teſtatur fuiſſe deciſum in Collaterali conſilio, *Suarez. d. alleg. 9. in fin.* vbi etiam ita deciſum teſtatur *Burſa. conſil. 160. num. 86. 87. libr. 2. Lancel. Gall. conſil. 46. ſub num. 8. verſicu. hæc omnia*.

Solum enim eſt inter DD. controuerſia quando priuilegium eſt cõceſſum non ſubdito, vel quando eſt conceſſum mediante pecunia, vel ob ſeruitia, & ſic ex cauſa onerosa, vt ex *Surd. Socc. Ann. Capic. & alijs* videri poteſt, & tunc dato quod Rex regulariter non poſſit tale priuilegium ad ſui libitum, & nutum reuocare, tamen regula multis modis limitatur, videlicet quando reuocatio fit ex cauſa, prout in caſu noſtro, ex cauſa permutionis.

Item limitant DD. quando reuocatio fit de plenitudine poteſtatis, vt ex *Capic. Surd. & prædictis* videri poteſt. Caſus ergo noſter eſt indubitabilis, quia præſenſum priuilegiũ non oſtenditur. Item eſt conceſſum ſubditis. Item eſt reuocatum etiam de plenitudine poteſtatis, & ex cauſa. Adeo quod nulla poteſt remanere dubitatio, nec huiuſmodi reuocatio priuilegij ex aduerſo impugnari poteſt, poſtquam aduerſarij huiuſmodi ſcripturam reuocationis producẽdo pro fundamento intẽtionis dicuntur huiuſmodi ſcripturam, & omnia in eo contenta approbare, ex his quæ latiſſimè memorat *Maſcard. concluſ. 915. Menoch. præſumpt. 45. libr. 2. Apont. conſil. 75. in fine, Gratian. deciſio. 159. Sebaſt. Medic. deciſio. 16. num. 6. cum ibi allegat.*

Tertio reſpondetur, quod quatenus huiuſmodi priuilegium oſtenderetur, prout non oſtenditur. Item quatenus non fuiſſet expreſſe reuocatum, prout re vera fuit reuocatum, & pars aduerſa negare non põt, tamen huiuſmodi priuilegium factum à Rege Fiderico tempore quo ille Ioannes de Pullicino fuit indebitè ſpoliatus fuit etiam reſolutum, extinctum, & reuocatum, prout omnia alia acta fuerunt extincta, & annullata, ex eo quod Baronia ex primæuo, & antiquo iure fuit reſtituta in eius priſtinum ſtatum Rogerio Pollicino filio dicti Ioannis ſucceſſori in dicta Baronia, iuxta eius cõceſſiones, & inueſtituras, & per conſequens ſumus in caſu legis, *lex vectigali, ff. quib. mod. pignor. vel hyp. ſol.* quia reſoluto iure Regis concedentis priuilegium, fuit reſolutum ius recipientis.

Tertium, & vltimum caput prætẽſi Demanij ab vltimo ex tribus allegãtibus deductũ ſub nudo prætextu quod huiuſmodi Baronia fuit conceſſa ab Imperatore Fiderico in anno 1231. Ergo ante conceſſionem erat in demanio Imperatoris Federici, & qd habentes ius & cauſã à Rege nõ poſſunt referre Regi quæſtionẽ dominij *ex l. ſi quis conductionis, C. loc. cum ſimil.* Certe ſi dominus aduocatus, qui ex aduerſo hoc allegauit non eſſet de ſenioribus cauſarũ patronis M. R. C. liceret mihi dicere quod hoc euenit, ex errore terminorum, quia hac ratione attenta poſſet Fiſcus omnia feuda Regni dicere; & concludere quod eſſent demanialia, & vti demanialia vigore prag. reuocare, quia quilibet feudatarius reconoſcit feudum à Rege, nec poteſt Regi referre quæſtionem dominij, quinimo ratione huius dominij in alienatione ſoluit decimam Regi. Item hac ratione attẽta inutilis fuit labor ſumptus in declaratione facta per Regem Martinum cum interuentu duodecim perſonarum qui declarauerunt quæ caſtra, & quæ feuda ſunt de Regio Demanio, & quæ de Baronia, poſtquam iſta ratione attẽta omnia potuiſſẽt dici de Demanio.

Sed

Sed ne tantum videar reſpondere al-
legando inconuenientia, vel abſurda
(licet iudicio meo deberent ſufficere)
Ideo punctualiter reſpondendo dico
quod triuialis eſt differentia inter bo-
26 na quæ ſunt in dominio Regis, & bo-
na quę ſunt in Demanio Regis, prout
huiuſmodi differentiam tradit *Andr.
de Iſern. cap. 1. §. nec Dominus num. 49.
de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi ani-
maduertit, quod licet valeat conſe-
quentia, videlicet quicquid eſt in
Demanio Regis eſt etiam in Domi-
nio Regis, non tamen valet è contra,
videlicet quicquid eſt in dominio Re
gis, eſt in eius Demanio. Et ideo di-
cit quod illa quæ quotidie in Fiſcum
incidunt ex multis cauſis dicuntur eſ-
ſe in Dominio Regis, ſed non in De-
manio.

27 *Et num.* 48. declarando, quæ ſint
Demania in Regno Siciliæ, dicit qđ
ſunt Ciuitates, Caſtra, & alia bona re-
tempta per antiquos Reges in pote-
ſtate, & Dominio ſuo alijs non con-
ceſſa, nec donata. Huiuſmodi etiam
doctrinam ſequitur *Soc. ſen. conſ. 4. nu-
me. 16. & 20. libr. 3. & de Noſtratibus
Peru. conſ. 5. nume. 7. optime Petr. de
Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. quæſt. 5.
num. 1. & 2.* vbi dicit, quod Regnum
conſiſtit in triplici genere bonorum,
videlicet. Quædam ſunt Eccleſiaſti-
ca. Quædam feudalia. Quædam verò
Demanialia.

Ex quibus, dicit, conficiuntur tria
Brachia, videlicet Brachium Pręlato-
rum, Militare, & Demaniale, & citat
prędictam declarationem *Iſern. Pern.
& Soc.* Citat etiam declarationem
Reg. Martin. cap. 1. & 2. & poſt *Petr. de
Greg.* ſequuntur alij citati in erudita
additione ad eum nu. 2. quibus addo
quæ ſupra num. 19. Et ideo quod feu-
da non ſint de menſa dicit expreſſe
*Iſern. in cap. 1. verſ. quæ ſunt de menſa
in tit. Epiſcop. vel Abb. qui alleg. Innoc.
in cap. vt ſupra, de reb. Eccleſ. non alien.*
Et ex hac differentia bonorum dema-
nialium, & feudalium, ſeu Baronia-
lium fuerunt orta, & condita *cap. Re-
gni Regis Mart. cap. 1. & 2. Alphonſ. c.
485. & tot alia Regni cap.* loquentia
tantum de rebus Demanialibus, ad-
eo quod hæc differentia non eſt neq;
noua, neque controuerſa, ſed clara,
& omnibus nota.

28 Et bona Demialia alio nomine
vocantur Bona de menſa, vel Coro-
na Regis, vel Demanio Regis, vt
poſt *Afflict. Iſern. & alios* dicit *Menoc.
conſ. 426. ſub num. 7. verſ. præmitto ta-
men libr. 5.* & per conſequens ad pro-
bãdum quod aliquid ſit de Demanio
Regis non ſufficit oſtendere, quod
Rex aliquam rem alicui in feudum
conceſſerit, quia ex hoc nihil conclu-
ditur circa Demanium, ſed tantum
poſſet conſiderari ſi ex huiuſmodi cõ-
ceſſione dicatur probatum Dominiũ
29 Regis in re conceſſa, & ſi habens cau-
ſam à Rege poſſit referre Regi quæ-
ſtionem Dominij, vt per *Lanar. conſ.
21. in fin. & conſ. 25. num. 25. & ſequ.
Canalc. deciſ. 23. num. 25. par. 2. Ma-
ſcard. concluſ. 536. num. 9. & concluſ.
541. lib. 2. Anton. Gama. deciſ 12. poſt
Guid. de Suza. in tracta. de iur. emphyt.
num. 30. tom. 6. tracta. par. 1. fol. 189.*
Quæ à cliente non negantur, quini-
mo ratione directi Dominij qđ Rex
habet in feudo de quo agitur ſoluit
Regi decimam iuxta *capit. Regn. vo-
lentes.*

30 Immo ex dicta conceſſione Torto-
reti facta per Imperatorem Federicũ
1231. contrarium probatur; videlicet
dictam Terram Tortoreti non fuiſſe
de Regio Demanio. Et quidem iuris
pręſumptione, quæ pro Cliente facit
liquidiſſimam probationem, & tranſ-
fert onus probandi in aduerſarium, ex
traditis per *Menoch. præſumpt. 33. cum
ſequ. lib. 1.*

Poſt-

Poſtquam ergo Imperator de iure non poterat concedere caſale Tortoreti ſi fuiſſet de Regio Demanio, & valide poterat cōcedere, ſi non erat de Demanio, vtiq; præſumendum eſt pro validitate conceſſionis, *Menoch. præſumpt.5.& 6.lib.6. Maſcar. concl.734. Cartar. dec 86.*

Maximè attenta obſeruantia ſubſequuta aliorum Regum prædeceſſorum in Regno, qui conceſſionem prædictam confirmauerunt vti de re feudali ſine reclamatione, ex obſeruantia enim ſubſequuta declaratur omnis præcedens diſpoſitio, quia eſt Regina omnium interpretationum, ex traditis per *Lugdo.conclus.38.conſ.362.nu.10.lib.3.* vbi mille refert.

Et ſic ex prædictis apparet quòd tria capita ex aduerſo deducta, ex quibus prætendebatur probari antiquum ſtatum demanij huius Baroniæ ſunt vaniſſima, quia nullum habet iuris fundamentum, & per conſequens Actore non probante reus debet abſolui ex reg. *d.l.qui accuſare, C.de eden.* Etiam quod conuentus nihil probaret ex parte ſua debet abſolui ex verbis tex. ibi, & ſi nihil ipſe præſtat obtinebit. Sed pro maiori confuſione partis aduerſæ ex ineuitabili capite apparet de toto contrario, videlicet quod tàm ab initio, quàm de præſenti huiuſmodi Baronia neque fuit, nec eſt de Regio Demanio.

Nam caſus iſte eſt expreſſe deciſus, & terminatus *legibus, & capitulis Regni Regis Martini cap.1. & 2. & Regis Alphonſi cap. 485.* in quibus apparet quod in anno 1398. Regnum ſupplicauit Regi Martino, vt reuocaret omnia caſtra, & bona Regij Demanij, quæ detinebantur ab alijs in Baronia ad hoc, vt poſſit Rex honorifice viuere. Reſpondidit Rex infraſcriptis verbis. Placet Regiæ Maieſtati. Verum tamen quia dubium eſt ſuper aliquibus terris, & locis vtrum ſint de Demanio, vel de Baronia, Regia Maieſtas eliget duodecim perſonas, ſex de Conſilio ſuo, & ſex de Vniuerſitatibus per eas eligendas, cum quorum Cōſilio Regia Maieſtás declarabit terras, & loca dubia debere eſſe de Demanio, vel de Baronia. Et *in primo c. Regis Martini*. Idem Rex cum Conſilio dictorū duodecim ſæpius diſcuſſo negotio declarauit quamplures terras, & caſtra de quibus erat cōtrouerſia ſi erant de Demanio, vel Baronia. Deinde in c. ſequenti, ſemel pro ſemper cum prædictis duodecim, idem Rex declarauit omnia alia bona Demanialia.

Item ſex tantum reliquit in dubio. Cæteras verò omnes declarauit eſſe de Baronia. Ex qua declaratione tunc temporis facta (quando veriſimiliter de huiuſmodi negotio ſciebatur, totum id quod ſciri poterat, quia huiuſmodi cōtrouerſia Tortoreti erat tunc recens, & cognita Regi Martino, & hominibus Tortoreti tunc exiſtentibus, ex eo quod huiuſmodi controuerſia eiſdem temporibus euenit) tollitur penitus omnis difficultas, & verſamur in claris, etiam quod huiuſmodi declaratio non eſſet condita in vim legis perpetuo valituræ. Quanto fortius quod huiuſmodi Regni capitula, & declarationes fuerunt conditæ in vim legis

31 expreſſo animo imponendi perpetuū ſilentiū ſuper huiuſmodi cōtrouerſis, & ne Barones prætextu Demanij à Fiſco indebite moleſtentur, vt in primo cap. patet. Item ex illis verbis *text. c. 2. Regis Martini* ibi, *ſemel pro ſemper:* quia idem eſt dicere ſemper, quod omni tempore, & omni caſu, ſicut ſi fuiſſet dictum in perpetuum *Fab. de Ann. conſ.53.num.97.lib.1. Surd. conſ.179. num. 14. qui plures alleg. & conſ. 281. nu.18. & ſeq. lib.2. Grattan. dec. 183. num.6. Vulpell. in ſuo Dictionario, in*

ver-

verbo ſemper, *Socyn.ſen.conſil.*11.*nu.*5. *lib.* 1. vbi dicit, quod importat, ſicut cantat Eccleſia, ſicut erat in principio,& nunc,& ſemper, &c. Quæ quidem declaratio Regis Martini eſt expreſſe cõfirmata per Regem Alphonſum *cap.*485. in anno 1452. (Et ſic poſt *Pragmaticam* rerum Demanialium facta per eundem Alphonſum 1449.) & omnia Regni *capitula in capitulis* ſubſequẽtibus ſemper ſunt cõfirmata, & declarata in viridi obſeruantia, & per conſequens dum habemus caſum legis, omnis tollitur dubitio *l. ancilla*, *C. de furt.* Quinimo, & ſi eſſet lex dura (prout eſt æqua) ſeruanda eſſet *l.proſpexit*, *ff.qui & à quibus*,

32 Nec aduerſus ipſam declarationem Regis licet os aperire ſine incurſu ſacrilegij, in puncto *Apont.conſ* 70. *num.*37. *& ſeq.* aliàs diceretur ponere ſedem in aquilone, & eſſe ſimilis altiſſimo, vt dicebat *Bald.conſ.*359. *lib.*1. *Lancell. Gal. conſ.* 46. *ante num.* 9. Et contrarium decidendo ſententia eſſet, vel nulla quia contra caſum legis, vel ſi non eſſet nulla, quia non eſſet de directo contra verba legis, ſaltim eſſet notoriè iniuſta, quia eſſet contra clarã legis diſpoſitionem, iuxta ea quæ tradit *Vant. de null. ex defect. proceſſ. & ſent.num.*118. *& ſeqq.poſt Barto. Alex. Iaſ.& alios in l.eum prolatis*, *ff. de re iud.& in l.qui Roma*, §. *duo fratres*, *ff. de verb.obligat. Surd.conſil.*324. *lib.*3. ſunt ergo omnino repellendi tàm Fiſcus, quàm vaſſalli, quia non poſſunt venire, nec audiri aduerſus declarationem factam à Rege, *Crauet. conſ.* 54. *ſub num.*4. *iuxta tex.in l.*1. *&* 2. *ff. de leg.* Quia lex eſt commune præceptum, & donum Dei cui omnes tenẽtur obedire, & Princeps nutu diuino condit legẽ, & ideo dicitur ſantio ſancta, vt *p gl.d.l.*1. *&* 2. *ff.de leg.* Fortius qđ dictæ declarationes apparẽt veridicæ, & legitimæ, ex his quę ſupra reſpondidi aduerſus prętenſum Demaniũ. Adeo quod ſi huiuſmodi declarationes non fuiſſent factę, iterum eodem modo eſſent faciendæ.

33 Nec obſtat exemplum adductum de terris Miſtrectæ, & Capicij, quę in dicto cap. non reperiuntur enumeratę inter demanialia, & per cõſequens remanſerunt inter Baronalia; & tamen deinde tempore Alphõſi Regis perierunt Demaniũ, & fuerunt vti demaniales reintegratæ in anno 1449. Reſpondetur. Primò quòd non ex hoc, quòd aliquo caſu fiat aliqua deciſio contra ea quę continentur in Capitulis Regni reſultat capitulorum Regni correptio, vel minimum pręiudicium, imò Capitula Regni ſemper remanẽt in viridi obſeruantia; nõ obſtante qđ aliquando fuerit in contrarium iudicatum tacitè, vel expreſsè, ita cantat *Capitulũ* 434. *Regis Alphonſi*, & multa alia *capitula* ſubſequẽtia Regis Caroli, & Philippi, quibus ſtatuitur his non obſtantibus capitula Regni ſemper conſeruari illeſa, & in viridi obſeruantia; maximè quod in dicto caſu non oſtẽditur fuiſſe oppoſitum de Capitulis Regni.

Secundò reſpõdetur caſum Miſtrectæ, & Capicij eſſe valde diuerſum à caſu noſtro. Nam clariſſimum erat, quod dictæ Terræ, quæ reperiebantur ſub Vgone dela Balba, tunc Barone dederunt Regi Martino vnc.1000.ad hoc, vt emerentur per Regem, & aggregarentur Regio Demanio, & ità Martinus Rex fecit; quia dictis pecunijs emit dictas Terras, & eas aggregauit Regio Demanio, & pmiſit ſub fide Regia non alienare. Deinde idem Martinus eaſdem Terras vendidit Sãctio de Ruys pro vnc.4000. ſub pacto de retrouendendo, & pariter deinde remiſit pactum. Mortuo tandem Martino ſucceſſit Alphonſus, coram quo dictæ vniuerſitates comparuerunt, aſ-

ſerendo ab initio fuiſſe de Regio Demanio. Item demonſtrauerunt fuiſſe aggregatas proprijs pecunijs ſub promiſſione amplius non ſegregandi, ob quod petierunt reductionem ad Regium Demanium. At Alphonſus Rex, ne vaſſalli, qui proprijs pecunijs erant effecti Demaniales, remanerent ſub Regia fide decepti, mandauit reintegrandos fore ad Regium demanium,& ita fuit exequutum,vt in proceſſu folio.

Et ideò adeſt Capitulum Regni 16. Regis Ferdinandi,vbi ſtatuitur,quòd dictę Terræ Miſtrectę, & Capicij cum Caſalibus ſemper remaneant in Regio Demanio. At in caſu noſtro, non ſolum non oſtenditur Terram Tortoreti ab initio fuiſſe de Demanio, immo totum contrarium potius oſtenditur; videlicet non fuiſſe ab antiquo, necumquam de Demanio;& per conſequens nullo colore recedi poteſt à Regni Capitulis declaratorijs bonorum Demanialium, & Baronialium,quia nullus error oſtenditur aduerſus dictam declarationem Regiam.

Concluditur ergo quod Fiſcus Regius nō poteſt vllo modo obtinere ex ipſo ſecundo capite Regiæ Pragmaticæ,loquētis de reuocandis bonis Demanialibus. Primo, quia nō oſtēditur huiuſmodi Baroniā fuiſſe de Demanio. Secūdo, quia oſtenditur fuiſſe,& eſſe de Baronialibus.

34 Nouiſſimè pro Fiſco fuit audacter allegatus *Luc. de Penn. in l. poſſeſſores, C. de fund. patrimon. lib. 10. ſub prætextu*, quòd ibi cōcludat Regem oblato pretio poſſe Caſtrum feudale efficere Demaniale, & liberare vaſſallos a ſeruitijs Baronū. Sed conſtanter reſpondetur, Luc. de Penn. totum contrariū dicere,& concludere; nam Primò cōcludit, quòd attento iure communi Rex hoc facere non poteſt.

Secūdò dicit in illo Regno eſſe cōmunem ſentētiam, quòd Rex hoc facere poſſit,dummodo,quòd adſit cauſa. At in caſu noſtro nulla cauſa affertur, ergo Luc. in vtroq; dicto eſt pro nobis. Et ideo *Pet. de Greg. de conceſſ. feud. par. 1. q. 10.* refert dictam quæſtionem tactam per *Luc. vbi ſupra*, & illum ſequendo dicit,quod Rex nullo modo hoc facere poteſt, maximè in Regno noſtro Siciliæ, in quo ex Capitulis Regni, ſicut Rex Demanialia non poteſt concedere in Baronias, ita Baronias non poſſe efficere Demaniales, & multa alia dicit omninò vidēda; ſicuretiam *d. quæſt. 10. & par. 7. quæſt. 2.* concludit, quòd Rex in Regno, nec in minimo poteſt præiudicare Baroni, & tradit vulgarum in ore Aduocatorum, videlicet quòd Rex in Terris Baronū, nec creare tutorem poteſt.

Deuenio nunc ad prætenſionē Sindaci Vniuerſitatis Terræ Tortoreti in videndo, ſi ex proprio iure poſſit prętendere Regium Demanium. Primo pro parte Vniuerſitatis fuit adducta antiqua, & triuialis quæſtio à DD.

35 antiquis,& modernis diſcuſſa, videlicet ſi Vaſſalli inuiti poſſint à Domino alienari,de qua vltra infra allegandos latiſſime loquutus eſt *Pertius concluſ. 21. lib. 5. Ant. Gabr. concluſ. 8. de iur. quaſito non tollend. lib. 3. Nicol. Intrigl. de feud. centur. 2. artic. 81. à num. 68. vſque ad n. 93.* quorum relatione poſſem quieſcere, poſtquam ex eorum inſpectione omnis tollitur difficultas in caſu de quo agitur,quia etiam ſuppoſita regula in contrarium, adſunt quamplures limitationes pro cliente, quarum quælibet ſufficeret pro victoria,ſed quia Domini ex aduerſo ſuper hoc (licet extra rem) dilatauerunt fimbrias.

Ideo cogor breuiter duo oſtendere. Primo qd hmōi concluſio, & eius limita-

mitationes ſunt extra caſum de quo agitur, quia procedũt in vaſſallis Demanialibus Regis, vel alterius Principis habentis iura imperij, & homines Demaniales in ſuo ſtatu.

Secundo quod etiam huiuſmodi concluſione attenta Domina Marchioniſſa ex pluribus limitationibus, & vnaquaq; ipſarum omnino obtinere debet.

Quod autem DD. dicentes vaſſallos inuitos non poſſe alienari loquantur de demanialibus Regis (quales nõ ſunt iſti) ex relatione, & inſpectione infraſcriptorum ſcribentium ſolelarius oſtenditur.

Iſern. in cap. 1. §. *nec Dominus*, *nu.* 47. *de prohib. feud. alien. per Feder.* ibi, *homo ergo Demanij, ſi datur per Principem defendat ſe, quia intereſt ſua non habere plures dominos, & publica eſt vtilitatis vt Rex habeat, vnde viuat, & non conuertatur in granamina ſubiectorum, &c. & n.* 48. quærit quæ ſint Demania in Regno Siciliç.

Afflict. in d. tit. in 3. *notab. nu.* 59. *&* 60. ibi, *Rex ex naturali ratione non põt vaſſallos Demaniales eis inuitis donare in Baronem, &c.*

Bald. in cap. 1. §. *in generali, ſi de feudo fueris controu. inter dominum, & agn. ibi, Rex Francorum non alienat. ciuitatem inuitis ciuibus, &c.* allegat *Hoſtienſ. in capit. dilecti de maioris. & obedient.*

Hoſtienſ. &c.
Felyn. } *in cap. dilecti de maior. & obedient.* loquuntur eodem modo, & ponunt exemplum de Rege Francorum.

Ant. Sola in conſt. Subaud. de pact. inter empt. & vend. nu. 65. *&* 66. etiam loquitur in vaſſallis Demanij, qui dãtur inferiori in feudum, & dicit quod melius, & tutius eſt eſſe ſub trunco quam ſub ramis.

Conar. c. quamuis p. 2. §. 2. *nu.* 4. expreſſe loquitur de Demanijs Regis noſtri Hyſpaniarum.

Alciat. conſ. 7. *lib.* 3. *alias* 177. non ſolum loquitur de Demanialibus, ſed quia illi Demaniales habebant promiſſionem non alienandi, dicit quod poſſunt recuſare nouum Dominum.

Neuizan. in amplo conſil. 12. *inter conſil. feudalia* loquitur de Ciuitate Aſtenſi eius patria, quæ erat de Demanio Regis Francorum, & fuit à Rege alienata, *vt nume.* 6. *& colum. fin. in fin.*

Roland. conſ. 1. *lib.* 1. *&*
Pariſ. conſ. 22. *lib.* 1. } loquuntur in vaſſallis Imperialibus, vt patet per *Roland. num.* 34. *&* 81. *& per Pariſ. in præfat.* & hoc non obſtante ſunt pro nobis ſtantibus pluribus limitationibus per eos relatis videlicet, quando alienatio fit cum vniuerſitate, quando vaſſalli non contradixerunt, & quando adeſt clauſula *de plenitudine poteſtatis*, quia Imperator poteſt tollere ius poſitiuum fauens vaſſallis.

Grat. conſ. 147. *lib.* 2. loquitur de alienatione vaſſallorum, & Caſtri munitiſſimi poſiti in finibus ſtatus Principis non recognoſcentis ſuperiorem, vt ipſe teſtatur *ante num.* 1. 7. *&* 18.

Crauet. conſ. 242. loquitur de vaſſallis Brigiæ de Demanio, Ducis Subaudiæ, qui eſt Rex Cypri, & non recognoſcit ſuperiorem. Inſuper loquitur ſtante pacto, & promiſſione de nõ alienando.

Idem Crauett. conſ. 54. loquitur de alienatione facta a Rege Franciſco, vt teſtatur *ſub num.* 4. & tamen ex pluribus eſt pro nobis.

Burſat. conſ. 350. *lib.* 4.
Crauett. cõſ. 963. *lib.* 5.
Ottodet. inter conſ. Morot. 45. *&* 46.
Menoch. cõſ. 279. *lib.* 3. } loquuntur ad inſtantiam Ciuitatis Montis Regalis, ex eo

quod Dux Subaudię alienauit municipium Baptiſtæ de membris dictæ Ciuitatis Demanialis, inſuper mouentur ſtantibus promiſſionibus antiquis de non alienando.

Burſ. conſ.60.lib.1. loquitur de terra Tongi alienata à Duce Mantuæ de ſtatu Montis Ferrati, cui erant factæ promiſſiones de eam detinendo in demanio, & nulli infeudando, vt in *colum. 1. & 3. verſic. modo nomine*, & tamen ex pluribus defendit alienationem ſubſiſtere, & ſic eſt pro nobis.

Oſaſch. conſ. 49. loquitur in alienatione facta ab eodem Duce Mantuæ de eius Terra Siluani demaniali, nec alienationem impugnat, ſed quia in dicta Terra Siluani aderant quidam nobiles de Zucchis etiam feudatarij Ducis, ideo *Oſaſch.* defendit in conceſſione facta à Duce de dicta Terra Siluani non comprehendi feudatarios, & nobiles de Zucchis. Quibus etiam Dux fecerat promiſſionem de illos non alienando, *vt ibi ſub nume. 18.*

Menoch. conſ. 426. libr. 5. loquitur de Terra Soncini conceſſa ab Imperatore Carolo Quinto erigendo eã in Marchionatum, quæ vltra quod erat de demanio imperij habebat promiſſiones nõ alienandi à prędeceſſoribus Imperatoribus.

Curt.iun. conſil. 174. loquitur de Caſtro Caſarucij de demanio Ducis Mantuæ, ſeu ſtatus Mõtis Ferrati *nu. 17. & 18.* Item ſtantibus promiſſionibus non alienandi.

Rip. reſpon. 10. de diuerſ. reſcript. loquitur de Caſtro Orgoneſi Demaniali cuiuſdam Comitis, cui idem Comes fecerat pactum, & promiſſionem iuramento firmatam de nõ alienãdo vt ibi *ſub nu. 20.* & hęc promiſſio erat confirmata à Rege Ludouico, *vt ibi ſub num. 24.*

Ann. allegat. 27. loquitur de vaſſallis Regni noſtri, vt num. 19. vbi homo demanij poteſt dicere nolo eſſe Baronis.

Ann. allegat. 69. loquitur de Caſali Marcianenſi demaniali alienato à Rege Ferdinando, item ſtante priuilegio non alienandi, vt à *num. 1. vſque ad num. 10.* & tamen concludit alienationem ſubſiſtere, ex quo priuilegium potuit reuocari. Item ex quo vaſſalli receperunt nouum Dominũ ſine contradictione.

Marſil. in l. 1. §. cum quidam num. 3. de quæſt. eodemmodo loquitur de Principe vendente Caſtrum, & ſubijciente homines nouo Domino inferioris conditionis, alleg. *Hoſtienſ. & Bald. vbi ſupra*, & cum toto hoc num. 4. limitat qñ alienatio fieret in alium Principem, vel Dominum æque idoneum, facientem eaſdem cõditiones, quibus manebãt ſub primo Domino, quia iſto caſu ceſſat intereſſe Ciuium vt infra dicam.

Soc. iun. conſil. 78. lib. 1. loquitur de vaſſallis quibus erat facta promiſſio non alienãdi ex cauſa oneroſa in vim contractus ob magnam ſummam pecuniariam ſolutarum Domino ab eiſdem vaſſallis.

Rand. conſ. 1. lib. 2. loquitur de hominibus de Demanio Imperij alienatis inferiori, vt *nu. 432. & 439.*

Natt. conſ. 367. lib. 2. loquitur de Terra Cerrij Demaniali Ducis Mantuę, ſeu ſtatus Montis Ferrati, qui habet iura imperij, & tamen eſt pro nobis. Primo, quia alienatio fuit cum Vniuerſitate.

Secundo, quia ille Princeps alienauit de plenitudine poteſtatis, & per conſequens potuit tollere ius poſitiuũ per quod diſponitur vaſſallos inuitos non poſſe alienari.

Fab. de Mont. de empt. & vendit. par. 3. quæſt. 11. num. 17. loquitur de Rege alienante Ciuitatem, alleg. *Hoſtienſ.*

Hienſ. d. c. dilecti.

Purpurat. conſ. 548. loquitur de vaſſallis Demanialibus Principis Odelangi infeudatis in inferiorem & minus dignum, & dicit quod homines Demaniales poterant ſe opponere, vt *ſub nu. 98. verſ. cum ergo*. Inſuper ante *num. 98. verſ. ſed vltra*. aduertit quod dicti Demaniales erant ſubiecti illi Principi tantum ratione iuriſdictionis, & non erant propriè vaſſalli.

Paneirol. conſil. 119. loquitur de vaſſallis obligatis à domino ad militandum pro Duce Mediolani vaſſallis ignorantibus, vt *in princip. conſ.* cui confert deciſio *Guid. Pap.* 560.

Maſull. in add. ad Capic. deciſio. 162. loquitur de demanialibus Regis, & limitat quando alienatio fit cum vniuerſitate.

Secundo quando fit ex neceſſitate. Tertio ſtante conſuetudine.

Surd. conſil. 323. *libr.* 3. loquitur de alienatione iuriſdictionis facta à Marchione Montis Ferrati, & ſtante conſuetudine; item ſtante clauſula de plenitudine poteſtatis, & ex quo Ciues non contradixerunt tenet pro nobis.

Lancellott. Gall. in ſollemni conſil. 46. loquitur de Terra Caſſinenſi in ſtatu Mediolani erepta per Regem noſtrum ī Marchionatū de Demanio Regis noſtri, & tamen ex pluribus reſpondet pro nobis.

Andr. de Gerg. alleg. 15. loquitur de Caſalibus Coſentię Demanialibus Regis noſtri, quos Fiſcus Regius intendebat poſſe vendere, & à Demanio ſegregare.

Et iſto modo loqui *Iſern. Afflict. Loffred. & alios* teſtatur *Vincent. de Franch. deciſ.* 17. *num.* 1. *&* 2. dicens, quod ſit deterior conditio Vaſſallorum Demanij, quando à Rege alienantur Baroni, ex quo tenentur deinde Baroni ad ſubſidia in quinque caſibus, quæ dicit ceſſare, quando Baro vendit nouo Baroni, quo nouo Baroni præſtantur eadem ſeruitia, quæ præſtabantur antiquo Baroni, & ſic conditio vaſſallorū non mutaī.

Et eodem modo debēt intelligi alij quam plures DD. citati per *Cottam in ſuo memoral. verſ.* Vaſſallus, qui etiā prædictis tribus modis limitat, & in iſtis terminis loquuntur & formant quæſtionem *Gabr. d. conclus.* 8. *Port. d. conclus.* 21. *Intrigl. dict. art.* 81. qui plures afferunt limitationes, & Doctores de hoc loquentes, prout etiam late congeſſit *Tiraq. de retract. lign.* §. 26. *gloſ.* 1. *num.* 75. *& in tracta. de primogen. quaſtion.* 35. *Dominus de Curt. dict. diuerſor. fol.* 7. *nume.* 35. *Doctor.* ergo ſimpliciter loquentes, qui ex aduerſo citari poſſent, debent intelligi iuxta Doctores antiquos, quos allegant, videlicet *Hoſtienſ. Iſern. Bald. & alios*.

36 Et in caſu iſto in quo Demaniales ſubijciuntur Baroni fauore demanialium, ratio eſt manifeſta, videlicet, quia eorum intereſt non habere duos Dominos mediatum, & immediatū. Item intereſt non ſubijci ſubſidijs, & præſtationibus, quę de iure, & de conſuetudine pręſtantur Baronibus. Item intereſt manere ſub potentiori, & nobiliori domino, quando totaliter venduntur à Rege alicui nouo domino minus digno, vel minus nobili, & potenti, vt ex omnibus prædictis videri poteſt, & per conſequēs huiuſmodi turba Doctorum eſt prętermittenda, poſtquam non loquuntur in caſu noſtro.

Et ideo iſto caſu quo Demaniales alienantur à Rege, ex quo poſſunt recuſare, & non obedire nouo domino, vt per *Alc. Rip. & prædictos*, merito ſunt audiendi ſi (ne fiant deterioris conditionis, & ne mutent eorum ſtatus, & ne ſubijciantur obſequijs, & one-

oneribus Baronis fauore iſtius libertatis, & pro eorum intereſſe) offerunt Regi pretium quod Rex prętendit cõſequi ab emptore, vt tradit *Couarr. d. cap. quamuis par.2.§.2. num.4.* qui allegat *Hoſt. & Fel. d.c. dilecti, & Marſil. d. §. cum quidam*, qui de hoc nullũ verbum dixerunt ſi bene eos legi, & perlegi. Et ideo melius loquutus eſt Regens Camillus de Curt. *d. diuerſoris fol.8. nu.39.* Dicens quod demanialibus principaliter non competit ius prælationis, quia nulla lege cauetur, ſed cauſatiuè poſſunt hoc dicere, quia ſi dicere poſſunt Regi, tu non potes nos alienare Baroni, ergo debent audiri offerendo Regi pretium, quod ab alio offertur.

Et huic concluſioni poteſt adaptari text. *in l. 2. C. de patr. qui filios diſtrax.* vbi ſi filius liber venditur à patre ob neceſſitatem, quia efficitur ſeruus, ideo offerendo pretium poteſt filius ad priſtinam reddere libertatẽ, quia de libero ex venditione fuit factus ſeruus, & ſic eius conditio facta deterior, quia libertatem amiſit, vt vt dicam *infra num.* 45. vbi etiam dicam de eo, qui ſe vendit ad pretium participandum.

Sed ſuppoſito pro modo (prout ex aduerſo deſideratur) quod concluſio prædicta procedat non ſolum in vaſ-
38 ſallis demanialibus, ſed etiam in vaſſallis Baronum, & aliorum feudatariorum, prout prætenditur, ex *Inſer. in cap. 1. §. ex eadem lege, de lege Corradi, Guid. Pap. deciſ.* 560. qui ad rem non facit, *Roman. conſ.* 26. *nu.* 11. qui non firmat pedes, *Alex. conſ.* 25. *num.* 20. *lib.* 5. qui arguendo hoc dicit, & in hoc non reſidet *Pet. de Greg. de conceſſ. feudi par. 7. q. 4. nu.* 18. Tamen huiuſmodi concluſio patitur tot limitationes, quod hodie amplius in praxi locum non habet.

39 Limitatur ergo primo dicta concluſio quando vaſſalli inuiti alienantur cum territorio, & cum Vniuerſitate bonorum, & hęc eſt magis communis opinio, quicquid pauci dixerĩt, ita *gloſ. in §. propterea ducatus de perhib. feud. alien. per Feder. & gloſſ. in §. 1. add. ad glo. in l. iunctus, ff. de fid. liber.*

Roman. d. conſ. 26. *nu.* 11. vbi dicit quod hoc eſt certum.

Mandoſ. in add. ad dictum conſilium qui plures alleg. & de comm. teſtatur, & refert ita fuiſſe deciſum in *Rota Romana.*

Alex. d. conſ. 25. *num.* 21. *lib.* 5. qui dicit de iure veram.

Petr. de Greg. d. quaſt. 4. eod. nu. 18.

Alex. in l. 2. nu. 29. ff. ſolut. matr.

Bald. d. §. præterea nu. 29. & in §. ſi quis nu. 5. quo temp. miles.

Clar. in §. feudum, quaſt. 28. verſic. ſcias tamen, qui refert *Glo. Pariſien.* dicentem, quod ita tenent omnes DD. & quod hæc opinio ſeruatur de conſuetudine.

Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. libertus, nu. 27. ff. de condit. indeb. vbi iſto caſu dicit poſſe alienari in inferiorem, & ruſticum.

Roland. d. conſ. 1. nu. 88. *lib.* 1. qui de communi teſtatur.

Pariſ. d. conſ. 22. *nu.* 82. *qui plures*, alleg. & de comm. teſtatur *lib.* 1.

Natt. conſ. 367. *nu.* 4. & 5. qui dicit hanc opinionem magis approbatam à *DD. Pancir. conſ.* 119. *nu.* 11. qui hãc dicit eſſe communem.

Lancell. Gall. conſ. 46. *ſub nu.* 5. *verſ. nec non.*

Cephal. qui plures alleg. conſ. 549. *nu.* 40. *lib.* 4.

Rimin. iun. conſ. 601. *nu.* 32. qui de mag. comm. teſtatur *lib.* 6. à qua dicit non eſſe recedendum in iudicando, & quòd cum gleba poteſt in ruſticum alienari.

Burſ. conſ. 127. *num.* 33. *lib.* 2. vbi quod cum Vniuerſitate etiam in ruſti-

ſticum alienari poſſunt.

Rocc. de Curt. de iure patron. verſ. ipſo, vel ipſa quo, q. 23.

Lambertin. eodem tract. lib. 1. p. 2. q. 42. artic. 1.

Beltrand. conſ. 86. in fi. lib. 3.

Surd. de alim. tit. 9. cap. 22. num. 30.

Duenn. reg. 215. lim. 1.

Gabr. dict. concluſ. 8. limit. 1. qui plures refert.

Cotta dicto memorial. verſ. vaſſallus limit. 2.

Intrigl. de feud. cent. 2. art. 81. lim. 1. num. 79.

Camill. Salern. ad conſuet. Neap. fol. 33. litera D. verſ. ſecundo limitatur, qui de communi teſtatur.

Put. dec. 39. lib. 1. qui declarat *text. d. §. propterea.*

Maſull. in addit. ad Capic. deciſ. 162. nu. 1. qui alleg. Gabellin. milleloq. 21.

Alexand. Raud. de Auolog. cap. 34. num. 30.

Anguiſc. conſ. 55. nu. 91. & 92.

Franc. Mart. dec. 337. nu. 2. p. 1.

Abb. in conſil. 2. nu. 11. in 27. quaſi. lib. 2. qui cum Vniuerſitate dicit feudum, & vaſſallos poſſe alienari etiam in ruſticum, etiam circumſcripta conſuetudine, alleg. *gloſ. & Bal. d. §. prateroa.*

Nec obſtat quod *Rip. reſp. 10. num. 15.* attentauerit huiuſmodi limitationem debere intelligi in ſtatu Mediolani ſtante conſuetudine, nam in hoc non videtur firmare pedes, ſed ex eo quod non fuit facta alienatio cum Vniuerſitate bonorum. qui textus expreſſus *d. §. 1. de leg. Conrad.* dicit quod Mediolani poteſt alienari ſine vniuerſitate ex conſuetudine.

Pancirol. etiam d. conſ. 119. num. 11. idem attentauit, ſed fatetur priorem opinionem pro nobis eſſe cōmunem, & reſidet ex eo quod alienatio non fuit cum Vniuerſitate, & tandem non eſt curandum de paucis diſſentientibus à communi, quia non eſt nouum in iure in qualibet concluſione reperiri contradictores, ſed ſatis eſt quod commun. opin. ſit pro nobis, à qua in iudicando non eſt recedendū, vt in puncto dicit *Rim. d. conſ. 601. nume. 32. & 33. libr. 6.* & communem, & magis communem eſſe in contrarium apparet ex prædictis ſupra relatis, qui loquuntur circumſcripta conſuetudine, ſed attenta iuris diſpoſitione.

40 Nec etiam in caſu noſtro poterit allegari alienationem non fuiſſe factam cū Vniuerſitate bonorum ex eo quod fuit excluſum ius luendi de feudo Solatij. Nam vltra reſponſiones traditas per *d. Conſul. nu. 51. verſ. minus obſtat*, reſpondetur quod ex ſcripturis nouiter præſentatis oſtenditur, quod huiuſmodi feudum Solatij non eſt de membris, & pertinentijs Baronię Tortoreti, ſed de alieno dominio, & poſſeſſione, & per conſequens non facit ad caſum, de quo agitur, remanet ergo omnino tuta hęc limitatio, quæ ſufficit pro victoria.

Item hoc procedit quando ex aliqua reſeruatione vaſſalli haberēt plures dominos, iuxta *text. in §. propterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi quod Vaſſalli non debent hſe plures dominos quod hic ceſſat.

41 Secundo principaliter limitatur dicta concluſio, quando alienatio ſit ex neceſſitate domini, tunc enim poſſunt inuiti Vaſſalli alienari, ita *Alex. Foly. & Salern. per Dominum Conſul. nume. 52.* quibus addo *Cyn. Io. Andr. Barto. Aluarott. Salyc. Cardin. Alexand. Aretin. Curt. & Tholoſa. quos* refert, & ſequitur *Port. d. concl. 21. lib. 5. limit. 1. Gabr. d. concluſ. 8. lim. 2. num. 12. Intrigl. d. art. 81. lim. 2. nume. 81. Cotta d. memorial. lim. 1. Maſull. d. deciſ. 162. verſ. ſecundo.*

Neceſſitas autem in caſu noſtro ex

qua

qua Baronia fuit vendita non ſolum oſtenditur ex inſpectione inſtrumẽti, in quo pretium eſt cõuerſum in extinctionem, & ſolutionem creditorum dictæ Baroniȩ, ſed etiam de huiuſmodi notoria paupertate Baronis quiſq; poteſt ferre teſtimonium.

Nec obſtat quod ex oblatione iuſti pretij ceſſat neceſſitas primo, quia poſt funera, ideſt poſt venditionem factam ſecundo, quia eſt etiam verbalis oblatio.

42 Tertio principaliter limitatur concluſio ſtante conſuetudine (nõ ſolum Mediolani) ſed generali, per quam vaſſalli inuiti alienantur, de qua generali conſuetudine teſtantur quamplures, & præcisè.

Bald. in cap. 1. §. ex eadem lege num. 2. de leg. Corr. vbi dicit, quod conſuetudo vincit legem. Et Mediolani ex conſuetudine particulari alienantur, ſine territorio, ita text. *in §. 1. de leg. Conrad. gl. in §. propterea ducatus de probib. feud. alien. per Feder.*

Abb. d. conſ. 2. q. 22. nu. 11. lib. 2. qui refert verba *Baldi*.

Dec. in l. debitorum ver. de conſuetudine, C. de pact.

Natt. conſ. 367. nu. 6. vbi dicit, quod ſufficit huiuſmodi conſuetudinem allegare, ex quo eſt notoria.

Lancell. Gall. d. conſ. 46. num. 5. verſ. vt pote.

Cephal. conſ. 549. num. 38. lib. 4.

Rimin. iun. conſ. 601. nu. 32. & ſeq. lib. 6. qui dicit ſufficere allegare generalem conſuetudinem.

Roger. conſ. 49. nu. 44. lib. 1. quem refert *Intrigl. d. art. 81. nu. 83.*

A Pont. de poteſt. Proreg. titu. de Demanio. §. 1. nu. 4. vbi teſtatur, quod hoc iure vtuntur Neapoli *fol.* 477.

Surd. conſ. 323. nu. 26. & 27.

Ego verò huiuſmodi conſuetudinem, ſicut in Regno non admiſſo in bonis demanialibus ſtantibus tot capitulis Regni prohibẽtibus alienationem bonorum demanialium, ita è cõtra huiuſmodi conſuetudinem indubitatã affirmo in feudatarijs, pro quibus non ſolum adeſt experientia in tot Comitatibus, & Baronijs, quæ quotidie alienantur, ſed adeſt dictum capitulũ, volentes, generaliter cõcedẽs feudatarijs licentiam alienandi.

43 Quarto principaliter dicta concluſio notabiliter limitatur, quando alienatio fit in parem, & æquæ idoneum paratum recipere vaſſallos ſub eiſdem conditionibus, quibus manebant ſub primo domino, quia tũc ex quo ceſſat eorum intereſſe, etiam eis inuitis alienario fieri põt, ita notabiliter limitat.

Marſ. in l. 1. §. cum quidam nu. 4. & 5. ff. de quaſt.

Bald. d. §. ex eadem lege, in princ.

Alex. l. 2. in fi. princ. ff. ſol. matr.

Gabr. concl. 8. lim. 4. nu. 15.

Intrigl. d. cent. 2. art. 81. nu. 85. qui allegat *Rip. reſp. 25. num. 4. lib. 2. Collegium Bononienſ. in ſubſcript. ad Dominum Conſul. nume. 82. qui plures* allegant.

Vincent. de Franch. dict. deciſ. 17. ſub num. 2. verſic. qua ceſſat, A Pont. d. §. 1. nume. 2.

Poſtquam ergo in caſu noſtro conditio vaſſallorum non eſt effecta deterior, quia alienatio eſt facta in parẽ, & æque idoneum (immo idoniorem in diuitijs) & ſub eiſdem conditionibus quibus manebãt ſub primo dño, ceſſat penitus eorũ intereſſe, & per cõſequens alienatio de iure ſubſiſtit.

44 Quinto principaliter limitatur cõcluſio prædicta, quando vaſſalli alienati receperunt nouum dominum, & à principio non contradixerunt, tunc enim amplius conqueri non poſſunt, vt ex multis dicam infra nu. 68. Quia ergo in caſu noſtro nouus dominus fuit ſollemniter, & cum feſto, & lȩtitia receptus nemine contradicente, & ita

in

in iſta pace, & ſilentio ſteterunt per tot mẽſes, ergo amplius opponere nõ poſſunt, vt dicam inf. nu. 68.

Alijs etiam modis limitatur prædicta concluſio ex *Port. Gabr. Intrigl. & prædictis, quos* ex nauſea prætermitto.

Secũdo principaliter pro parte vniuerſitatis dicebatur, quod ſuppoſita alienatione pro valida, & firma, tamen ſoluto pretio Dominæ Baroniſſæ empttici, debet Vniuerſitas effici de Demanio.

Et breuiter arguendo à ſufficienti partium enumeratione (quod in iure eſt potentiſſimum, & firmiſſimum argumentum ex traditis per *Nic. Euerard. in ſua Topi. loco à partiũ enumeratione poſt Bartol. Bald. Angel. & alios per illum text. in l. à patre furioſo, ff. de his qui ſui ſunt, vel alien.* prout in noſtris terminis hoc argumento vtitur, *Lancell. Gall in ſuo celebri conſ. 46. nu. 42. Apont. d. §. 1. num. 10. & 14.*) oſtẽditur huiuſmodi Demanium nullo iure competere Vniuerſitati, & per conſequens omnino repelli debere. Quia

45 quod de iure non inuenitur diſpoſitũ, non eſt ſuperſtitioſis inuẽtionibus excogitandum, vel inducendum, text. eſt expreſſus *ĩ c. cõſuluiſti 2. q. 5. Archidiac. in Proam. ſexti verſic. ſacroſancta, Cranett. conſ. 90. nu. 2. Bec. conſ. 35. nu. 4. Petr. Surd. dec. 87. nu. 5. & dec. 239. num. 3. & dec. 271. nu. 9.* quia quod lex non dicit neq; nos dicere debemus, *l. illam C. de collat.* & erubeſcimes cum ſine lege loquimur *auth. de non eligen. ſecũdo nub.* ibi, *ſed erubeſcendum potius ſit ſi abſque lege aliqd proferatur, Surd. conſ. 158. num. 13. lib. 2.* & qui allegat iuris diſpoſitionem tenetur illam oſtẽdere. Et ideo dicebat *Anchar. conſil. 223. in fin.* ibi. *Ergo tu qui dicis poſſe, da mihi textum, vel Doctorem,* ſequitur *Surd. d. conſ. 158. num. 13. libr. 2.* Quia de iure non poteſt ſine lege reſponderi, vel iudicari *capit. hi qui, in fin. de ſenten. excommunic. in 6. l. diſſentientes, C. de repud.* ibi *nulla præcipit iu-*

46 *ris conſtitutio.* Et dicunt DD. quod idem, & paria ſunt aliquid fieri ſine lege, vel contra legem, ita poſt *Bald. in c. in geneſi nu. 10. de elect.* tradit *And. de Georg. alleg. 19. n. 36.* Et ĩ proprijs ter-

47 minis quod nulla lege ſit diſpoſitum, quod vaſſalli Baronum poſſint petere Demanium, vel prælationem, quando venduntur à Barone, tradunt expreſſe *Vinc. de Franc. deciſ. 17. num. 7. verſ. ſed ad hoc, & verſ. nulla enim lege cauetur, Add. ad Conſuet. Neap. fol. 32. ver. ſecundo autem caſu principali, & verſi. ideoq; ſi in caſu iſto nec lege, Camill. de Curt. d. diuer. fol. 8. ſub num. 36. verſic. circa ſecundum, & nu. 47. verſ. nullum ius, Lancel. Gall. conſ. 46. n. 41. ibi, tertio Caſſinenſes nullũ ius, Apont. d. §. 1. n. 9. & ſeq.* Fortius ergo Vniuerſitas debet excludi, quia nõ ſolũ Sindacus nõ fundat eius intentionẽ aliqua iuris diſpoſitione, ſed hic & inf. ex parte clientis oſtendĩ huiuſmodi prætenſionem de iure non ſubſiſtere. Et diſtincte procedendo oſtendam omnia capita, ex quibus Vniuerſitas intendit ſuam intentionem fundare, eſſe vana, & de iure non ſubſiſtere.

Primo non poteſt Vniuerſitas ſe letari de iuribus Fiſco competentibus ſcilicet, de iure prælationis competentis Regi uti Domino feudi, uel ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticę tribuentis Fiſco ius uendicandi bona Demanialia, quia huiuſmodi præſidium eſt non ſolum fragile, ſed uanum, poſtquã ſupra ſole clarius oſtendidi, quod huiuſmodi prælatio, Regio Fiſco non competit.

Item quod huiuſmodi Vniuerſitas non eſt de Demanialibus, & per conſequens ſi huiuſmodi remedia Fiſco, ſeu Regi non competunt, ergo nec Vniuerſitati cõpetere poſſunt, ex

l. nemo plus, ff. de reg. iur. Apont. d. §. 1.
num. 14. *& ſeq.* ius prælationis quod
Regi de iure regulariter competit, nõ
poteſt experiri niſi a ſolo Rege, & non
ab alio eius nomine, nec ex iure ceſ-
ſo, quia non eſt ceſſibile *Franch. dec.*
226. *in puncto, Camil. de Curt. in ſuo di-
uerſ. fol. 9. num. 50. & ſeq.*

Secundo nec pro Vniuerſitate po-
tuit allegari cõſt. Regni, ſancimus, in
materia iuris protomiſeos ex pluribꝰ.
Primo, quia illa conſtitutio iſto caſu
non loquitur, & per conſequẽs vti ſta
tutum correctorium iuris communis,
& odioſum ſtricte procedit in caſibus
48 in dicta conſtitutione expreſſis, adeo
vt præter caſus expreſſos extendi, vel
allegari, nõ poſſet, latiſſime iuxta eius
morem tradit *Tiraq. de vtroq. retract.
in præfat. nu. 21. 60. 61. & 62.* Adeo vt
dicãt DD. quod in caſu dubio in iſta
materia retractus iudicandum ſit con
tra eum, qui petit retractum vigore di
cti ſtatuti, ita *Alex. conſ. 52. in fi. lib. 1.
Dec. cõſ. 471. in fi. lib. 4.* optime *Decia.
conſ. 75. nu. 19. lib. 5.*

49 Secundo reſpondetur, quod prędi-
cta conſtitutio, ſiue ſtatutum ſimplici
ter, ſeu generaliter loquẽs de retractu
bonorum ſtabilium non comprehen-
dit, nec procedit in bonis feudalibus,
prout eſt Baronia, de qua agitur, vt ex
multis tradit *Dom. Conſulens nu. 35. &
in eius dec. 8. per totam, Apont. d.* §. 1.
num. 10. Tertio in pũcto q vaſſalli Ba-
ronales non poſſint prętendere Dema
nium ſub prętextu dictę cõſtitutionis,
ſancimus, tradit Do. Regens *Camill.
de Curt. ĩ ſuo diuerſorio iur. feud. n. 40.
Vinc. de Franc. dec. 17. nu. 11. Apont. ſu
pra nu. 10. & ſeq.*

Tertio nec pro Vniuerſitate vendi-
ta afferri potuit text. *in l. fin. C. de iur.
emphyt.* quia *tex.* ille tribuit prælatio-
nem concedenti emphyteuſim parti-
culari ratione directi dominij, qđ ſibi
retinet concedens ad emphyteuſim,
quando emphyteuta alienat vtile do-
miniũ. Adeo vt in caſu contrario quo
dominus directus vendit directũ do-
minium, emphyteuta qui habet vtile
50 nõ pręfert, & ille tex. non procedit, ita
poſt *And. de Iſer.* tradit *Vinc. de Frãc.
d. dec. 17. n. 8.* vbi dicit, ita ĩ facti cõtin-
gentia fuiſſe deciſum, & cõfirmatum
deinde per Sacrũ Conſiliũ, quos ẽt cũ
alijs retulit *Dominus Cõſul. n. 30. Ant.
Sing.* 150. *Apont. d.* §. 1. *n. 9.* Et ideo in
puncto de quo agitur nõ poſſe vaſſal-
los Baronis vt, remedio *d. l. fin.* tradit
*Frãc. d. dec. 17. nu. 7. Camill. de Curt. d.
diuerſ. fol. 8. nu. 40.*

51 Quarto nec ad rem facit *text. in
l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* vbi ſi pa-
ter ex nimia egeſtate filiũ vendidit, fi-
lius efficitur ſeruus, & fauore priſtinæ
libertatis filius põt offerre pretiũ em-
ptori. Nã hoc eſt quia filius de libero
fuit effectus ſeruus, merito fuit eius cõ
ditio mutata, & fauore priſtinę liber-
tatis admittitur, quę ceſsãt in caſu no
ſtro, quia cõditio vaſſallorũ in nihilũ
eſt mutata, q̃a eodẽ modo manẽt ſub
nouo Barone quo manebãt ſub anti-
quo, & qđ caſus *d. l. 2.* ſit ſpecialis, &
nõ poſſit adduci ꝓ vaſſallis alienatis,
dicit *Frãch. d. dec. 17. n. 15. Lãcell. Gall.
d. cõſ. 46. n. 53. 54.* Et eodẽ modo ꝓce-
dit *tex. ĩ l. 2. ff. ſi libert. ingen. eſſe dica-
tur,* q̃a procedit fauore priſtinę liber-
tatis ammiſſę, vt p *Frãc. vbi ſup.* Itẽ ꝓ-
cedit volẽte emptore, nõ eo inuito, ita
*gl. expreſſa d. l. 2. ver. permiſit Gall. d. cõſ.
46. nu. 55.* & ſic volẽti nulla fit iniuria.
Et ideo Gallia dicit nõ valere argu. ab
ingenuis ad vaſſallos *ex d. l. 2. ſup.*

52 Quinto nec fauore vaſſallorum Ba
ronis potuerunt allegari iura loquen-
tia de ſeruis fauore libertatis (licet in
hoc inter aduocatos ex aduerſo fuerit
ſciſma, quia duo primi dixerunt vaſ-
ſallos nõ eſſe ſeruos, tertius autẽ dixit
vaſſallos ſeruos eſſe) quia in hoc ſunt
plures tex. aurei, & expreſſi, ex quibus
clariſ-

clariſſima redditur iuris concluſio, quod ſeruus prætextu libertatis non poteſt offerendo pretium domino conſequi libertatem *l. cum affirmes, l. ſi ex liberta. l. quos certi, C. de liberal. cauſ. l. inter poſitas, in fi. C. de tranſact.* etiam quod pretium offeratur à Fiſco, *l. poſt legatum, §. ſi pater de his quibus vt indign. & alij plures text.* relati per *Dominum Conſul. num.* 43. & ita in proprijs terminis noſtris quod vaſſalli non poſſint vti prætextu libertatis exemplo ſeruorum, tradunt *Addit. ad Conſuet. Neapol. fol.* 32. *verſ. ſecundo autem caſu cum ſeqq. D. de Curt. d. diuerſ. fol.* 8. *ſub nu.* 43. *& nu.* 44. *ver. ſed ego ſemper, Io. Franc. de Pont. de poteſt. Proreg. titu. de demanijs*, §. 1. *n.* 1. *&* 2. vbi dicit, quod eſt ratio fallax.

53 Nec ad rem facit *text. in l.* 1. *C. de comm. ſeru. manumiſ.* vbi quod ſi vnus ex Dominis vult communem ſeruum manumittere, poteſt oblato pretio cogere condominum ad vēdēdum eius partem, vt poſſit ſeruum in totum manumittere.

Reſpondetur quod caſus ille eſt diuerſus à caſu noſtro; quia ſocij habēt æquale dominium, & vnus ex ſocijs non habet cauſam ab alio, nec vnus alium defendere tenetur. At Rex, & Baro non habent æquale dominium; ſed diuerſum. Item Baro habet cauſam à Rege, & ideo Rex tenet defendere vtile dominium translatum in Baronem; nec Baronem aliquo modo poteſt inquietare, vt in puncto dicit *Luc. de Penn. d. l. poſſeſſores, Petr. de Greg. d. q.* 10. *par.* 1. *& quæſt.* 2. *par.* 3. & de iure clariſſima eſt diſpoſitio de eo, quod habet Rex in re feudali, videlicet prælationem, vel decimā ſeruitium militare, & cętera conuenta in feudi conceſſione, à cuius cōceſſionis, ſiue inueſtituræ forma non licet recedere. At quòd poſſit Rex cogere Baronem ad vendendum nullo iure cauet, imò omni iure prohibetur, tum ex regula quòd nemo inuitus cogitur vendere, vt dicam nu. 61. tum quia conceſſio in feudū eſt perpetua, a qua non licet ſine cōi conſenſu recedere, *l. ſicut C. de act. & oblat.* tū quia tenetur vaſſallum defendere; quia & in feudo datur euictio *Gabell. de euict.* §. 4. *num.* 51. & ſic non poteſt moleſtare contra tex. *in l. venditor autem, ff. de euict.* tum quia in puncto *Luc. de Penn. Gregor. & alij per eos* allegati in indiuiduo termināt Regem hoc facere non poſſe.

Secundo reſpondetur in caſu iſto omnem ceſſare dubitādi locum; quia Rex vti prætenſus condominus in huiuſmodi vēditione vaſſallorum facta per Baronē condominum non diſſentijt, nec contradixit. Imò venditioni conſentijt; illamq; approbauit, tum ex lapſu menſis; tū ex receptione Decimæ pro iure conſenſus, vt ſupra deduxi *nu.* 6. 7. 8. *& ſeqq.*

54 Nec ad rem facit text. ex aduerſo allegatus *in* §. *Dominus inſtitu. de noxal. act.* vbi ſeruus datus pro noxa poteſt ſoluendo noxam cōſequi libertatem. Nam multis modis, & quidem optime reſpondet Dominus *Cōſul. nume.* 58. *& ſeq.* & ego breuiter tres aſſero reſponſiones.

Primo quod in illo textu eſt caſus ſpecialis, & eſt limitatio ad regulā in contrarium, & ſpeciali ratione procedit, ergo non eſt ex eo text. facienda conſequentia, ſed potius argumētum debet ſumi ex regula in contrarium, quæ eſt pro cliente fundata in legibus ſupra citatis, quàm ex limitatione *l. in hijs vbi glo. & l. ius ſingulare, ff. de leg.* quia caſus noſter cōuenit regulæ, non autem limitationi, vt infra oſtendam *nu. ſeq.* Et quod caſus d. §. Dominus ſit ſpecialis, tradit *gloſſ. in l. ſi ex liberta. C. de liberal. cauſ. Regens de Curt. d. diuerſ. fol.* 8. *ſub num.* 43. *verſ. eſt caſus ſpecialis, Add. ad Conſuet. Neap. fol.* 34.

ver. eſt namque, ibi, caſus ſpecialis à quo non poteſt inferri, &c.

55 Secũdo rñdetur, quod in illo textu, nec ſeruus fuit vẽditus, nec noxã paſſus emit ſeruũ, ſed noxã paſſo debebãt electiuè, extimatio noxę, vel ſeruus, & per conſequẽs ſeruus eſt in ſolutione, dato ergo ſeruo pro noxa ſi ſeruus reſarcit damnũ manumitti debet, quia primus dominus dando ſeruum pro noxa omne ius ſibi competens abdicauit. Secundus verò dominus cui ſeruus fuit datus pro noxa conqueri non poteſt, quia nõ emit ſeruum, neque ſeruum affectauit, ſed tantum erat creditor damni, ſoluto ergo dãno quod ei competebat conqueri non poteſt. Contrarium autem de iure expreſſe diſponitur, quãdo emptor à principio ſeruum affectauit, & ſeruũ voluit emere, & conſequi, & de facto emit, quia tunc oblato pretio à ſeruo, vel ab alio nomine ſerui emptor ſeruũ manumittere nõ tenetur, vt in tot iuribus ſupra allegatis ad literam continetur. Et in caſu noſtro Baronia cum vaſſallis non fuerunt dati clienti pro noxa, vel ęſtimatione alicuius damni, vt poſſit militare tex. *in d. §. dominus*, ſed fuerũt à Barone venditi inſimul cum feudo, & à cliẽte empti, & per cõſequens militant pro nobis tot. *tex. ſupra* alleg. qui nullam admittũt cauillationem.

56 Tertio reſpondetur autoritate Doctorum ita *d. text.* intelligentiũ, *Salyc.* optime *in l. 1. num. 5. C. de bon. libertor. Add. ad Conſuet. Neapol. fol. 33. in fin. verſ. ſimiliter non obſtat, Camill. de Curt. d. diuerſ. fol. 8. ſub num. 43. Gallia. dict. conſ. 46. num. 55. verſicu. poſtremo.* Quiquidem Neapolitani etiam expreſſe tenent quod ex iſto capite, & text. vaſſalli Baronis lætari non poſſunt.

Et ratio eſt manifeſta quam ſupra adduxi in præcedenti reſponſione.

Sexto pro Vniuerſitate aſſerebantur autoritates DD. in puncto tribuẽtium vaſſallis hoc ius redimendi, ſeu præferendi.

Vinc. de Franch. deciſ. 17. qui tamẽ in iſtis vaſſallis Baronum expreſſe tenet totum contrarium attẽta iuris diſpoſitione à *verſic. ſecunda ratio ante num. 7. vſque ad fin.* licet de vſu illius Tribunalis aliquãdo, & aliquibus caſibus vaſſalli fuerint admiſſi, *& num. 12.* dicit quod etiam in eodem Tribunali ille vſus non eſt extendendus de caſu ad caſum.

57 Quanto ergo fortius non debet extendi extra locum, vbi talis non viget conſuetudo, ex eo quod conſuetudo, vti correctoria iuris cõmunis eſt ſtricti iuris, & non extenditur de caſu ad caſum, *ex gloſ. in l. fin. C. de qua ſit long. conſ. & per alios ibi per Franch. nume. 12. & 13.*

Et ideo in eodẽ Tribunali vſus ille procedens in venditione non extenditur in permutatione, vt per *Ioan. Andr. de Georg. allegat. 7. nume. 4.* vltra tradita per Dominum *Conſul. numer. 61.*

Camill. de Curt. diuerſor. feudal. fol. 8. a num. 39. vſque ad num. 48. & nu. 54. non meruit allegari, quia in huiuſmodi vaſſallis Baronalibus expreſſe negat huiuſmodi ius competere poſſe, & nulla lege huiuſmodi prætenſionem defendi poſſe ait, quinimo num. 74. oſtẽdit nullum in hoc verſati Regis ſeruitium, & Vniuerſitates admiſſas ad Demanium deueniſſe in perditionem, & iterum petijſſe Baronem, & ideo aſſerit, quod dum fuit Fiſci patronus nũquam adheſijt petitionibus Vniuerſitatum.

Camill. Salern. in addit. ad Conſuet. Neapol. fol. 31. & ſeq. Nec etiam meruit allegari poſtquam expreſſe oſtendit huiuſmodi ius nõ competere Vniuerſitatibus Baronalibus, licet ex

par-

particulari ſtilo Tribunalis referat va rio modo deciſum. Adeo vt nec in illo Tribunali ſtilus ſit vniformis.

Loffred. & Camerar. in d. §. *præterea de prohib. feud. alien. per Federic.* etiam de iure oſtendunt huiuſmodi prætenſionem de iure non ſubſiſtere, *& Camerar.* dicit ita fuiſſe iudicatum in cauſa ſtili, & conqueritur de abuſu dicti Tribunalis, dicens quod hodie non proceditur *per titulum de iuſt. & iur.*

Andr. de Georg. alleg. 7. ex aduerſo, nec meruit allegari, quia expreſſe nu. 1. dicit hoc procedere ex vſu Tribunalium, & nu. 4. defendit quod vſus eiuſdem Tribunalis, qui loquitur in venditione non debet extendi in permutatione, & n. 16. dicit multas Vniuerſitates opulentiſſimas occaſione demanij fuiſſe depopulatas, & poſt ruinam petijſſe Baronem.

Bambac. de feud. capit. Beneficium quæſt. 2. *num.* 170. *fol.* 244. totum cõtrarium dicit eius ad quod fuit allegatus, quia concludit, quod nec in Regno Neapolitano Vniuerſitas admittitur ad Demanium, quando venditur à patre filio primogenito, licet in voce fuerit relatus, quod teneat affirmatiuè.

Capibl. de Baronib. prag. 8. *nu.* 25. & eodemmodo, prout alij Neapolitani eſt intelligendus.

Ann. alleg. 27. *num.* 19. loquitur in Demanialibus, & in conſtitutione diuæ memoriæ *num.* 261. ſe remittit ad *Camill. Salern. in addi. ad Conſuet. Neapol. ſupra relatum.* Et ſic iuxtà illius Tribunalis vſum. Nullo ergo modo præfati DD. Neapolitani meruerunt allegari poſtquam expreſſe excludunt Vniuerſitates ab huiuſmodi petitione.

Couarru. cap. quamuis, par. 2. §. 2. *de pact. num.* 4. nec meruit allegari, quia, vt ſupra dixi, loquitur de Demanialibus.

Didac. Perez l. 14. *tit.* 11. *lib.* 4. *ordinat.* refert dictum Fabri, & relinquit cogitandũ. Adeo vt pro neutra parte allegari poſſit.

Montalb. in l. 2. *titu.* 24. *par.* 4. non decidit, ſed refert dictum *Fabri*, & ei reſpõdet *Gregor. Lopez inf.* allegan.

58 *Faber* tantum remanet, qui ex aduerſo allegatur, vti anteſignanus huius quæſtionis *in* §. *dominus inſtitu. de Noxalib.* cui conſtanter pluribus modis reſpondetur, & primo dico, quod Faber non meruit pro parte aduerſa allegari, quia licet per verbum videtur primo arguat pro Vaſſallis, tamen deinde contrarium tenet, & allegat *text. in cap.* 1. *&* 2. *de iudeis*, vbi licet iudei nõ poſſint habere Chriſtianum mancipium, ſi tamen aſcriptirij glebe, & terris eorum adherent non poſſunt oblato pretio libertatem recuperare, & per conſequens *Faber* reſidet cum iſta vltima opinione, quia vltima opinio ſemper cenſetur approbata *l. bona fides, & ibi Bart. num.* 2. *ff. depoſiti late Felyn. cap.* 1. *de conſti.* Nec huiuſmodi intellectus ad *Fabrũ* eſt nouus, quia ita expreſſe eum intelligunt pro iſta opinione, *Add. ad Conſuetud. Neapol. fol.* 34. *liter. B. Gregor. Lopez l.* 4. *titul.* 13. *partita* 7. Et hæc reſponſio ſola ſufficeret.

Secundo reſpondetur quod Faber non loquitur quãdo Vaſſalli venduntur alicui emptori, ſed faber mouet quæſtionẽ iuxta materiam illius text. videlicet. Quando habens Vaſſallos cedit bonis, vel quando diſtrahuntur à creditore, tunc enim primo arguit quod offerendo pretium poſſint ſe redimere, ſecundo in contrarium refert *text. dict. cap.* 1. *&* 2. *de iudeis* quibus caſibus videtur poſſe adaptari textus ille loquens de ſeruo dato pro noxa vt *ſupra dixi num.* 47. quia Vaſſalli non ſunt ab aliquo empti, ſed creditores

cos

eos acquirunt ex ceſſione bonorum, vel ex diſtractione iudiciali pro ſoluẽdo corũ credito, ſicut quando ſeruus datur pro ſoluenda noxa, quæ ceſſant quando ſeruus alicui venditur, quia tunc expreſſe de iure contrarium diſponitur, & prohibetur poſſe ablato pretio ſe redimere, vt ſupra dixi num. 46. & iſte intellectus eſt iuxta literam, & verba Fabri, & ita expreſſe intellexit *Fabr. Lancell. Gall. d. conſ. 46. num. 55. verſ. poſtremo*.

59 Nec eſt nouum in iure, quod datio inſolutum in multis differat à venditione, licet quandoque ex larga, & impropria interpretatione æquiparentur. Nam Primò animaduerto, quòd licet appellatione venditionis veniat, largo modo, & impropriè datio inſolutum; tamen è contra appellatione dationis inſolutum non venit venditio, latè *Lanar. conſ. 36.* vbi ideò concludit, quòd procurator ad accipiendum inſolutum non poteſt emere. Hinc etiam *ſcribentes Rit. 19. vbi Cum. num. 30.* concludit executionem conceſſam à ſtatuto contractui venditionis non extendi ad dationem inſolutum. Pariter dicunt DD. quod etſi aduerſus venditionem concedatur retractus; non tamen cõceditur aduerſus dationem inſolutum, vt ex mille tradit *Tiraq. de retract. §. 1. glo. 14. num. 50.* ſicut etiam prohibita venditione Patri nõ prohibetur datio inſolutum *ex Gama. deciſ. 295.* & in ſpecie caſus noſtri ſi ſeruus vẽditur denegatur expreſsè oblatio pretij pro libertate inuito emptore. Si verò ſeruus datur inſolutum pro noxa, vel credito concedi videtur oblatio pretij *in d. §. dominus*. Ecce ergò, quod manifeſta eſt differentia inter venditionem, & dationem inſolutum, quod ex diuerſitatis ratione procedit, videlicet emptor, qui emit ſeruum ab initio habuit animum ſeruum conſequendi, & per cõſequens ab eius poſſe ſine eius iniutia auferri non poteſt. Creditor verò dãni ex cauſa noxæ, vel alia cauſa, qui recipit ſeruum inſolutum non affectauit ſeruum, ſed ſeruum recipit ſolum pro ſolutione pecuniæ, oblata ergo pecunia, quæ à principio debebatur dẽt ſeruum dimittere, vt ſupra dixi, & dicam *infra num. 48.*

Tertio ad peius fateri quiſq; cogitur Fabrum reliquiſſe caſum indeciſum, ex eo quod mouet quæſtionem (in terminis quibus loquitur) & arguit pro & contra, & vtitur verbo, *videtur*, & per conſequens nullo modo ſuper eo poteſt aliquod fieri fundamẽtum, nec meruit allegari in decidẽdis cauſis, maxime quod tot Doctores tenent contrarium, vt dicetur, & ab aliquibus Fab. refertur pro noſtra opinione.

60 Quarto reſpondetur, quod prima opin. Fabr. communiter reprobatur, quia contrarium tenent vnanimiter infraſcripti grauiſſimi, & expertiſſimi viri.

Vincent. de Franch. deciſ. 17. verſic. ſecunda ratio ante num. 7. vſque ad fin. qui clariſſime teſtatur de iure vaſſallos Baronales huiuſmodi prætenſionem non habere.

Regens Camill. de Curt. diuerſ. feudal. fol. 8. ſub num. 39. vſq; ad nu. 48. qui dicit nullum ius Vniuerſitatis in hoc habere.

Camil. Salern. d. Conſuet. Neapol. fol. 32. & ſeq.

Frezza de ſubfeud. lib. 2. autor. 2. nume. 26. vbi exclamat contra prætendentes demania, & aduertit quod in huiuſmodi Vniuerſitatibus ſolent adeſſe aliqui proterui ciues, qui ſub iſta vana ſpe demanij excoriant pauperes vaſſallos.

Loffred. & Camerar. } *in §. præterea de prohib. feud. alien. per Federic.* qui dicit, ita

ita deciſum in cauſa ſtili.

Andreas de Georgio.
Scipio Romitus.
Octauius Bābacarius. } qui viſo re-
Aloyſius Catalanus. } ſponſo do-
Iacobus Maſullus. } mini *Con-*
Et alij Neapolitani. } *ſulentis* ſe
ſubſcripſerunt, & ita iuris eſſe, & iudicandum fore exiſtimauerunt.

Greg. Lopez l.4. tit. 13. p.7.

Laucel. Gall. d. conſ. 46. per tot. & præciſe *num. 50. & nu. 28. & ſeq. Io. Frāc. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. titu. de deman.* §.1. *per totum, fol.* 476. vbi quaſi ponēs gladium ad radicē oſtendit de iure nullum ius competere vniuerſitatibus ſuper petitione demanij, & omnibus argum. reſpondet, ac pariter docet, qua ratione admitti ſoleāt vniuerſitates ad demanium: ex cuius illuſtriſſimi viri ſola autoritate & teſtimonio tamquam doctiſſimi & in ſupremis magiſtratibus etiam ſupremi Italiæ apud Altiſſimum Hyſpaniarū Regem noſtrum cōſumatiſſimi cauſa hęc decidi non ſolum poteſt, ſed debet; ex quibus omnino fatendum eſt opinionem communem eſſe pro cliēte, à qua in iudicando recedi non debet, neque ſolet, vt in puncto dicit *Riminald. iun. conſil.* 601. *num.* 32. *& ſeq. lib.* 6.

61 Quę quidem communis concluſio non ſolum nititur tot virorum expertorum autoritate (licet hoc ſufficiat) ſed etiam viua, & efficaci ratione ab eiſdem DD. relata videlicet, quia nemini licet emptorem ab emptione facta repellere, nec ſine iniuria poteſt q̄s cogi ab emptione facta ſe deſiſtere, nec quis cogitur inuitus vendere etiā maximo pretio ſoluto, etiam quod ſit ſocius, vel frater miles, Fiſcus, vel grauis vir.

Et ideo ſtatuta contrarium diſponentia reputantur correctoria iuris communis, & tantum valent quantum verba ſonant, vt latiſſime hæc omnia tradit *Lancell. Gall. d. conſ.* 46. *num.* 28. *& ſeq. Dominus Conſul. num.* 36. *& ſequ.* Nec alicui eſt auferendum ius quæſitum ſine propria voluntate, iuxta *text. in l. ius noſtrum, ff. de regul. iur.*

Nec color fauoris libertatis allegari poteſt, quia vt ſupra diſtincte oſtendi num. 30. huiuſmodi ratio tātum cadit in vaſſallis demanialibus, qui ex alienatione ſubijciuntur Baroni, & per conſequens eorum conditio fit deterior ex pluribus per me relatis *ſupra num.* 29. *&* 30. quæ omnia penitus ceſſant, quando vaſſalli Baronis tranſeunt de Barone in Baronem ſub eiſdem legibus, & conditionibus ſub quibus manebant ſub primo Barone, quia eorum conditio in nihilū eſt immutata, nec eſt effecta deterior, ſed remanent in eorum primęuum ſtatum, & per conſequens, nihil allegare poſſunt de his quę poſſunt allegari a Demanialibus, & huiuſmodi rationem ponderant *Franch. Camil. de Curt. Salern. & prædicti*, quibus aſtipulantur expreſſe *Bald. Marſil. Gabr. Alexand. Intrigl. & alij* per me relati *ſupra lim.* 4. *numer.* 37. quando ſcilicet alienatio fit in parem, & æque idoneum recipientem ſub eiſdem conditionibus, ſub quibus manebāt ſub primo domino.

Ex quibus omnia ex aduerſo excogitata remanent (ni fallor) diſtincte, & plene diſcuſſa, & reſoluta.

62 Nec obſtat ſæpius replicatum exēplum Terræ Naſi, dum prętenditur ſimilem cauſam fuiſſe terminatam in Regno pro terra Naſi. Primò, quia, dato, quòd caſus Naſi eſſet ſimilis, vt prætenditur, & oſtēderetur proceſſus, & ſententia deſuper lata, tamen non eſſet niſi exemplum, quod nullius eſſet momenti, quia iudices non debent exemplis iudicare; ſed tenentur ſequi legum

legum tramites, & iuſtitiam cauſæ, *l. nemo, C. de ſentent. & interl. omn. iudic. cum vulg.* Secundò, quia dum de aliquo diſputatur, ſunt ſupponendi termini habiles, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* At hic nulla oſtẽditur caſuum ſimilitudo; ergo &cæt. Primò nõ oſtenditur proceſſus caſus Naſi, vt ſciri poſſit de meritis, & capitibus dicti proceſſus, & ſi potius ex ſcuitijs, vel ex alio capite cauſa ibi agebatur contra Baronem.

Secundò nulla oſtenditur ſententia ſuper illo proceſſu, vbi ergò res deciſa?

Nec obſtat aſſertio D. Ioannæ Baroniſſæ, quæ ſupplicando aſſeruit iudices fuiſſe æqualiter diſpares, duo videlicet pro vna parte, & duo pro alia. Primò quia loquitur per verbum dubium, videlicet, *perche s'intende*, & ſic nihil affirmat, & per conſequens temerè ſit fundamentum ſuper verbo adeo dubio.

Secundò quatenus affirmaſſet, non probat ſententiam fuiſſe latam, maximè contra tertium. Item quia ſententia debet oſtendi ſcripta, quia ſcripturam requirit maximè in cauſa feudali ordinaria.

Tertiò Donna Ioanna potuit de facili decipi ex vanis vocibus, & ex temerarijs indicijs, & ſuſpicionibus, quas ſolent habere litigantes de iudicum opinionibus, in quibus de facili quotidie decipiuntur, vt docet experientia.

Quartò dato, quòd conſtaret de votorum diſparitate, & æqualitate vtique caſus iſte, in quo adeſt æqualis diſparitas, nõ poteſt afferri ad mouendũ in aliquo iſtud Tribunal, poſtquam potius ex varietate opinionum oſtenditur contrarium, & per conſequens, nec nomen exempli meretur; quia tot patitur defectus.

Et certè ſi hæc prętenſio fundamẽtum haberet, vtique ſæpius in Regno fuiſſet practicata, quia quotidie ĩ Regno ſolent alienari vaſſalli cum Baronijs, & numquam hoc fuit ſeruatum, quod ea ratione procedit, quia nec Rex, nec vaſſalli hoc petere poſſunt, vt ſupra oſtendi. Nec meruit omninò allegari, quod votorum diſparitas nõ fuit ſi vaſſalli debent pręferri; ſed circa quantitatem pretij.

Primò, quia negatur proceſſus Naſi. Negatur ſententia, & alia, prout ſupra.

Secundò reſpondetur, quod hæc eſt mera fabula, & manifeſta vanitas partis aduerſæ; poſtquam hoc nullo modo (non dixi) probatur; ſed nec coloratur; imò cõtrarium potius probatur ex aſſertione (licet dubia) Donnæ Ioannæ, vbi ſub dubio aſſerit diſparitatem votorum circa merita prę-lationis, non circa quantitatẽ pretij.

Nec meruit allegari, quod homines terræ Naſi ſupplicando Regi pro prorogatione termini aſſeruerunt, qđ diſparitas erat circa pretij quantitatẽ. Nam hæc ſunt mera verba partis, quę numquam fuerunt in conſideratione, nec pœnes Doctores, nec pœnes homines ſani capitis, quia ſolent partes intereſſatæ in eorum ſupplicationibus narrare maria, & montes, & ſolent potius dicere eorum deſiderium, & voluntatem, quam negotij veritatem, vt experientia docet.

Sed pro maiori confuſione aduerſariorum, & pro maiori exhuberantia rationis, dato quod eſſemus in Regno Neapolitano, vbi adeſt ſtatutum, ſeu Pragmatica admittens Vniuerſitates ad demanium, vt prædicti Neapolitani teſtantur (quam in Regno non habemus) ad huc ex duobus irrefragabilibus capitibus Vniuerſitas debet repelli, prout omnino repelleretur ſi cauſa eſſet decidenda in Sacro Concilio Neapolitano.

Primo,

63 Primo,quia vniuerſitas admittitur infra annum à die venditionis, & elapſo anno amplius non auditur, ſed eſt omnino ei præcluſa via, *Camill. de Curt. d. diuerſ. fol.9. num. 58. & ſequen.* vbi etiam dicit, quod annus ſolet abbreuiari, *Ann. in conſtitut. diua memoria nume.261. & allegat. 27. nu. 22. & ſeq.*

Nec aduerſus lapſum anni datur in illo Regno reſtitutio in integrum, vel moræ purgatio, quia eſt expreſſa prohibita *ex Pragmatica* illius Regni, ne alias emptor tanto tempore maneat incertus de dominio ſuo, vt teſtatur idem de *Curt. nume.58. Ann. d. conſtitu. diua memoria nu.261.* qui ita refert fuiſſe deciſum, vt late etiam refert Dominus *Conſulens, num. 64. & 65.* quicquid attenta nuda iuris diſpoſitione dicendum foret, ex eodem de *Curt. ibi, num.57. Franc. deciſ. 87. num. 17.*

Immo depoſitare tenebantur prætium infra terminum, *Bal. l. acceptam, num.17. C. de vſur. Afflict. conſtit. Sanximus, §. vt infra 30. num.1. Bald. ibi, num.3. Nouell. §.3. num.47. & ſequen. Benedel. verſ. in primis, num.64.65.72. Carpan. in ſtat. Mediola. cap.417. num. 279. & 430. Caſſan. in conſuet. Burg. titu. de retr. rubr. 10. §. 1. in verb. extendant, Tiraqu. de retr. conuent. §.4. gl. 6. num.36. & de retr. lig. §.1. gloſ. 10. num. 19. & §.3. gloſſ.4. num.1.2. & 3. Neapl. conſuet. Caten. tit.51. num.1.2. & 3. & Muta Rit. 194. nume. 10. Camia Rit. 101.* Et in puncto hoc exprimit *cap. volentes*, videlicet vt electio prælationis, & ſolutio pretij fiat infra menſem.

65 Secundo etiam attenta iuris diſpoſitione ceſſat in integrum reſtitutio, ex eo quod Vniuerſitas in caſu noſtro infra annum non fuit læſa, poſtquam non oſtenditur infra annum habuiſſe promptam pecuniam pro faciendo depoſito, & per conſequens ceſſante pecunia non poteſt dici læſa, nec rectores Vniuerſitatis poſſunt argui de negligentia, ita in terminis terminantibus, tradit *Ann. alleg. 27. num. 24.* vbi ita teſtatur deciſum, *Marcell. Cala, & Gloſ. Pariſienſ. per Dominum Conſul. relati, numer. 68.*

Cum ergo in caſu noſtro vniuerſitas infra annum pecuniam nõ habuerit. Item poſtquam aduerſus lapſum anni in Regno Neapol. non detur in integrum reſtitutio, & Vniuerſitas infra annum non ſolum non fecit depoſitum, nec litem conteſtari fecit, ſed nec aliqua citatio apparet facta, vtique caſus iſte eſt indubitabilis etiam attenta conſuetudine, & pragmatica Neapolitana.

Nec meruit allegari ex aduerſo qđ Domina Baroniſſa aſſignando ſemeſtre Vniuerſitati remiſit exceptionem lapſus anni. Nam Donna Baroniſſa notificauit tantum ſemeſtre à Principe præfixum infra quod prętenſio erat terminanda, non autem remiſit exceptionem lapſus anni, quia etiam ſi non fuiſſet expreſſè proteſtata, re-
66 nuntiatio iuris proprij non præſumitur, nec extenditur, nec vnquam fit interpretatio, per quam inducatur renuntiatio iuris proprij, & renuntiatio debet eſſe expreſſa alias ſemper ſtrictè interpretatur, *Vincent. de Franch. deciſio.316. in fin. lib.2. Surd. conſil. 321. in fine, & conſil. 431. libr. 3. Maſcard. concluſ. 1263. libr. tertio, cum vulg.*

Et in caſu noſtro nulla cadit diſputatio poſtquã D. Baroniſſa clariſſime loquuta eſt videlicet, remittendo tantum, & duntaxat exceptiones non facti depoſiti.

Item expreſſè præſeruando, & proteſtando ſibi omnes, & quaſcumque exceptiones.

67 Adeo quòd eius iura, & exceptiones remanſerunt illeſa ex vi præſeruationum, & proteſtationum geminatorum, vt ex facie actorum videri poteſt, & hoc ex vi, & natura proteſtationum, & reſeruationum, quia conſeruant ius proteſtātis illeſum, & intactum, *Crauett. conſil. 29. nume. 8. & conſ. 70. & conſ. 127. num. 7. Addit. ad Mag. deciſio. 31. in Luc. Hondod. conſil. 89. num. 33. libr. 1. Grattan. deciſio. 114. num. 15.*

68 Secundo principaliter etiam attenta Conſuetudine Neapolitana, vel ea pretermiſſa, attēta diſpoſitione iuris communis, ſi eſſemus in vaſſallis demanialibus, adhuc Vniuerſitas deber repelli, ex eo quòd Vaſſalli conſenſerunt in nouum dominum, illum recipiendo ſine proteſtatione, & acquieſcendo ſpatio tot menſium, quo caſu amplius reclamare non poſſunt.

Iſern. d. §. praterea, num. 48. verſic. ſed Raudo.

Capic. in inueſt. feudal. in ver. Imperator 4. declarat. & in verb. limitari poteſt.

Franch. deciſ. 17. ſub num. 21. vbi dicit multos ex Cōſiliarijs ex hoc fuiſſe motos.

Salern. in conſuet. Neapol. fol. 34. lit. D. vbi ita teſtatur deciſum.

Laucell. Gall. conſ. 46. ſub num. 50.

Ann. alleg. 50. nume. 5. & alleg. 69. nume. 13.

Barbat. conſ. 11. num. 21. lib. 2.

Socyn. iun. conſil. 94. nu. 30. lib. 2.

Gabr. dicta concluſio. 8. num. 19. quos refert *Domin. Conſul. numer.* 47. quibus addo;

Intrigl. cent. 2. art. 81. nu. 90.

Surd. conſil. 323. poſt Iaſon. Socyn. Natt. Maccabrun. & alios, quos allegat. libr. tertio.

Quicquid dixerit *Fab. Ann. conſil. 55. lib. 1.* quia ipſemet *Ann. in 2. lib. fol. 1.* teſtatur quod illud conſilium fecit, dum erat iuuenis, & teſtatur contrarium fuiſſe deciſum, prout re vera fuit contra eius conſil. deciſum vt teſtatur *Andr. de Georg. alleg. 7. colum. 2.* cum quo teſtatur patrocinaſſe *Camill. de Curt.* ex traditis per *Barſ. conſ. 160. nu. 56. & ſeq. lib. 1.*

69 Nouiſſime pro Actoribus allegatus eſt *Ioſeph Seſe deciſ. Arag. 36.* ex quo prætenditur probari competere Vaſſallis Baronis ius retractus quando venduntur a Barone, ſed re vera modernus iſte inutiliter allegatur ex multis.

Primo, quia modernus iſte *a nu. 1. vſque ad num. 23.* confuſe refert DD. loquentes de vaſſallis Demanialibus, & Regalibus cum DD. loquētibus de Vaſſallis Baronis, quorum quanta ſit diuerſitas nemo eſt, qui ignorat, vt ſupra clariſſime oſtendi *nu. 29. 30. & ſeqn.* & ipſemet fatetur *num. 23.* ſicut eodem contextu refert DD. Hyſpanos pro affirmatiua, videlicet *Conarr. Montal. & Azeued.* pariter pro negatiua refert *Gregor. Lopez,* & dicit quòd *Didac. Perez* reliquit ſub dubio & cogitandum & tandem *num. 18.* loquēdo de demanialibus concludit quod in caſibus in quibus licet domino alienare, poſſunt vaſſalli ſeipſos pro eodem pretio redimere, & liberare, *ex Couarru. & alijs*, & dicit ſic quotidie fieri, ac practicari videmus. Deinde *nu. 23.* aduertit differentiam inter vaſſallos demaniales, & Baronales, dicens quod demanialium conditio ſit deterior ſi alienantur in Baronem ſecus ſi ſunt Vaſſalli Baronis, quia Vaſſallorum conditio non ſit deterior, ex quo ſunt ſemper ſub Barone & citat Neapolitanos, videlicet *Iſer. Afflict. Luc. de Penn. Franc. & Cameral.* & ſubdit ſuper hoc videndum eſſe Bonū locum apud *Neapod. in prohem. vbi addit. fol. quadrageſimoſecūdo. ver-*

verſicu. magna eſt principis poteſtas, quod eſt fol. 32. ſecundum communem impreſſionem, qui *Neapodan.* viriliter negat Vaſſallis Baronis competere retractum, & ex profeſſo loquitur, & ſic modernus iſte quo ad Baronales videtur reſidere cum *Neapodano, cæteriſq;* Neapolitanis, qui omnes, nemine diſcrepante, ſunt contra vaſſallos & retractum negant.

Et licet Seſe ſubdat in Curia Aragonæ ſuiſſe deciſum 1603. competere vaſſallis retractum, tamē animaduertenda ſunt.

Primò quòd ipſemet expreſſe & immediate dicit numquā tale quid in illo Regno hucuſque fuiſſe auditum & quòd de iure dubium eſt ſi Vaſſallis Baronis competat hoc ius, Ecce ergo quòd Seſe honeſto modo improbat illam deciſionem tanquam inſolitam & numquam à ſæculo auditam in illo Regno, item tamquam dubiā in iure & merito paulò ante commendat, & videndum eſſe dicit *Neapodan. vbi ſupra*, quia *Neapod. tenet expreſſe contra vaſſallos.*

Secundo ex prædictis animaduertendum eſt, quod Seſe non iudicauit in illa cauſa, ſed refert ſuiſſe iudicatum, patet tum quia non dicit iudicaſſe, tum quia dicit videnda eſſe motiua illius cauſæ, tum quia illam deciſionem improbat, quam ſi ipſemet feciſſet non improbaſſet, nec ipſe feciſſet poſtquam dicit dubium eſſe ſi de iure competit. Parui ergo curandum eſt de deciſione prædicta, quia ignoratur ex quo capite iudices moti fuerunt ad ita iudicādum, & ipſemet Seſe ignorans mentem iudicum dicit videnda eſſe motiua, & poſſibile eſt qđ iudices ex alijs capitibus iudicauerint puta ex ſeuitijs, vel aliter prout videmus in caſu noſtro, in quo affertur ex aduerſo fuiſſe aliàs in hoc Regno deciſum in Terra Naſi ex iure retractus & tamen compertum eſt iudices motos fuiſſe ex maximis ſeuitijs illatis vaſſallis per Comitem Naſi, vt ſupra dixi.

Tertio prætermittendum non eſt non eſſe iudicandum exemplis (maximè improbatis, vel inſolitis) ſed iudicandum eſſe iuxta legum, & iuſtitię veſtigia, veritatem ſectando, vt iubet expreſſe Imperator, *in l. nemo Iudex, C. de ſentent. & interl. omn. iudic.* ad eo quòd iùdicare exemplis eſt ambulare per mendicata ſuffragia, vt dicit *text. in l. ſinguli C. de accuſatio.* & eſſet iudicare ſecundum Conſcientias aliorum, non ſecundum propriam conſcientiam, vt dicit *gloſſ. dict. l. ſinguli*, poſtquam ergo cœlo & ſole clarius ſupra firmatum eſt tot tantiſque DD. & rationibus retractū non competere vaſſalis Baronis vtiq; ab hac veritate & iuſtitia recedēdum non eſt ſequendo non dico exempla, ſed errores aliorum iudicum, qui ſemel ita iudicauerunt & neſcitur ex quo capite.

Non enim in Regno Aragoniæ, & in hoc Regno Siciliæ caſus iſte fuiſſet oblitus & prætermiſſus, ſi de iure ſuſtineri potuiſſet, quia quotidie ſe offert occaſio, ex quo Vaſſalli de die in diem venduntur de Barone in Baronem & per conſequens in Tribunalibus vtriuſque Regni, vbi Doctor. non ſolum copia, ſed grauiſſimorum & Doctiſſimorum ad fuerunt claſſes, quotidie ſuiſſet practicatum, & deciſum.

Quę enim ratio poteſt afferri, quod hoc numquam fuerit auditum fieri in Regnis Aragoniæ, & Siciliæ, certe non, quod non ſe offert occaſio, quia quotidie accidit, ſed quod vtriuſque Regni Doctores ſciebant hoc ius Vaſſallis non competere, nec alia ratio aſſignari poteſt, ergo habetur pro expreſſa *ex iuribus vulg.*

Tādem poſt multas ſeſſiones factas
pro deciſione cauſæ, agnoſcentes Re-
gius Fiſcus,& Syndacus,ex prædictis
non poſſe obtinere,inſurrexerūt nouo
capite,dicentes,Dominam Marchio-
niſſam feudi priuandam eſſe prętextu
ſeuitiorum factorum vaſſallis, quia
70 de iure Baro maletrattans vaſſallos
feudo priuatur, ex quo dicitur feudū
deteriorare,& male vti ſubſtantia Do
mini, *ex Bald.tit.de pace tenend.* §. *pu-
blici latrones, Gramm. dec.*104. *Frecc.
de ſubfeud. auth.*8.*fol.*341.*Pet.de Gre-
gor.de conceſſione feud.p.*8.*tit. de iure
bons.tract.n.*1.*fol.*289. *Intrigl.de feud.
cent.*1.*quaſt.*98. *Scrader. de feud.tom.*
2.*par.*9.*cap.*6.*num.*59.*&* 61.*& ſeq.cū
mille ibi alleg.* & hoc tam reſpectu ſe-
uitiorum factorū per Marchioniſſam,
ſeu per D. Hieronymum eius filium
vti gubernatorem dicti Status; quam
etiam reſpectu ſeuitiorum factorum
per D. Hieronymum, & D. Fidericū
ſeniorem de Moncata, & Don Fide-
ricum iuniorem prædeceſſores dictæ
Marchioniſſę,contra quam fuit de ſe-
uitijs cōpilatus, & concluſus proceſ-
ſus, adeo quod in præiudicium litis
pendentis, & iuris quæſiti ſuper dicta
priuatione nō potuit feudum aliena-
ri in Marchioniſſam, & alienatione
non obſtante ex vitio litigioſi poteſt
71 proſequi iudicium cęptum cum Don
Fiderico contra Marchioniſſam em-
ptricem, iuxta tradita *per Doctor. in L.
fina. & tot. titu. ff. & C.de litig. & in
conſt.corum fraudibus, Oſaſc.dec.*144.
*Hondod.conſ.*20.*lib.*1.*cum vulg.*

Huic obiecto multifariam Reſpon-
detur, & incipiendo à ſeuitijs Hiero-
nymi, poſito (non tamen conceſſo)
quod D.Hieronymus Moncata intu-
tulerit vaſſallis ſeuitia quibus veniſ-
ſet feudo priuādus, de quibus *per Gre-
gor.d.par.*8.*fol.*289.*Scrader. & Intri-
gl.ſupra.* Primo quod Baro non pri-
uatur feudo pro ſeuitijs vaſſallorum,
72 niſi procedat trina monitio, ita origi-
naliter per illum *text.* tradit *Bald.d.* §.
publici latrones cuius dictum eſt com-
muniter * receptum, quoniam illud
ſequuntur *Iacobin. Curt. Corſett. Iaſ.
Cald. Soc. & Afflict.quos refert & ſeq.
Gregor. d.par.*8.*num.*2.*Intrigl.d.quæ-
ſtio.*98.*num.*208.*Scrader.late d.part.*
9.*cap.*6.*num.*66.*& ſeq. Eurard.conſ.*
3.*num.*10.*&* 32.*lib.*2. *Granet. conſ.*6.
*num.*108. *Franc. Curt. conſil.*137.*nu-
me.*20. *Roland. optimè conſil.*18.*lib.*3.
reprobato penitus *Grammat. deciſio.*
104. vt ibi ſole clarius videri poteſt,
Requiritur enim nō ſolum monitio,
ſed ēt ſententia priuatiua ob cauſam
ſeuitiorum,quia non eſt priuatio ipſo
iure, in puncto *Caſtr.l.eleganter* §.*fin.
ff.de pignor.actio.Tuſch.concluſ.*31 *lit.
V. Alexand.conſil.*124.*lib.*1.*& conſil.*
3.*lib.*6. *Peru. inter conſ.feudalia, poſt
conſ.*14.*num.*108.*Intrigl.de feud.cent.*
1.*quæſt.*97.

Cum ergo in facto verum ſit nullā
pręceſſiſſe monitionem, vtique varia
redditur hęc priuationis cauſa.

Secundo etiam Reſpondetur,quod
quando agitur ad priuationem feu-
di, dicitur agi ad pœnā,ita poſt mille
firmat *Scrader. de feud.tom.*1.2.*part.
nona par.ſect.*6.*nu.*34.*fol.*582. & dicit̄
agi ad vindictam non ad proſecutio-
nem rei familiaris, vt idem *Scrader.*
firmat, & clare oſtendit *d.ſect.*6.*num.*
38.*& ſeq.* vbi rationem reddit,quia
hæc actio datur Domino propter de-
lictum, non ex eo quod aliquid deeſt
de patrimonio ſuo,licet poſſit dici pę-
na & vindicta ciuilis, quia parti appli
catur, ſicut quando agitur ad priua-
tionem officij,vel beneficij ob delictū,
vt idem *Scrader. ibi* tradit latiſſimę.
His ſuppoſitis videtur ad duo inferri
73 poſſe. Primo quod ceſſat vitium liti-
gioſi in caſu noſtro, quia de iure cla-
rum eſt, litigioſi vitium locum non
habere, quando occaſione rei agitur
de

de delicto, Ita *Lancellott. de attentat. lite. penden. in præfat. nume. 564. poſt Bald. in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ la primo in fin. vt lit. penden. Marant. de ordin. iudic. part. 4. diſtinctio. 1. nume. 34. Ferrett. Gomeſ. Menoch. & alij per Lancellott. vbi ſupra*, vbi exemplificat, quando ex delicto veniunt confiſcanda bona, vel quando ex inhabilitate perſonæ venit quis excludendus ab emphiteuſi, & dicit non contrahi vitium litigioſi.

Cum itaquæ in caſu noſtro agatur pro ſeuitijs ad priuationem feudi, & ſic ad vindictam, videtur clara conſequentia, non obſtare vitium litigioſi.

Secundo infertur quod morte delinquentis, ſeu ſeuientis extinguitur
74 delictum, vt regulariter cętera delicta
morte extinguntur *ex l. defuncto. ff. de publ. iudic. l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mor. fuerit, Farinaz. lib. 1. quæſt. 10. cum vulg.* quæ regula procedit non ſolum in publicis delictis, ſed in priuatis, etiam lite cõteſtata, *vt per eumdem Farinaz. dict. quæſt. 10. num. 54. poſt Bart. in l. ex iuditiorum in fin. ff. de accuſat.* Mortuo ergo D. Hieronymo non videtur amplius inſiſtendum in delictis per eum perpetratis, licet fuiſſent talia, quibus veniſſet feudo priuandus.

Tertio principaliter Reſpondetur in hoc Regno hanc priuationem feudi ob ſeuitia numquam fuiſſe vſu ſeruatam, & rationes ſunt in promptu videlicet quia per Capitul. Regni eſt prouiſum alio modo, nã poſſunt Vaſſalli ſe congregare, & expoſita quærela Proregi conceditur Sindicator, vel in Mag. Reg. Cur. punitur Baro de exceſſibus factis contra Vaſſallos, & pariter concedi ſolent literæ ſaluæ guardiæ, per quas Vaſſalli eximuntur à iuriſdictione Baronis, vt in punto tradit *Gregor. dict. part. 8. num. 5. fol. 189. vbi additio lit. Z.* & ideo videmus exemplar clariſſimum quod in hoc eodem Marchionatu tẽpore antiquiſſimo Rogerij Publicino olim Baronis huius ſtatus Tortoreti, contra quem licet multa fuiſſent propoſita ſeuitia, & delicta ex quibus potuiſſet feudo priuari, tamen fuerũt per Mag. Reg. Cur. facta quædam capitula quibus datur certa forma circa iura, & præheminentias Baronis erga Vaſſallos, & ſic non fuit impoſita pena priuationis feudi.

Quarto principaliter Reſpondetur etiam prędictis ceſſantibus adhuc ſeuitia D. Fiderici, & ſuorum anteceſſorum non eſſe amplius in conſideratione, quoniam ſumus non ſolum in feudo antiquo, & paterno, ſed in feudo ex prima conceſſione cõceſſo cum clauſula iuris francorum, adeo quod dicitur in forma ſtricta, & in eo dicuntur vocati omnes deſcẽdentes ſeruato ordine primogenituræ, vt maior natu minori, & maſculus feminæ proferatur, vt quiſque ſcit, & tradit *Gregor. de conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 8. & part. 4. quæſt. 1. & 2. & ſequen.* Hoc ſuppoſito ſequitur conſequentia quod licet D. Fidericus fuiſſet ob ſeuitia feudo priuandus eius vita durante, tamen ob eius ſeuitia, vel delicta filijs vocatis ex prima conceſſione nec agnatis aliquod infertur præiuditium, nec nocumentum, ſed feudum poſt mortem D. Fiderici & ſuorum erit applicandum filijs, vel agnatis, ita *Bart.* anteſignanus *in l. eum qui ff. de inter. & releg. Afflict. Curt. iun. Iacobin. Dec. Melchior. Palom. & molina quos refert*, & ſequitur in fortiori caſu nempe leſæ maieſtatis *Menoch. conſil. 815. num. 33. & ſequ. & num. 39. & ſeq. lib. 9.* omnino videndus, optime etiam hoc animaduertit, & tradit, *Euerard. iun. conſ. 3. num. 42. verſ. denique libr. 2.* vbi alleg. *Zaſ. Iacobin. Curt. Soſbeth. & cet.* & prædictis non

rela-

relatis copioſiſſ. *Farinaz. lib. 1. quaeſt. 25. num. 62. 69. 71. 76. 81. 87. lib. 1.* vbi ad nauſeam *infinitos* refert, & de communi * teſtatur, *& de noſtratibus Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 2. quaeſt. 10. verſic. octauus effectus, qui allegat Pern. conſ. 14. verſ. colligamus*, ſequitur *Intriglol. de feud. centur. 1. quaeſt. 51. num. 286. & ſequen. Cumia cap. ſi aliquem verſ. mortis num. 51. 52. 66. 75.* vbi maxime hoc oſtendit eſpeditum attentis Regni *cōſtitutionibus*, & hoc etiam in punto *Burſat. conſil. 160. num. 91. lib. 1.* vbi dixit ob ſeuitia defunti non eſſe priuandos alios in inueſtitura compræhenſos. Quæ cōcluſio ſine vllo dubio de plano procedit, ex quo nō ſumus in caſu quo agatur ad priuationem feudi ob delictum commiſſum directè in perſonam Domini, quo caſu adeſt aliqua difficultas, ſed agitur ob ſeuitia in vaſſallos, & ſic ceſsāt omnes difficultates, vt per prædictos, & præciſè *Farinaz. & alios ſupra* videri poteſt.

Et ſi aliud diceremus certè in caſu noſtro ſequeretur quod poſſent contra centeſimum ſucceſſorem conſiderari ſeuitia facta per Rogerium Pullicino, vnum ex antiquiſſimis prædeceſſoribus in hoc Marchionatu, & ſic eius poſteritas puniretur ex ſeuitijs factis per predeceſſores in Vaſſallos ab annis centum retro, & vltra, concludendum eſt ergo delicta, & ſeuitia facta per D. Hieronymum non nocere D. Fiderico filio, qui ſucceſſit in feudo iure proprio, vti vocatus in prima conceſſione, & per cōſequens nec Marchioniſſæ, cui ex cauſa neceſſaria vendidit idem D. Fidericus.

Vltimo prętermittenda non eſt diſpoſitio *text. in §. fin. inſtit. de his qui*
77 *ſunt ſui vel alie. iur. & l. ſi Dominus. ff. eod.* vbi quod Dominus nimis ſęuiens in ſeruum cogitur illum vendere, & pretium recipere, & ſic priuatur ſeruo, & ſic eſt vnus de caſibus, in quibus quis inuitus cogitur vendere vt not. *gloſſ. ibi, ex iſto text. Fulg. dict. l. ſi Dominus* infert ad Marchiones, & Comites ſeuientes in ſubditos vt iuriſdictione priuentur, ſequitur *Aponte deciſio. 16. nume. 34. & 35.* cum ergo Don Fidericus filius D. Hieronymi vendiderit ſtatum cum vaſſallis Don Aloijſiæ Maſtrilli nouę Dominæ vtique ceſſat actio ex prætenſis ſeuitijs.

Nec obſtat *Crauett. conſ. 6. nu. 108.* qui hoc vult procedere in feudo empto, quaſi quod ſicut Dominus in ſeruo habet dominium ita in feudo empto Dominus dominium habet. Nam hæc differentia non tollit quin vtroque caſu feudatarius non habeat dominium vtile in feudo, & e contra ſemper non recognoſcatur dominus in dominio directo. Nec cauſa acquirendi feudum tollit naturam feudi, ſed inſpicienda eſt forma inueſtituræ *Bald. cap. 1. de duobus fratribus Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 3. quaeſt. 1. num. 1. & ſequent.* vbi addit latiſſima.

Quò verò ad ſeuitia Marchioniſſæ cauſa redducitur in meram fabulam.

Primo quia nulla vmquā proceſſit monitio vt *ſupra* dixi.

Secundo quia Marchioniſſa numquam acceſſit in dictū ſtatū, nec oſten ditur aliquid fuiſſe factum de eius mandato.

Quò verò ad ſeuitia prætenſa per officiales Marchioniſſæ. Dato quod officiales aliquod grauamen Vaſſallis intuliſſent (quod etiam negatur,) tamen pro excuſatione Marchioniſſæ ſufficit quod quolibet anno accedat ī dictū ſtatū Sindicator deſtinatus ab Excellentia Sua, & Mag. Reg. Cur. pro audiendis accuſationibus contra officiales, & non ſolum officiales non reperiuntur per ſindicatores condemnati ſed liberati, & in omnem caſum

Mar-

Matchioniſſa eſt patata quibuſcumq. Vaſſallis ſentientibus ſe gtauatos iuſtitiam facere etiam aduerſus officiales pet eam cteatos.

Tertio Reſpondetut omnia quæ in facto ptæponũtur ſola aſſertione fundari, metito nullius ſunt momẽti, q̃a non ſufficit dicere ſed ptobare neceſſe eſt ex vulg. Nec teſtes tecepti alicuius ſunt momenti, tum quia parte nõ citata ſine conteſtatione litis, tum quia inteteſſati, & odioſi, & inimici effecti tamquam puniti à Marchioniſſa, & eius gubernatore de exceſſibus per eos factis, & tamen non ſolum ex regulis communibus teſtes prædicto modo recepti non ptobant, ſed in puncto dicunt Doctor. quod ſuper hac ptiuatione ob ſeuitia requiritut ſententia lata ſuper proceſſu cõpilato ordine iuditiatio, ita *Bald. dict. §. publici latrones in fin.* quam ſequuntur *Caſtr. Alex. Pern. Intriglol. & alij relati ſupra in 1. capite.*

Quarto principaliter ex incattamento præſentato ex parte Marchioniſſæ ſingulariter, & minutatim ad omnia capita ex aduerſ. præpoſita (licet non ptobata) reſpondetur concludentut, oſtendendo omnia ex aduerſo excogitata non ſine temetitate, & verſutia proponi contra facti veritatem ſub coloratis, & ertoneis ne dicam falſis cauſis, & aſſertionibus quæ ſigillatim referre potius labotis quã vtilitatis eſt, vt ex lectuta dicti contratij incattamenti ad oculum videri poteſt.

Hæc ſunt Illuſtriſſimi, & M. Spect. Domini quæ afferuntur pto libetatione Illuſtriſſ. Marchioniſſæ. Cæteta longe maiora ſupplebunt ſuptemum ingenium Doctrina, & experientia DD. VV. iudicare debentium quorũ correptioni prædicta, & meipſum vt ſoleo ſubmicto.

D. Blaſeus Ioppulus.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google